Google

BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XLIX
D
47
NAPOLI

XLIX
D
47

HISTORIA
TERTII ORDINIS
S. FRANCISCI.

XLIX
D
12

CRONOLOGIVM
FRATRVM, ET SORORVM TERTII ORDINIS S. FRANCISCI

TAM REGVLARIS QVAM SECVLARIS

Digeſtum

Per Reuer. P. Mag. F. Franciſcum Bordonum Parmenſem, eiuſdem Ordinis profeſſorem, Generalem, & Qualificatorem Theologum S. Romanæ, & Vniuerſalis Inquiſitionis, & eiuſdem Conſultorem in eadẽ Ciuitate Parmæ.



PARMÆ, Typis Marij Vignæ, MDCLVIII.
Superiorum Conſenſu.

NAPOLI

APPROBATIONES
O P E R I S.

INfraſcripus Ego ex ſpeciali Reuerendiſs. P. Inquiſitoris Parmæ mandato volumen hoc inſcriptum. *Cronologium Fratrum, & Sororum Tertij Ordinis Sancti Franciſci in quadraginta capita diſtinctum &c.* Non ſine maxima animi mei oblectatione diligenter lectitaui, ac maturè conſideraui, ex quibus nihil, quod ſit contra Chriſtianam religionem, nil quod bonis moribus repugnet colligere potui; Ideoque ad piarum mentium conſolationem Typis dari poſſe cenſui. In quorum fidem Dat. Parmæ ſub die feſti Sancti Franciſci 4. Menſis Octobris 1657.

Canonicus Lazarus Saccardus Sanctiſſimę Inquiſitionis Conſultor.

Attenta ſupraſcripta atteſtatione

I M P R I M A T V R.

F. Petrus Martyr à Reggiato Inquiſitor Parmæ.

D. Dominicus de Malpica Clericus Regularis pro Reuerendiſs. Domino Domino Carolo Cęſarino Vicario Gen. Epiſc. Parmæ.

I M P R I M A T V R.

Carolus Cœſarinus Vic. Gen.

INDEX CAPITVM.

1 DE Origine, & vita S. Franciſci Aſſiſinatis.
2 De nobilitate ſanguinis, & virtutis S. Franciſci.
3 De inſtitutione Trium Ordinum S. Franciſci.
4 De Regula ab eodem praſcripta Fratribus, & Sororibus Tertij Ordinis.
5 De Tertiarijs perſonis eccleſiaſticis, & eorum priuilegijs
6 De poteſtate Fratrum Minorum ſuper Tertiarios.
7 De hoſpitalitate exercita per Fratres, & Sorores.
8 De Tertio Ordine eleuato in Religionem.
9 De Tertio Ordine in numero Mendicantium, qui poſſunt poſſidere in communi ſtabilia, & habere annuos redditus.
10 De ſuperioribus huius Ordinis tam proprijs, quam extraneis.
11 De habitu, quem deferunt Fratres, & Sorores.
12 Ad quoſnam ſpectat conferre habitum commorantibus in proprijs domibus.
13 Catalogus Generalium.
14 De Prouincialibus, & Prouincijs.
15 De Mediolanenſi Prouincia.
16 De Brixienſi Prouincia.
17 De Veneta Prouincia.
18 De Bononienſi Prouincia.
19 De Prouincia Marchia Anconitana.
20 De Vmbrienſi Prouincia.
21 De Romana Prouincia.
22 De Apprutiana Prouincia.
23 De Neapolitana Prouincia.
24 De Calabria Prouincia.
25 De Siculana Prouincia.
26 De Dalmatina Prouincia.
27 De Patrimoniana Prouincia.
28 De Montis Felrri Prouincia.
29 De Tuſciæ Prouincia,
30 De Prouincijs Sardiniæ, & Corſica.
31 De Prouincia Belgica ſeu Flandrienſi.
32 De Congregatione Gallicana Reformatorum.
33 De tribus Prouincijs, & eorum Conuentibus in Hiſpania.
34 De nonnullis alijs Conuentibus extra Italiam.

35 *De Sororibus, & Monialibus huius Ordinis.*
36 *De Sex Congregationibus deſcendentibus à Tertiarijs.*
37 *De Religioſis illuſtribus Tertij Ordinis S. Franciſci.*
38 *De Scriptoribus Tertij Ordinis S. Franciſci.*
39 *Quod Tertius ordo S. Franciſci nunquam fuit infectus hæreſibus Fraticellorum, & Beguinarum.*
40 *De nonnullis prætermiſſis additis.*

CAPVT PRIMVM.

De origine, & vita S. Franciſci Aſſiſinatis.

1 *Natus ex Petro, & Picca iugalibus.*
2 *Die Dominico 26. Septembris 1182.*
3 *De die non nocte.*
4 *Emundatus ab originali in vtero.*
5 *Genealogia S. Franciſci narratur.*
6 *Ex eius ſtirpe viuebant anno 1534.*
7 *Primogenitus fuit ſui patris.*
8 *Ioannes vocabatur, & Franciſcus.*
9 *Per hæc nomina ſuadetur ſanctificatio eius in ventre.*
10 *Baptiſmus delet originale conferendo gratiam.*
11 *Facit baptizatum membrum Eccleſiæ.*
12 *Baptiſmum Franciſci dilatum vſq; ad diem tertium Octobris.*
13 *Pater eius abſens erat tempore natalis eiuſdem.*
14 *Baptiſmus differri poteſt.*
15 *Ternarius numerus plura præfigurat.*
16 *Sanctus vixit annos 45. minus octo diebus.*
17 *Natus anno Emboliſmali.*
18 *Vbi de annis Emboliſmalibus.*
19 *Conceptio Franciſci contigit 26. Decembris 1181.*
20 *Indulgentia Portiunculæ narratur.*
21 *Dubia ſuper eam proponuntur, & reſoluuntur.*
22 *Controuertitur annus, & menſis datæ Indulgentiæ.*
23 *Impreſſio Sacrorum Stigmatum.*
24 *Quo die illis inſignitus fuit.*
25 *De eius morte & canonizatione.*
26 *Mortuos ſuſcitauit triginta.*
27 *Obijt in Domino ſabbato in ſero 3. Octobris 1226.*

1 Franciſcus ex honeſtis, & catolicis parentibus ciuibus Aſſiſij Petro de Bernardone filio Bernardini de Moriconibus, & Pica iugalibus, diuina affluente gratia ibidem ortus eſt anno Domini milleſimo, centeſimo octuageſimo primo, die vigeſima ſexta Septembris, Eccleſiam feliciter regente Lucio III. Lucenſi 29. Auguſti electo præcedenti anno 1181. defuncto 25. Nouembris 1185. Il-
2 lum diem 26. Septembris Sancto infanti aſſignat F. Saluator de Vitalibus vir pius in ſuo Floreto fol. 149. his verbis: *Natus eſt in mundo Franciſcus Seraphicus in Ciuitate Aſſiſij die Dominica circa exitum menſis Septembris.* Eo enim anno 1182. currebat litera dominicalis C. affixa prædicto diei 26. infra quem alia non reperitur, ſignum euidens, quod eo die fuit Dominica circa exitum Septembris.

3 De die, an de nocte inciderit eius dies natalis inquirentibus? Reſpondetur, infantem innocuum quidam volunt natum eſſe de die, quia peregrinus, qui eleemoſinam ex eius domo habuit, admonuit ſtipem ſibi dantem, vt Pica, quæ non poterat in domo parere, ingrederetur ſtabulum, in quo ſtatim ſine vlla difficultate genuiſſet filium ſuum, vt accidit. Modo peregrini, non de nocte, ſed die elemoſinam quærunt, rationabiliter ergo inferri poteſt, puerum natum de die.

4 An autem ex diuino priuilegio infans Franciſcus prodierit in lucem ſine peccato originali, ita quod à Deo in materno corpuſculo emundatus ſit à peccato originali? Affirmat pie prælibatus Vitalis in ſuo opuſculo inſcripto *Apoxis*, & multis coniecturis perſuadet hanc ſuam primam opinionem, & cum ipſo ſentit Petrus Alua ambo Minorum de Obſeruantia viri præſtantiſſimi, in ſuo opere Tabula 23. vbi refert viginti quinque ſanctos in vtero materno ſanctificatos, & auctoritate diuerſorum Scriptorum, inter quos recenſetur etiam Sanctus Dominicus referente Sancto Antonino titulo decimo octauo Summæ capitulo quinto §. 6. Id aſſerere neque de fide, neque contra fidem eſt ſed eſt quoddam placitum pium, & honorificum, ex quo nullum poteſt ſequi abſurdum, dum enim id aſſeritur certo de Ieremia, & Ioanne Domini Præcurſore, non repugnat idem affirmare de Franciſco, qui licet non fuerit Propheta, nec Præcurſor, fuit tamen Imitator Chriſti Domini, cuius ſanctis actionibus ſe conformauit

Fran-

Franciſcus. Comparationem autem non facio de certitudine, qua illis Prophetas ſanctis conſtat eſſe emundatos ante partum, ſed tantum illos adduco in exemplum in eo, quod non repugnat hoc priuilegium, ac proinde illud à Deo communicari potuiſſe ſeruo ſuo Franciſco.

5 Pater ergo infantis vocabatur Petrus de Bernardone accipiendo ſopranomen hoc à patre ſuo nuncupato Bernardo, ſeu Bernardone cognomine de Moriconibus auo S. Franciſci. Petrus duos tantum genuit filios Franciſcum, & Angelum, qui ex ſua vxore duos pariter genuit filios Picardum caſtum, & Ioannem, qui ex ſua coniuge genuit Ciccolum, qui quatuor ſibi filios procreauit Ciccolus ex ſua conſorte, nempe Franciſcutium, Petrutium, Bernardum, & Antonium, hic Antonius religionem profeſſus docuit Sacram Theologiam Pariſijs Franciſcutius eandem religionem ingreſſus Guardiani officio functus fuit Aſſiſij. Petrutius cælibatum obſeruauit. Bernardus vero ex ſua vxore genuit Ioannem. Dictus Ciccolus præter illos quatuor maſculos procreauit quoq; duas fæminas Franciſcutiam, & Claram, illa honeſto viro nupſit, hæc vero religionem ingreſſa ſe Deo vouit, & dedicauit, & Abbatiſſa electa moniales S. Angeli in Pantio rexit, & gubernauit. Hæc ex Rodulpho, & Luca Vadingo in Præfat. ad primum tomum ſuorum Annalium §. 3. num. 3.

6 Ciuitas Aſſiſij fidem facit autenticam, qualiter anno 1534. viuebant Antonius, & Bernardonus filij quondam Ioannis Franciſci de Ricardis ciues Aſſiſij, qui erant de ſtirpe Seraphici Franciſci, ſed pauperes fortunis. Quam fidem in terminis extendit idem Vadingus loco citato ſub num. IV.

7 Sanctus ergo Franciſcus ſui patris filius fuit primogenitus in ſtabulo ex materno vtero ad lucem dominicam exiens, vt in primordijs ſimilis eſſet Chriſto Domino, qui die Dominico, & in ſtabulo pro ſalute mundi naſci dignatus eſt; ſed calamum conuertamus ad eum baptiſmum.

8 Infans Sanctus Franciſcus à matre vocatus fuit Ioannes, à patre vero Franciſcus, vtrumque nomen perſuadet nobis eius ſanctitatem in vtero materno, tenent enim ambo ſuum myſterium, non ſunt voces vacuæ, ſed plenæ myſterijs, nam *Ioannes* gratia interpretatur à Sancto Auguſtino tom. 9. Homil. 1. in Apocal.

ſub initium: *Ioannes Dei gratia interpretatur.* Hac ratione Præcurſor Domini, quia in ventre matris ſuæ ſanctificatus fuit, & purgatus à peccato originali, accepit nomen Ioannis ex myſterio diuinæ diſpenſationis, Lucæ 1. 13. *Et vocabis nomen eius Ioannem.* Quia vt ibidem dicitur ſub numero 15. *Spiritu Sancto replebitur adhuc ex vtero matris ſuæ.* Gratia ſcilicet ſanctificationis abſtergentis peccatum originale. Merito igitur Præcurſor Domini nuncupatur Ioannes; ſimili quoque nomine non tantum voce, verum etiam re, & effectu appellatur Ioannes noſter infans Franciſcus, quo perſuademur, ipſum fuiſſe Ioannem, ideſt, gratia repletum in vtero matris, antequam naſceretur. Nomen quoque Franciſci, quo nullus antea vocatus fuit, non inane eſt, nec vacuum ſimili myſterio, nam dum ſignificat Franchiſiam, vt vulgus ait, exemptionem, & immunitatem, alia non indigebat libertate, & exemptione, quam emundatione à peccato originali, in alio enim non erat ſubiectus, niſi huic oneri primi parentis, inſinuat hoc ſingulare nomen eius ſanctificationem in ventre matris, in quo eius animam ſanctificatam fuiſſe piè à deuotis fidelibus credendum eſt.

10 Prædictis videtur obſtare receptio Baptiſmatis, de quo mox dicam, nam peculiaris effectus huius Sacramenti eſt tollere peccatum originale, & producere gratiam in baptizato, quem effectum efficere non poterat in Franciſco, ſi in vtero iam erat emundatus à peccato originali, & ſanctificatus, non egebat ergo baptiſmate, & ſi ſuſcepit, ſequitur, non fuiſſe ſanctificatum in vtero materno, aut inutilem illi fuiſſe huius Sacramenti ſuſceptionem. Non obſtat, quia etiam Beata Virgo fuit baptizata, vt docent Theologi in 4. ſent. cum Magiſtro, & Scoto diſtinctione quarta quæſtione ſexta apud Bonauenturam Theulum Ordinis Minorum Conuentualium, dignitate Epiſcopum, non minus doctum, quam pium in ſuo *Scoto Morali tit. 2. num.* 143. Neque enim effectus baptiſmatis eſt tantum vnus, delendi ſcilicet peccatum originale, & actuale adultis, verum etiam præter alios peculiaris aſſignatur, quo infans per ſuſceptionem baptiſmi, ſicut adultus fit membrum Eccleſiæ, cui incorporatur

poratur per vnionem gratiæ ſacramentalis, & ſubſequenter fit ſubditus miniſtris Eccleſiæ in ſpiritualibus præſertim Romano Pontifici, qui huius Eccleſiæ, cuius baptizati ſunt membra viua, eſt caput, quod ſua poteſtate ſpirituali totum corpus Eccleſiæ in ſuis membris continuo viuificat adminiſtratione Sacramentorum, & ſanctis legibus dirigendo in vitam æternam. Baptiſma ergo Beato Franciſco fuit neceſſarium, quamuis demus fuiſſe à Deo ſanctificatum in ventre matris, quia per illius ſuſceptionem factus fuit membrum Eccleſiæ, & ſubditus in ſpiritualibus Romano Pontifici.

12 Petrus de Alua tit. 7. initio ex Vitali, & alijs refert, Baptiſmum infantis dilatum fuiſſe vſq; ad octauum diem, qui fuit tertia dies Octobris (ſi volumus loqui congruenter ad tempora) in Eccleſia S. Georgij, & fuit die Dominico, relatione habita ad diem 26. Dominicam præcedentis menſis, vtrique quoq; diei affixa eſt litera C. quæ illo anno 1182. indicabat diem Dominicum. Veriſimile autem eſt, quod eius Baptiſma dilatum fuerit vſq; ad illam diem, quia eius pater tempore partus aberat à Gallia paulo poſt reuerſus tempore congruo, quo interfuit ſolemnitati huius Sacramenti. Differentia Baptiſmatis per aliquot dies culpabilis non eſt, quia in lege veteri Circunciſio, quæ remittebat peccatum originale, in cuius locum ſucceſſit noſtrum Sacramentum, differebatur vſq; ad octauum diem, Gen. 17. 12. ergo dilatio Baptiſmi in octauum diem non videtur irrationabilis, quando periculum perditionis filij non eſt in mora, par enim iudicium videtur eſſe vtriuſq; Sacramenti in hoc, veteris ſcilicet, & nouæ legis. Tempus conferendi hoc Sacramentum eſt quampͤrimum, ne pereat anima, ſed dies nulla lege eſt determinatus. Vnde Sotus in 4. diſt. 5. art. 3. §. Vnde inquit: *Cum puer ſtatim baptizari iu-*
14 *betur non intelligitur eadem natiuitatis die, aut tertia, aut quarta, ſed quando commode poteſt in Eccleſiam aſportari, & mergi, quod eſt octauo die, vt moris eſt, aut decimo, &c.* Fuit ergo rationabilis ea dilatio, vt patri baptizandi expectaretur, & inculpabilis, quia dies Baptiſmatis non conſtringuntur, nec limitantur vno, aut altero die.

15 Illa tertius dies Octobris, quo infans baptizatus fuit; præſagium extitit bonorum operum, quæ facturus erat Franciſcus; nam

præterquamquod alludit ad formam Sacramenti, quæ conſiſtit in expreſſione ſingularum perſonarum Trinitatis, ſine quarum nominatione vacuum eſt, & innane Sacramentum, præfigurauit *primo* illas tres Eccleſias Sanctorum Damiani, Petri, & Mariæ Angelorum, quas reparauit. *Secundo* tres ordines inſtituit, primum Minorum, ſecundum Monialium S. Claræ, Tertium ordinem, cuius ego ſum indignus filius. *Tertio*, Chriſtus ter illi dixit: *Crucis vox hunc alloquitur ter dicens: Tu te prepara, vade Franciſce repara domum meum, quæ labitur.* Prima Antiphona ad Veſperas Sacrorum eius Stigmatum. *Domus mea* eſt Eccleſia Dei, quam Chriſtus præcepit Franciſco, vt repararet ſua prædicatione, oratione, exemplo, inſtitutione religionum, & alijs medijs. *Quarto* tribus peculiaribus priuilegijs decoratus fuit, ſanctificatione in ventre matris, Indulgentia Plenaria S. Mariæ Angelorum, & impreſſione Sacrorum Stigmatum. *Quinto*, quod erat futurus religioſus ſub tribus votis ſolemnibus Obedientiæ, Caſtitatis, & Paupertatis. *Sexto* tres inimicos debellauit, & ſuperauit Dæmonem, Mundum, & Carnem. *Septimo* ter aquam miraculoſe aquam conuertit in vinum, quando fabricabatur templum, occaſione ſuæ infirmitatis, & vt ægrotum ſanaret. *Octauo* tribus vicibus tranſiuit vltra mare deſiderio martyrij, quod non obtinuit, Deo illum reſeruante, vt multos Chriſto lucrifaceret. *Nono*, tres conuertit latrones. Plura alia de ſuis operibus ſub trino numero referre poſſem, ſed omitto, ſufficiant prædicta, vt legentibus innoteſcat, dilationem Baptiſmatis in tertium Octobris fuiſſe myſterijs plenam. Adde, quod Curſus totius vitæ illius completur ternario

16 quindenaio, nam quindecim triplicati conſtituunt 45. annos, quibus Franciſcus in mundo vixit Deo, & hominibus, hoc eſt, annos præciſe 44. & octo dies, vt infra patebit. In primo quindennio Chriſto, & ſibi vixit in ſimplicitate cordis, in ſecundo, & tertio alijs vixit, vt patet legenti eius vitam apud Iſtoricos.

17 Non ſolum dies ternarius præſagit mirabilia, quæ fecit S. Franciſcus in mundo, ſed annus ipſe ſuæ natiuitatis 1182. prædictorum fuit præſagus, & figurauit tot mirabilia, quæ egit, in eo, quod annus ille fuit Emboliſmalis, ideſt excedens alios Communes in vna lunatione triginta dierum, arguens, Beatum Franciſcum futurum eſſe magnum virum alios excedens in quamplurimis

virtuti-

virtutibus. Natus eſt ergo Franciſcus in anno 1182. Emboliſmali ſecundo ex Aureo numero 5. & Epacta XXIV. indictione 15. ſeu prima, ſi tunc indictio mutabatur in Septembri, luna exiſtente 27. die 26. Septembris, eo enim anno Nouilunium accidit vltimo Auguſti, cui affixa eſt ſupradicta Epacta XXIV. indicans Nouilunium eo die contigiſſe. Paſcha fuit 28 Martij. Quod autem eo anno fuerit ſecundus Emboliſmalis deducitur ex Ciclo Aureorum numerorum, qui incæpit anno 1178. ſub Aureo I. Epacta reſpondente X. indicante annum Communem duodecim lunationum 1179. ſub Aureo 2. Epacta XXI. quæ vti maior indicat primum annum Emboliſmalem 1180. ſub Aureo 3. & Epacta II. indicante annum Communem lunarem 1181. ſub Aureo 4. & Epacta XIII. indicante pariter Communem. Anno 1182. ad rem noſtram ſub Aureo 5. & Epacta XXIV. demonſtrante ſecundum annum Emboliſmalem perfectionem alijs annis Communibus denotantem, puerum natum futurum eſſe magnum virum in Eccleſia Dei. Scio, magnitudinem virtutis S. Franciſci non dependere ab influxu lunæ, aut alterius aſtri, ſed à diuina prouidentia, & gratia Dei; nihilominus prædicta notaui, vt demonſtrarem aſtra, & cætera inſenſibilia, & ſenſibilia creata eſſe pro ſeruitute hominum, dum aliquo modo per eorum notitiam ſpeculamur opera hominum, & ſeruorum Dei. Prædicta calculatio eſt vera, & certa inſpectione Calendariorum Eccleſiaſticorum apud Clauium, Ioannem Lucidum, & alios Scriptores.

18 Hinc colligitur, erraſſe Petrum de Alua, dum tit. 5. num. 91. inquit: *In anno Emboliſmali quartus Emboliſmus fit cum 2. de Aureo, numero, & XXI. de Epacta, & incipit ſecunda die Octobris, terminatur in vltima die eiuſdem, claudens diem natiuitatis Franciſci.* Lectio ſatis obſcura. Quod ille annus natalis Franciſci 1182. fuerit Emboliſmalis iam probatum eſt, ſed non fuit quartus annus Emboliſmalis, ſed ſecundus, nam in quolibet Ciclo Aureo Nouemdecennali reperiuntur ſeptem anni Emboliſmales lunæ, & in anno ſolari 1182. fuit ſecundus, quia initium Ciclus Aureus habuit anno 1178. vt ſupra dictum fuit, ideo primus accidit anno 1179. ex Epacta XXI. ſecundus anno noſtro 1182. ex Epacta XXIV. Epactæ enim maiores inter XIX. & XXIX. incluſæ indicant annos Emboliſmales. Quare cum eo anno 1182. non eſſet

in vſu Aureus 2. nec Epacta XXI. quæ occurrit 1179. non poteſt indicare eo anno annum Emboliſmalem quartum. Nec facit ad rem, quod Epacta eſt affixa ſecundo diei Octobris, quia in vſu non fuit eo anno, ſed anno prædicto 1179. quod non facit ad prę- ſentem difficultatem. Præterea concurſus Aurei 2. & Epactę XXI. accidit annis 1179. 1198. & 1217. nonquam eo anno 1181. nec ſub eodem decennio octauo.

Idem Petrus de Alua in conformitate Chriſti 188. prædictę reſpondenti, inquit de Chriſto: *In anno Emboliſmali ſeptimus Emboliſmus fit cum 19. Aurei numeri, & XXIX. de Epacta, & incipit ſecunda die Decembris, & terminatur vltima eiuſdem claudens natiuitatem Chriſti.* Satis obſcurus ſicut præcedens. Vult dicere meo iudicio, quod anno natalis Chriſti annus lunaris erat Emboliſmalis ex coniunctione 19. & XXIX. affixa eſt ſecundo Decembris, ſed omnino falſum eſt, quod eo anno fuerit in vſu ille Aureus 19. cum Epacta XXIX. nam anno Chriſti primo natali eiuſdem coniungebantur in vſu Aureus 1. & Epacta VII. anno ſequenti Circunciſionis 2. & XVIII. qui ambo fuerunt anni Communes non Emboliſmales, naſcendo enim Chriſtus non ſibi creuit, ſed diminutus fuit, ex illo Pſalmi. *Minoraſti eum paulominus ab Angelis.* Luna autem in Natali Domini dies habebat, ſecundum Clauium, duodecim, nam Nouilunium cæpit 14. Decembris, cui affigitur Epacta VII. myſterium, quod futurus erat Magiſter duodecim ſuorum Diſcipulorum.

19 Reliquum eſt, vt ex ſupradictis colligamus diem, & menſem ſuę conceptionis, id autem accidit die 26. Decembris pręcedentis anni, & quidem in nocte. Primum demonſtratur more eccleſiaſtico, quo inter Conceptionem, & natiuitatem intercipiuntur pręciſe nouem menſes, vt videre eſt in Calendario Gregoriano, in quo Conceptio, & Natiuitas Chriſti clauditur 25. Martij, & Decembris, Matris eiuſdem Virginis intercipitur inter 8. Decembris, & Septembris, oportet ex his inferre, conceptionem eius accidiſſe die 26. Decembris pręcedentis anni 1181. Conceptionis autem ſenſus verus conſiſtit in vnione animę cum corpore organizato, & perfecte diſpoſito ad recipiendam formam animę rationalis, quam Deus eodem inſtanti, quo creat illam in corpore, idem animat vnione formæ cum corpore vltimo diſpoſito ad for-

mam

mam quam recipit ex ſpeciali Dei operatione. *Secundum* conſtat ex eo, quod vt plurimum de nocte, maxime honeſti parentes, vt erant iſti, ſolent generare, veriſimile quoq; eſt generationi ſuccedere animationem, in qua conſiſtit Conceptio, de qua Eccleſia, in eodem puncto temporis, quo initium habuit ſeminis tranſmiſſio ad vas naturale.

Notauimus huc vſq; diem generationis, Conceptionis, natiuitatis, & regenerationis, dirigamus modo calamum licet rudem ad alia pauca, inter quamplurima, quę recenſeri poſſent, nempe ad Indulgentiam Plenariam, & ad impreſſionem Sacrorum Stigmatum in eius corpus, quæ duo ſunt priuilegia ſingularia nulli alteri conceſſa retroactis ſeculis, demum cum eius morte hoc caput terminabitur.

20 Chriſtus Dominus Indulgentiam Plenariam à primis Veſperis Sacrorum Vinculorum Petri Principis Apoſtolorum vſque ad ſecundas ſequentis diei ſecundę Auguſti omnibus Chriſtifidelibus conceſſit viſitantibus Eccleſiam S. Marię Angelorum extra Aſſiſium. Hiſtoriam multi referunt, in primis Bartolomæus de Piſis lib. 2. Conform. fruct. 2. part. 1. quam ego paucis contingam verbis, ſed clarius rem narrando.

Dum Sanctus in ſua cella feruentiſſime de nocte oraret pro peccatoribus ab Angelo vocatus Dei iuſſu acceſſit ad dictam Angelorum Eccleſiolam, cui in terra proſtrato Chriſtus, pręſente Maria Virgine eius Matre cum multitudine Angelorum, dixit: Franciſce video te multum ſolicitum cum tuis ſocijs de ſalute animarum, poſtula à me quoduis pro illarum ſalute. Sanctiſſime Pater noſter, inquit ille, digneris humano generi facere hanc gratiam, quod introeuntes in hanc Eccleſiam lucrentur veniam, & indulgentiam omnium peccatorum ſuorum. Chriſtus reſpondit: Satis grande eſt, quod petiſti, ſed maioribus dignus es F. Franciſce, & maiora habebis. Ego orationem, & petitionem tuam admitto cum ea conditione, vt adeas meum Vicarium, à quo petas ex parte mea dictam Indulgentiam. Mane cum F. Maſſeo perexit Perugiam alloquendo Papam Honorium III. ibi morantem ſuper conceſſione Indulgentię, cui Papa poſt longum diſcurſum reſpondit ter dicens: Placet mihi, quod habeas. Cardinalibus autem reſiſtentibus dixit: Dedimus, & conceſſimus eam eidem, non expedit deſtruere,

re, quod factum eſt. Et Franciſco protulit Papa ſequentia verba: Ecce ex nunc concedimus, quod quicumq; venerit, & intrauerit dictam Eccleſiam bene confeſſus, & contritus ſit abſolutus à culpa, & pęna; & hoc valere volumus ſingulis annis in perpetuum, tantum per diem naturalem à primis veſperis includendo noctem vſq; ad veſperas ſecundę diei ſequentis. His dictis, Franciſcus ſtatim diſceſſit, & Papa eidem reuocato dixit: Quid portas tu de huiuſmodi Indulgentia. Reſpondit Franciſcus: Sufficit mihi verbum veſtrum. Nolo aliud inſtrumentum, pro cuius carta ſit Beata Maria, pro notario Chriſtus, pro teſtibus Angeli. Domum reuerſus cum quadam nocte pernoctaret in oratione nudum ſe volutauit inter ſpinas, vt dęmonem tentatorem vinceret ſecunda vice vocatus fuit à Chriſto per Angelum, & accedens ad eandem Eccleſiam de nudo inuenit ſe veſtitum nouo indumento, id ignorans quomodo accidiſſet, & Chriſtus Franciſco ante ſe proſtrato, qui 24. roſas (erat. n. de menſe Ianuario) poſuerat ſuper Altare, dixit eidem petenti diem determinatum pro Indulgentia: Volo, quod ſit dies illa, in qua Beatus Petrus à vinculis abſolutus fuit, incipiendo à ſecundis eius veſperis primę diei Auguſti includendo noctem vſq, ad veſperas ſequentis diei eiuſdem menſis, & illi pręcepit, vt adiret Romam ac ſuum Vicarium, qui erat idem Honorius, vt ab eo acciperet publicationem Indulgentię, dicendo, quod in teſtimonium ſecum deferret aliquot Socios, qui fuerunt Petrus Catanij, Bernardus Quintauallis, & Angelus de Reate, cum nonnullis ex dictis roſis rubeis, & albis ſex, tribus ex altero colore collectis de menſe Ianuario. Papa autem ſcripſit Epiſcopis Aſſiſinati, Peruſino, Tudertino, Spoletino, Fulginati, Nucerino, & Eugubino, vt perſonaliter comparentes in loco Indulgentiam ſolemniter publicarent, vt factum fuit. Hęc eſt ſumma totius hyſtorię.

21 Conſideranda ſunt nonnulla ſuper dictam relationem. *Primo* duabus vicibus vocatum fuiſſe à Chriſto, & bis acceſſiſſe etiam ad Vicarium Chriſti. Prima vice obtinuit Indulgentiam ab vtroque, ſed dies menſis a neutro determinatus fuit? Quare hoc? Forſan Chriſtus, & eius Vicarius ignorabant, Indulgentias diurnas dari ſine determinato die? Abſit hoc. In cauſa fuit, vt certa veritas firmaretur de hac Indulgentia, ſi enim in prima vocatione Chriſtus,

&

& eius Vicarius petitionem expediſſent, facile potuiſſet euaneſcere, ſicut facile obtenta fuiſſet, neceſſe ergo fuit, vt ſecunda vice terminaretur conceſſio Indulgentiæ, vt conſtaret de eius reali exiſtentia, ſecunda enim vice magis conceſſio manifeſta fuit, & firmata ex illis circunſtantijs diei determinati, roſarum de menſe Ianuario, publicationis illorum ſeptem Epiſcoporum accedentium ad dictam Eccleſiolam.

Secundo conſiderandum eſt, quid ſibi velint ea verba, quæ Chriſtus dixit Franciſco: *Maioribus dignus es F. Franciſce, & maiora habebis.* Huic difficultati occurrit Stephanus Toſi de Bettona in ſuo opere inſer. *Trattato dell'Indulgenza Plenaria detta il Perdono d'Agoſto.* Dub. 6. reſpondendo: *Maiora habebis.* Ideſt petiſti ſimpliciter Indulgentiam, ego eam tibi conceſſi, ſed maiorem eam habebis cum multis prærogatiuis, & circunſtantijs ornatam, nám ſolemniter publicata fuit per ſeptem Epiſcopos, petebatur pro præſentibus, & introeuntibus in Eccleſiam, & Chriſtus eam extendit ad ad abſentes non ſolum viuos, ſed etiam defunctos, & hac ratione maiora habuit. Ego autem dico, per ea verba: *Maiora habebis*, intelligendam eſſe impreſſionem Sacrorum Stigmatum, quæ Chriſtus impreſſit in eius beatum corpus. Fuit enim hoc beneficium ex maioribus, quod Sanctus poterat recipere à Domino ſuo, maius conceſſione Indulgentiæ, quia Franciſco communicauit immediate ſigna paſſionis ſuæ, vnde in eius lect. 5. dicitur: *Ideo tamen huiuſmodi viſio ſuis fuerat præſentata conſpectibus, vt amicus ipſe Chriſti prænoſceret, ſe non per martyrium carnis, ſed per incendium mentis totum in Chriſti Ieſu crucifixi expreſſam ſimilitudinem tranſformandum.* Fuit ſingulare priuilegium ſoli Franciſco conceſſum ex ea promiſſione *Maiora habebis* ſibi ignotum, cognitum in ipſo actu impreſſionis.

Tertio quæritur an orandum ſit, & danda elemoſina, ratio dubitandi eſt, quia Chriſtus Franciſco petenti Indulgentiam pro confeſſis introeuntibus in Eccleſiam, nulla facta mentione orationis, & elemoſinæ reſpondit: *Ego orationem, & petitionem admitto.* Sed petijt ſine oratione, & ſine elemoſina, ergo ſimpliciter eam admiſit. Et de elemoſina videtur certum non eſſe neceſſariam, quia Sanctus petijt Indulgentiam ſine oblationibus à Papa, qui ei reſpondit, hoc conuenienter non poſſe fieri, quoniam qui Indulgentiam petit,

tijs oportet, quod ipſam Indulgentiam mereatur ponendo manum adiutricem. Nihilominus quando Papa conceſſit Indulgentiam his verbis: *Ecce ex nunc concedimus, quod quicumq; venerit, & intrauerit dictam Eccleſiam bene confeſſus, & contritus, ſit abſolutus à culpa, & à pœna, & hoc valere volumus ſingulis annis in perpetuum.* Nullam fecit mentionem de oratione, & oblationibus, ergo ſufficit rite confeſſo intrare in Eccleſiam ſtatim enim lucratur Indulgentiam. Ex quibus infero ad lucrandum dictam Indulgentiam duo eſſe neceſſaria, rectam confeſſionem, & tranſitum per Eccleſiam, quia ex præmiſſis, ita colligitur, in quibus nulla fit mentio de oratione, & Papa qui non ſolebat concedere Indulgentias ſine oblationibus reiectis a S. Franciſco, quando tantum eam Indulgentiam conceſſit, nullam fecit mentionem de obligationibus conformando ſe voluntati S. Franciſci.

Quarto dubitatur, an hæc Indulgentia proſit abſentibus, & defunctis, qui non poſſunt intrare? Et quidem extenſio eius ad abſentes tam viuos, quam mortuos colligi non poteſt ex relatione facti, ſed tantum oppoſitum, quod Indulgentia conceditur intrantibus Eccleſiam illam, ingreſſus autem fit ſolum per præſentem, non per abſentes, quibus eſt impoſſibilis, quia ingreſſus, & introitus abſoluitur per præſentiam locati in loco, ambo enim coniungi debet, quod abſentibus contingere non poteſt. Conſtat ex caſibus narratis à dicto de Bettona par. 2. Dub. 15. ad quem remitto lectorem.

Reſtat videndum, quo anno, & menſe conceſſa fuerit tam grandis Indulgentia, vulgo nuncupata *il Perdono di Aſiſi*. Conceſſio autem eius facta fuit à Chriſto, & Pontifice Romano Honorio III. eius Vicario Peruſij anno 1221. menſe Octobris, teſte Vadingo ad dictum annum num. 22. & 23. Determinatio autem diei ſecundi Auguſti ab ipſomet Chriſto facta fuit anno 1223. menſe Ianuario, quo publicata etiam fuit ab eodem Romano Pontifice, ex eodem Vadingo ad dictum annum 1223. num. 1.

13 Inter alias gratias à Chriſto Domino collatas Franciſco, quæ omnes fuerunt excellentes, præcipua, & potiſſima fuit impreſſio Sacrorum Stigmatum in corpore eius mundiſſimo, nulli retroactis ſeculis conceſſa, vt habet eius legenda approbata à diuerſis Pontificibus præſertim ſub dictis verbis à Paulo V. qui eius offi-

cium

cium ſingulis Chriſtifidelibus recitare volentibus indulſit ad diem decimum ſeptimum Septembris. Gregorius IX. Bulla 12. approbat vocando *grande, & ſingulare miraculum*, hortando omnes ad illud credendum. Repetit idem elogium Alex. IV. Bulla 19. apud Rodr. fol. 29. Et quia hoc eſt ſingulare priuilegium ſoli Franciſco conceſſum, Sixtus IV. in duabus Bullis 6. & 7. apud Rodriq. mandauit ſub pœna excommunicationis ſibi reſeruatæ, ne alicuius Sancti, aut Sanctæ, præter ipſum, depingeretur imago cum ſacris ſtigmatibus, & contrafacientes excommunicati ſuſtinentes excommunicationem per ſex menſes tamquam de hæreſi ſuſpecti inquirantur ab eccleſiarum Prælatis, & Inquiſitoribus puniendi non ſolum pictores, ſed etiam aſſerentes, & prædicantes alium ſanctum, ſeu ſanctam habere ſtigmata in ſuo corpore à Chriſto impreſſa, quæ duæ Bullę emanarunt pręcipue contra illos, qui aſſerebant, vel depingebant S. Catarinam Senenſem cum ſtigmatibus; id enim fieri prohibuit Papa, donec id approbaretur ab Eccleſia, ſicut approbatum fuit de S. Franciſco, nam in eius canonizatione peracta à Pio II. Bulla 6. apud Laertium, quamuis recenſeātur accurate eius geſta, & miracula, nulla tamen fit mentio, quod ſtigmata in eius corpore habuerit, verum quidem eſt, quod in eius Lect. V. in Breuiario Romano legitur, quod dignata fuit, & decorata quinque radijs ex cicatricibus vulnerum Chriſti deſcendentibus ad quinque loca ſui corporis. Hinc fit, quod vſque ad hæc tempora impreſſio ſacrorum ſtigmatum cum clauibus carneis, & aperto latere eſt ſingularis pręrogatiua, quà ſolus Sanctus Franciſcus decoratus fuit.

Tempus, quo tam grande miraculum accidit, inquirendum eſt. Omnes in eo conueniunt, quod fuerit anno 1224. biennio ante mortem de menſe Septembri, dies incertus ponitur in legenda Breuiarij Franciſcani, ibi: *Circa feſtum Exaltationis S. Crucis*, determinatur à Breuiario Romano lect. VI. *Feſto die Exaltationis Sanctæ Crucis*, Vading. ad annum 1224. XXXVI. inquit: Veſperę erant Exaltationis S. Crucis quando Angelus Dei apparuit viro ſancto, & velut ipſe narrauit poſtea quibuſdam ex ſocijs pręmonuit, vt ſe prepararet ad omnia namq; Deo placeret in ipſo operari. Quali autem die hebdomadę acciderit, inquirendum eſt. Si ſacris ſtigmatibus inſignitus fuit die 13. accidit miraculum die veneris,

ſi die

ſi die 14. fuit hoc die Sabbati, quia eo anno biſſextili currebant literæ Dominicales g f. initium Cicli literarum Dominicalium, prima ſeruiuit vſq; ad feſtum S. Matthiæ, ſecunda deinceps, quæ affixa diei 8. Septembris numerando indicat diem veneris 13. & Sabbati 14. eiuſdem menſis. Hæc eſt vera ſupputatio.

Hinc errauit Saluator noſter de Vitalibus, dum in ſuo Floreto Aluernino fol. 204. aſſerit eo anno 1224. Exaltationẽ S. Crucis accidiſſe feria ſexta die veneris, probando id per diem Dominicum mortis eiuſdem Sancti retrocedendo enim, ait eo anno 1226. Feſtum fuiſſe die Dominico, anno præcedenti 1225. die Sabbati, anno 1223. die veneris. Errauit in omnibus diebus, nam anno 1226. erat dies Dominica quarto die Octobris, ab ea die enumerando ſingulos dies, ad oculum apparet, Feſtum Exaltationis Sanctæ Crucis 14. Septembris accidiſſe in diem lunæ; habet enim ante ſe, hoc eſt, diei 13. affixam literam D. vehiculam, & regulatiuam dierum ſingularum hebdomadarum. Procedendo autem regulariter, anno 1225. erat dies Dominicus oſtenſus per Dominicalem E. affixam eidem diei 14. anno 1224. erat dies Sabbati, quem demonſtrat litera F. affixa diei octauo, à quo deſcendendo deſignat diem Sabbati 14. eiudem feſti, & menſis; anno vero 1223. propter biſſextilem poſterioris anni 1224. die 14. Septembris fuit dies Iouis ex litera A affixa 10. eiuſdem menſis indicans diem Iouis 14. menſis pręfati. Ex his omnino certis, quæ ad oculum demonſtrari poſſunt, apparet annum 1224. diem Sabbati nobis, verius antiquis, accidiſſe in feſto Exaltationis S. Crucis. Neque biſſextilis aliquando variat alias hebdomadales ſui anni, ſed variatio contingit reſpectu anni præcedentis, vt patet ſupra ex anno 1223. ad quem ab anno 1224. ex die ſabbati factus fuit ſaltus ad diem Iouis, relicto die veneris. Sed hæc vti minutiora relinquamus cum aliquo fructu, acuunt enim intellectum.

25 Supereſt, vt aliquid de eius morte, & canonizatione referamus, nam eius geſta hic recenſere non eſt opus, alias volumen excreſceret in immenſum, teneas interim memoriæ, quod in vita reſu-
26 ſcitauit quatuor mortuos, & poſt mortem viginti ſex ad vitam mortuos reuocauit defunctus, ac proinde triginta mortuis vitam dedit temporalem, ſpiritualem vero pene infinitis tribuit. Perue-

nit

nit ad Diaconatus, vltra non aſcendit reputaus ſe indignum ſacerdotio, qui tamen præ alijs dignior erat. Ex hac vita mortali ⁊ immortalis futurus migrauit ad Dominum in ſuo pauperculo conuentu Portiunculæ in ſero ſabbati, ſequente Dominica quarti diei Octobris 1226. inde elatus per Sanctum Damianum, vt videretur à ſua primogenita Clara, depoſitus fuit ad Sãctum Georgium, vbi baptiſmum, & literas receperat. Adſcriptus autem fuit in catologo Sanctorum die 19. Iulij anno 2. Pontificatus Gregorij IX. anno 1228. ex Laertio, & Arcturo ad 4. Octobris, licet Rod. Confect. Firmam. ponant diem 21. Februarij, ſed diuerſæ ſunt Bullę, videtur ſtandum primis. Die demum 25. Maij 1230. in propriam ecclesiam translatus fuit, vbi nunc requieſcit.

CAPVT SECVNDVM

De Nobilitate Sanguinis, & virtutis, Beati Franciſci Aſſiſiatis.

1 *Nobilitas alia virtutis alia ſanguinis.*
2 *Nobilitas ſoli Adamo coæva.*
3 *Originem poſtmodum habuit ex actibus heroicis.*
4 *Nobilitas virtutis prior ea, quæ eſt ſanguinis.*
5 *Natura de ſe neminem facit nobilem.*
6 *Nobilitas ſanguinis imperfecta ſine virtutibus.*
7 *Natura homines fecit æquales.*
8 *Nobilitas ſanguinis prius in Adamo, in poſteris prius virtutis.*
9 *Vtraque ſuadetur in Adamo per Sacram Scripturam.*
10 *Sanguinis vocatur naturalis.*
11 *Princeps tollit effectus nobilitatis.*
12 *Filius ſequitur conditionem patris ſi eſt legitimus.*
13 *Ex matre nobili filius naſcitur ignobilis ex patre ignobili.*
14 *Nobilitas propriè dicitur animatione corporis.*
15 *Virtutis nobilitas quid?*
16 *Hæc tribus modis aquiritur, officijs armis & ſcientia.*
17 *Vtraq; nobilitas comparantur ad inuicem.*
18 *Nobilitatem ſanguinis ſtercus dicunt nonnulli.*
19 *Eccleſia in conferendis honoribus conſiderat nobilitatem virtutis.*
20 *Nobilitatem aſſerens probare tenetur.*
21 *Franciſcus nobilis ſanguine & virtute.*
22 *Mercatura non tollit nobilitatem.*
23 *Nobilitas nil aliud, quam diuitiæ inueterata.*
24 *Vilitas diuitijs tegitur.*
25 *Arma Franciſci tres Anſeres, earum proprietates.*
26 *Ea promeruerunt eius parentes à Romanis.*
27 *Arma Anſerum originem trahunt à Romanis.*
28 *Nobilitas virtutis in S. Franciſco.*
29 *Diaconatus ordo Sanctum nobilitauit.*
30 *Seruire Deo regnare eſt.*
31 *Epitaphium in eius honorem.*
22 *Opera ab eo compoſita referuntur.*

1 Nobilitas, quæ conſiſtit in multitudine rerum geſtarum ex Cicer. in Parad. alia ſanguinis, alia virtutis, eius ætimologia eſt à non, & vilitate, eſt enim nobilitas vox compoſita ex non, & vilitas, negat ergo vilitatem in animo virili, & præſtanti, nam ſtatus conditio, & vilitas nobilem, vel ignobilem reddunt hominem, pauper macula carens non habetur pro vili perſona, nec pro ignobili *l. Humilem 7. C. de inceſtis, & inutil. nuptijs.* omnes ſiquidem pauperes naſcimur, corpore, quia nudi, anima, quia in peccato originali concepti edimur in luce cum eius ſorde, ex quo nec nobilitas homini
2 coæua eſt, quam ſolus Adam habuit in ſua creatione innocens omnibus virtutibus ornatus, præuaricatione de vetito pomo manducans ſibi, & nobis nobilitatem corporis, & animæ amiſit, dum dona ſibi à Deo collata perdidit, factus non ſolum humilis, ſed etiam vilis, dum ab eo audiuit ſententiam ſuæ vilitatis ignobilis effectus: *Maledicta terra in opere ſuo, in laboribus comedes ex ea cunctis diebus vitæ ſuæ.* Gen. cap. 3. 17. & ſeq. num. 23. *Et emiſit eum Dominus Deus de Paradiſo voluptatis, vt operaretur terram, de qua ſumptus eſt.* Spoliauit ergo eum Deus omni nobilitate tum corporali, tum ſpirituali, & fecit eum Agricolam cum ſudore vultus ſui, nobilis enim eſſe non poteſt faciens artem mechanicam l. Nobiliores 3. C. de commer. & merc. Neceſſe ergo eſt, vt nobilitas
3 poſtmodum excitata originem habeat ex actibus heroicis literarum, officiorum, & armorum, quod ſuadetur, nam quos Moyſes Numer. 1. 16. vocauit nobiliſſimos, erant Principes, Duces, & Capita deſtinata ad liberandum cum Moyſe eorum duce populum Dei de manu Pharaonis, quos Moyſes vti viros probos, expertos, virtutibus, & iuribus præſtantes elegerat, decorando illos nobili-
4 tate virtutis; vt inde filij naſcituri eſſent nobiles ſanguine, vt tempore procedente huius generis nobilitas in eis perficeretur per actus virtutum adiunctione nobilitatis virtutis. Natura ergo de ſe
5 neminem ex natis facit nobilem, ſed actus heroici quem de non nobili reddunt nobilem, quorum filij nobiles ex illa mixtione naturæ, & moris perficiuntur proprijs actibus, quia vt infra dicam
6 nobilitas ſanguinis vt imperfecta nihil eſt ſine nobilitate virtutis, in qua conſiſtit vera nobilitas, teſtibus auctoribus infra citandis. Vnde in corroborationem prædictorum dicitur reg. 32. ff. de reg. iur. quod omnes homines quo ad ius naturale attinet, ſunt æqua-

B les,

les,& pares; & Seneca inquit: *Vnus omnium parens mundus eſt, & nemo altero nobilior.* Perficitur ergo nobilitas ſanguinis per bonas, & heroicas operationes, per quas vnus alio nobilior efficitur. Hinc ſequitur in poſteris Adam prius eſſe nobilitatem virtutis, quam ſanguinis, ex quo hæc originem trahit ab illa, per quam &
8 perfectionem accipit: Dixi *in poſteris*, quia ex natura rei prius fuit in Adamo nobilitas ſanguinis, quam virtutis, nam in homine præferuntur naturalia moralibus, fuit eius ſanguinis nobilitas non originatiue, ſed intranſitiue, quia à Deo creatus eſt, non generatus ex commixtione ſanguinum, nobilitas ſanguinis in Adamo deduci poteſt in eſſe cognito, ſicut & præſtantia uirtutis ex illis uerbis Gen. cap. primo 26. *Faciamus hominem ad imaginem & ſi-*
9 *militudinem noſtram.* Per imaginem nobis præſentatur nobilitas ſanguinis, per ſimilitudinem uero nobilitas uirtutis. Et id ſuadetur doctrina Theologica, nam Filius in diuinis dicitur Imago Patris, qua à Patre generatur de eadem ſua ſubſtantia, ratione ergo ſubſtantiæ, & eſſentiæ diuinæ Filius eſt Imago Patris. Recte ergo dictum fuit, Imaginem nobis repræſentare nobilitatem ſanguinis in Adamo; nec obſtat, quod eius productio dicitur creatio, non generatio, quia improprie dici poteſt à Deo generatus, in quantum de non eſſe tranſiuit ad eſſe actione productiua ipſius Dei, quod ſufficit ad generationem improprie acceptam. Per aliud verbum refertur nobilitas virtutis, nam homo Deo ſimilis fit per actus virtutis, & bona opera, iuxta illud Ioan. 1. cap. 3. 3. *Scimus quoniam cum apparuerit ſimiles ei erimus*, ſcilicet in Paradiſo repleti omnibus virtutibus, quibus Chriſtus ipſe reſplendet, non incongrue igitur nomen *ſimilitudinis* repræſentare nobis poteſt nobilitatem virtutis.

10 Sanguinis nobilitas vocatur naturalis, quia à natura in deſcendentes extenditur per generationem paternam in filios, in quibus remanet immutabiliter *l. Ius autem agnationis* 35. *de pactis Tiraq. de nobilit. cap. 26. num. 5.* iura enim ſanguinis nullo iure ciuili dirimi poſſunt, hoc eſt, efficere ne talia deſcenderint à natura, ex cau-
11 ſa enim Princeps tollit nobilitatem quo ad effectus, ſicut nobilem facit alias ignobilem, à patre autem nobilitas hæc trahitur, cum per eius ſanguinem, à quo denominatur, ſine matris ſemine generari poſſit homo *ff. de ſtatu homin. l. Cum legitime* 19. Filius enim ſequitur

12 quitur conditionem patris, conſequenter matris, illegitimus vero
ſolum conditionem matris. Hæc quanto magis inueteraſcit, tanto maior habetur, & vnus alio nobilior eſſe poteſt *Num.* 22. 15. *l. Tam dementis* 21. *C. de epiſcopali aud. cap. Si furioſi* 25. *C. de nupt.*
Si quis autem naſcitur ex patre vili, & matre nobili, filius eſt igno-
13 bilis, quia ſequitur conditionem patris, ex allegatis à Barboſa *in l. Partum ancillæ* 7. *C. de rei vend. num.* 4.

Sed quæri poteſt, quandonam nobilitas à patre deriuatur in filium? A conceptione generatiua ne, an ab animatiua, an vero à natiuitate, & partus editione? Non à prima conceptione per ſeminis viri fluxum, quia licet ſemen ſit radix nobilitatis, quia tamen ab homine excitum nondum eſt homo, ſed tantum fœtus inanimatus,
14 qui honoris, & nobilitatis eſt incapax, ideo tunc ſolum incipit eſſe nobilis in ſecunda conceptione, per quam corpus humanum iam perfecte organizatum animæ infuſione, & vnione cum corpore fit homo, qui eſt compoſitum ex corpore, & anima rationali, in vnione ergo animæ rationis cum corpore homo factus incipit eſſe nobilis, & pro tali maxime habetur in partu, quia apparet in conſpectu hominum cum ſua nobilitate, ad quam ſe habuit ſemper paſſiue, patre vero actiue eiectione ſeminis, quod ſuum effectum producit, dum anima in corpore à Deo creata vnitur eidem corpori. Cum ergo filius ſe habeat ad nobilitatem mere paſſiue, cum tamen cœperit habere vſum rationis eam ex ſua ingenuitate tenetur perficere eximijs actibus virtutis, vnde Iuuenalis Satir. 8. inquit: *Pulchrius eſt, nobilem virtute fieri quam naſci.* Incipit ergo nobilitas à conceptione hominis, quia *qui in vtero eſt perinde ac ſi in rebus humanis eſſet.* l. Qui 7. ff. de ſtatu homin. pro nato enim habetur.

15 Virtutis nobilitas, quæ eſt aquiſita proprijs laboribus eximijs, conſiſtit in excellentibus actis, & magnitudine rerum geſtarum, a qua in publicis officijs in honore habitis. Tribus autem modis
16 aquiritur hæc virtutis nobilitas. *Primo* ex publicis officijs in honore habitis, vt colligitur tum ex lege Diuina locis ſupracitatis, 2. *Reg. cap* 23. *num.* 19. & 23. tum ex lege humana *C. de dignit. & ſeq. C. Vbi ſenat.* Prouerb. 37. *Nobilis in portis vir eius, quando ſedent cum Senatoribus terræ.* Id eſt, iſte vir euadet nobilis, cum inter Senatores ſedebit. Marci 15. *Ioſeph ab Arimathia nobilis decurio.* offi-

cia ergo honorabilia perſonam reddunt nobilem, quandocumq; iuſte exercētur cum laude. *Secundo* armis miles nobilitatur ſi in bello ſe honorifice geſſit, ex illo 2. Macab. 14. *Eligens nobiliter mori.* Item C. de officio mag. milit. *Tertio* quis nobilitatur ex ſcientia, & actibus eximijs virtutum, *gloſ. v. Literatus cap. de multa* 28. *de prabend.* Facit illud Deuter. 1. 15. *Viros Sapientes, & nobiles,* præmiſit cauſam effectui. S. Hieron. ad Celantiam inquit: *Summa apud Deum nobilitas eſt clarum eſſe virtutibus.* S. Bernardus ad Eug. *Genus Apoſtolorum eſſe non aliunde nobile, quam morum ingenuitate, & fidei fortitudine.*

17 Eſt autem vtraque nobilitas digna laude, & honore, præſtantior tamen, & excellentior eſt nobilitas virtutis, quam ſanguinis, cum hæc talis non ſit, niſi per merita illius, qui ſuis actibus eximijs aquiſitam nobilitatem filijs communicauit per nudum generationis actum ſanguinis ergo nobilitas talis non eſt ex ſanguine, ſed ex meritis conſanguineorum, quorum præſtantes actus virtutum, & rerum honorifice geſtarum, ſi imitati non fuerint filij, indigni ſunt nomine nobilis, de quibus Hoſt. & Petrus Andr. Gambara de Auct. legati à latere lib. 7. num. 260. Rebuff. in Praxi ſub titul. de Collat. §. Cum vero, quod nobilitas ſanguinis eſt

18 ſtercus, & diſputare de nobilitate ſanguinis eſt conſiderare de nobilitate ſtercoris. Cornel. Tacit. lib. 1. Hiſtor. ait: *Generari, & naſci à Principibus fortuitum eſt, nec vltra æſtimatur.* Vnde huiuſmodi nobilitas dici poteſt cæcitas, ſed dulcis fortunæ ictus. Decius in cap. Clerici, de iudic. num. 54. inquit: *Nobilis magis dicitur, qui eam virtute ſua aquiſiuit, quam ille, qui deſcendit à nobili genere, quia ex genere non eſt quis nobilis, niſi præſumptiue.* Vnde

19 Eccleſia in conferendis dignitatibus non conſiderat nobilitatem ſanguinis, ſed vitæ honeſtatem, & ſcientiam, cap. Venerabilis 37. de Præbend. Apuleius de Deo Socr. *Si laudas aliquem, quia generoſus eſt, parentes eius laudas. Sed ſi eum laudas, quia bonis moribus & artibus doctus eſt & valde eruditus, quantum homini licet, tunc ipſum laudas.* De hac re vide alia in mea Reſol. 56. Diuerſorum; quamplura refert Paulus Rubeus in Diſcurſu ad ſtudioſos ad initium ſecundi tomi Deciſ. par. 4. Recent.

His

His expeditis accedamus modo ad probandum nobilitatem tum ſanguinis, tum virtutis Sancti Franciſci. Non ſufficit aſſerere nobilitatem de aliquo, ſed ea omnino probanda eſt, neq;enim ea preſumitur tamquam qualitas, quę non venit à natura, vt ſupra dictum fuit. ſed ortum trahit ex accidentibus ſibi, ſi eſt nobilitas virtutis, vel ex progenitoribus, ſi eſt ſanguinis, ideo eam allegans
20 probare tenetur, ſecundum *Bald. in l. Non ignorat, & in l. In actionibus §. Plane C. de in lit. iur. Pironanus deciſ. 72 ex impreſſis à Paulo Rub. tom. 3.*

21 Probatur autem nobilitas ſanguinis primo, quia certum eſt, Petrum de Bernardone, qui fuit parens Franciſci, fuiſſe mercatorem, & quidem diuitem, vt colligitur ex Cronicis Franciſcanis, cuius exercitium adoleſcens ſecutus fuit filius cum omni iuſtitia, & ęquitate, vt in eius officio legitur ibi: *Lucratiuis mercationum de-*
22 *putatus negotijs.* Sed mercatura non arguit ignobilitatem, nec tollit nobilitatem, quę cum mercatura ſtare poteſt, vt teſtatur Catalogus Glorię mundi par. 8. Conſid. 49. §. Venetorum. *Inter quos nobilitas, veluti factio quadam ab reliquo populo diſcreta mercaturam omnis exercet. Ea quoq; qua equeſtris ordinis inſignia potitur, neq; mercaturam à nobilium exercitio exiſtimant alienam.* Genuenſes, Florentini, Lucenſes, & alij nobiles ſunt, & mercatores, quorum filij capaces ſunt ingreſſus religionis Hieroſolimitanę, vt conſtat ex eorum ſtatutis, & ſtabilimentis, vide Doctores allegatos à Barb. ad leg. Nobiliores 3. C. de Commertijs, & mercat. *Secundo* diuitię conſtituunt hominem nobilem ex l. Subeunda C. de decur. & alijs allegatis ab eodem Catalogo par. 8. Conſid. 22. vnde Petrus de Bellapertica dixit in l. Humilem C. de inceſtis nupt.
23 Nobilitatem nihil aliud eſſe, quam diuitias inueteratas, & cum eo Gigas *apud Graff. lib. 2. de arbitr. cap. 31.* vbi alia lectu digna refert. S. Ambroſius 2. de offic. ait, hominum opinionem eſſe, quod nemo niſi diues putetur honore dignus, pro qua habetur ſequens diſticon.

In pretio pretium nunc eſt, dat cenſus honores,
Cenſus amicitias, pauper vbique iacet.

24 Ad quod facit l. Eis qui 58. C. de Decur. argumento, quod vilitas perſonę ob diuitias tegitur, ex eodem Catalogo, ex capite ergo diuitiarum, quibus Petrus abundabat colligitur eius nobi-

 litas.

litas. *Tertio* plebei, & ignobiles carent armis, & inſignijs ſuę familię, Catalogus par. 1. concl. 27. Id autem arguit honorem ex eodem conſiderat. 38. Pater autem S. Franciſci habebat in ſuis armis impreſſas tres Anſeres ex Rodulpho in Hiſtor. Relig. Arma
25 ex auibus, inter quas Catalogus enumerat Anſeres, volitant enim quandoq; prope terram *ead. par. 1. conſid. 83. §. Aduertendum*, aſſerit, initium habuiſſe à Romanis, hinc coniecturam habemus Petri
26 progenitores ea inſignia promeruiſſe à Romanis ob pręclara eorum geſta, Aſſiſium enim eſt in Vmbria Prouincia ſubiecta Romano Imperio Petri; de Vmbris armigeris plura ſuccincte refert nobilis vir Ludouicus Iacobillus tom. 1. *Delle vite de Santi, e Beati dell'Ombria*, initio operis eiuſmodi. Boterus apud Floretum Aluerninum fol. 110. lib. 1. *Relationum vniuerſ.* inquit: *Vmbri populi*
27 *ſunt ex magis ſtrenuis bellatoribus Italia.* Adiungamus huius auctoritatem cum aſſerto Catalogi, quod arma ex Anſeribus ortum habeat à Romanis, intrepide poſſumus inferre Petrum de Bernardone fuiſſe progenitum ex parentibus nobilibus, qui Romanis inſeruierunt in actibus honorificis, vt etiam Anſeres id inſinuant, nam Plinin. lib. 10. cap. 22. ait. *Hæc nocturna excubias celebrat vigilias enim ſuas clangore teſtatur. Anſeres olim in Capitolio alebantur, quod cuſtodibus omnibus ſopitis, Romanos ad defenſionem arcis excitauiſſent, & arcis veluti ſuis excubijs à Gallorum vi ſeruaſſent.* A Martiali vocatur *Argutus anſer*. A Sidonio. *Atque Anſeres conubia nocte clangentes.* Idem. *Tum quiq; totam aciem Genones dum garrulus Anſer Nuntiat.* Conſidera proprietates Anſeris, quæ ſunt cuſtodia, excubię, vigilię, argutia, quibus admonet ſuos, vt ſe ab inimicis tueantur. Hæc eadem arguit inſigne Petri de Bernardone, quod eius progenitores arma acceperint à Romanis propter varia beneficia in bello, & in pace collata Reipublicæ Romanæ, nobiles ergo fuerunt, & ab eis deſcendentes nobilitate virtutis, & ſanguinis. Vide de Nobilitate S. Franciſci ex ſanguine Vadingum in Apparatu Annalium Ordinis Minorum.

28 Nobilitas virtutis adeo replendet in Sancto Franciſco ex eius actibus bonis, ſanctis, eximijs, & heroicis, vt fruſtratorium ſit, eam demoſtrare. Nihilominus aliquid dicemus ad maiorem Dei gloriam, & illius amplitudinem, & honorem. *Primo* quidem in armis, nam fuit Dei miles ſtrenuus, qui Diabolum, Mundum, & Carnem,

nem, ex Hymno ad Laudes. *Carnem, mundumq; conterens: Hoſtes malignos proterens, Auream victor meruit.* Prima ſui vocatione Chriſtus in ſomnis facta apparuit connumerans illum inter ſuos milites, quia decentia indumenta, quæ ſibi præparauerat nudatus militem genere nobilem, ſed rebus inopem veſtiui, his verbis: *Nocte vero ſequenti cum ſe ſopori dediſſet, palatium ſpatioſum & magnum cum militaribus armis crucis ſignaculo inſignitis, is pro cuius amore militi egeno ſubuenerat, dignatiua ſibi reuelatione monſtrauit, necnon viſa omnia ſua fore, militumq. ſuorum, ſi Crucis Chriſti vexillum conſtanter aſſumeret, ſub aſſecurationis certitudine repromiſit.* Ab ea viſione inſtructus cæpit exercitum cum armis præparare inſtituendo tres Ordines Minorum, S. Claræ, & Pænitentium, vt cum illis inire poſſet bellum cum inimicis ſuis, quos debellauit,
29 & vicit reportando trophæum victoriæ. *Secundo* fuit nobilis ex diuerſis officijs honorifice geſtis, nam Diaconus fuit, qui ordo cum alijs perſonam nobilitat, Ioann. Andr. in cap. Libentius, de ſeruis non ordin. apud Catal. par. 8. conſid. 26. Ad rem noſtram, Cato Minor lib. 1. præſtat hoc diſticon, & ſequens Verinus.
30 *Hoſpitij in muro legi carbone notatum,*
Qui regnare cupit, ſeruiat ille Deo.
Vna ſalus ſeruire Deo eſt, hæc gaudia ſola
Vera putes, quorum gloria finis erit.

Sixtus V. in Bulla 71. incip. *Cum de omnibus*, rem hanc affirmat his verbis: *Cui ſeruire regnare eſt*, inſinuans non eſſe decens, quod illegitimi recipiantur ad religionem inter Miniſtros Domini, cui ſeruire eſt regnare S. Franciſcus inter ſeruos Dei non fuit ex minimis, nec ex inferioribus, ſed inter maximos, vt probatur ex priuilegijs tam ſingularibus, Indulgentiæ nempe Portiunculæ, & impreſſione Sacrorum Stigmatum, vt hactenus tam excellentibus prærogatiuis dignus nemo habitus fuerit, præter Beatum Franciſcum.

Tertio demum Sanctus Franciſcus nobilis fuit ex alijs virtutibus, & actibus eximijs prædicationis, qua innumeros direxit ad ſalutem, vt ex eius vita colligitur. Fuit vir mediocri literatura ornatus, & nonnulla opuſcula reliquit plena ſalutaribus monitis; & pro prædictorum veritate reſcribam ex Catalogo Scriptorum Franciſcanæ religionis ſequens Epitaphium cum indice operum à

31 doctiſſimo, & religioſiſſimo viro Luca Vadingo Auctore celeberrimo Cronologiſta trium ordinum Franciſcanæ religionis.

Viro Seraphico, Catolico, Apoſtolico,
Franciſci Romani
Celſa humilitate conſpicui,
Chriſtiani orbis fulcimenti,
Eccleſiæ reparatoris,
Corpori nec viuenti, nec mortuo,
Chriſti crucifixi plagarum,
Clauorumq; inſignibus admirando;
Papa noua ſtatura Coëlachrymatus
Lætificans, & exultans;
Iuſſu, manu, munificentia poſuit,
Anno Domini MCCXXVIII.
XVI. Kalend. Auguſti
Ante obitum mortuus, poſt obitum viuus.

32 Dictus Vadingus eius opera in tres libros diſtinxit adiectis commentarijs mandauit imprimi Antuerpiæ anno 1623.

Liber primus continet Epiſtolas ſeptemdecim. Opuſcula varia. Orationes diuerſas. Teſtamentum, & laudes teſtamenti.

Secundus Regulam pro Fratribus Minoribus; Regulam ſecundam pro eiſdem; laudes ſecundæ Regulæ; Regulam Clariſſarum, & Regulam Fratrum Pænitentium.

Tertius Collationes monaſticas viginti octo; Officium Paſſionis Dominicæ; Cantica ſpiritualia tria; Apophthegmata; Familiaria colloquia; Prophetias; Parabolas, & exempla; Benedictiones; Oracula, & ſententias.

CAPVT TERTIVM

De inſtitutione Trium Ordinum à Beato Patriarcha Patre Franciſco.

1 *Tres ordines inſtituit S. Franciſcus.*
2 *Mercaturam exercuit.*
3 *Primum ordinem inſtituit 18. Octobris 1208. infra 6.*
4 *Duodecim Diſcipulos habuit.*
5 *Sub primo Ordine militant Conuentuales, Obſeruantes, & Capucini.*
6 *Initium huius primi Ordinis varie refertur, ſupra 3.*
7 *Ordo primus fundatus 16. Aprilis 1208. verius, vbi de eius duplici conuerſione.*
8 *Religio incipit habere vires ab approbatione Papæ.*
9 *Regula prima approbata fuit verbo ab Innocentio III. ſcripto autem ab Honorio III.*
10 *Congregatio fit ex duobus, ſeu tribus perſonis.*
11 *Ordo ſecundus fuit pro Sancta Clara.*
12 *Controuertitur dies conuerſionis S. Claræ.*
13 *Tertij Ordinis inſtitutio 1221.*
14 *In oppido Canaria.*
15 *Laudatur Tertius à pleriſq;*
16 *De Pœnitentia nuncupatur, quia hæc omnibus neceſſaria eſt.*
17 *Ordo ita excreuit, aut vniuerſus ferè orbis olim erat de hoc Tertio Ordine.*
18 *Laudatur à Cardinali de Treio.*
19 *Lucius primus Tertij Ordinis à S. habitum recepit.*
20 *Petrus item de Colle, Bruno, & Martio leſius.*
21 *Bartolomæus deinde; cui dedit facultatem recipiendi alijs.*
22 *Pluribus Sanctus dedit habitum Florentiæ, vbi de Hoſpitali.*
23 *Auctores tractantes fuſe de Tertio Ordine.*
24 *Famulus homo facinoroſus fit Tertiarius.*
25 *Ordo floret in Germania, Polonia & Sileſia.*
26 *Tres Ordines S. Franciſci in quo conueniunt, & differunt.*
27 *Tertius ordo ab alia non deſcendit.*

28 *Ars imitatur naturam.*
29 *Religiones ſunt opus voluntatis, & intellectus, non naturæ.*
30 *Cognatio carnalis quid ſit. Dat cognoſcere procreationem Religionum.*
31 *S. Franciſcus ſtips trium Ordinum.*
32 *Vt quis dicatur filius vnius Ordinis debet deſcendere vel immediatè à ſtipite, vel ab aliquo eius profeſſore.*
33 *Capucini filij S. Franciſci per rectam lineam deſcendentes.*
34 *Vt quis ſit filius vnius Ordinis neceſſe eſt, quod profeſſione deſcendat ab aliquo eiuſdem Ordinis.*
35 *Tertiarij habent tria ſibi propria Ordinem, Regulam, & Profeſſionem.*
36 *Quot ſunt Ordines tot ſunt corpora inter ſe diſtincta.*
37 *Tertiarius tranſiens ad primum Ordinem profeſſione deſinit eſſe Tertiarius.*
38 *Vnitas auctoris non tollit diſtinctionem Ordinum. ſicut Vnitas generis non tollit diuerſas ſpecies quibus communicatur.*
39 *Merlini deciſio refertur.*
40 *Generalis Minorum non vt ſic ſed vt ſuperior Tertiariorum regit ipſos Tertiarios ſecundum eorum Regulam. & ſtatuta.*
41 *Rex Hiſpaniæ non vt Rex, ſed vt Dux gubernat Mediolani Ducatum iuxta ipſius leges.*
42 *Epiſcopus regit clericos vt Ordinarius, Regulares vt delegatus à Sede Apoſtolica.*
43 *Tertiarij non ſunt membra, nec partes Minorum, nec deſcendunt à latere eorum.*
44 *Obſeruantes, Conuentuales, & Capucini partes ab inuicem deſcendentes vnius tantum Ordinis.*
45 *Naſci ex latere vnius Ordinis eſt in eo profiteri.*
46 *Veſtis eadem non arguit identitatem religionis.*
47 *Incedere ſub eadem Cruce non infert eſſe eiuſdem Ordinis.*

4 Luce clarius eſt S. Franciſcum inſtituiſſe tres ordines iuxta tertiam Antiphonam ad Laudes Officij eiuſdem apud eiuſdem Sancti Eccleſiam. *Tres ordines hic ordinat, primumque Fratrum nominat Minorum. Pauperumq. fit Dominarum medius. Sed Pœnitentium Tertius ſexum capit vtrumq;*

5 In adoleſcentia ſua curis mercaturæ implicatus timorem Dei ſemper præ oculis habebat, ne cuiquam iniuſtitiam faceret, caſtigatus exterius prolixi languoris grauedine, & clarificatus interius Spiritus Sancti vnctione, corporeis vtcumq; viribus reſumptis, nocte quadam in ſomnis vidit quoddam palatium magnum, & ſpacioſum cum militaribus armis Crucis ſignaculo inſignitis, ex reuelatione ſibi facta à Chriſto, arguente ſuæ religionis futuram inſtitutionem; ex tunc cum eſſet annorum ætatis ſuæ 24. Chriſti 1206. Innocentij III. 9. à publice negotiationis tumultu ſe ſubtrahens, vale dixit mundo, quærens loca meroribus amita, Chriſti paſſionem inceſſanter cum lacrymis ex corde prodeuntibus die, ac nocte deuote meditabatur, hanc vitam à ſeculo remotam per biennium egit in orationibus, & ſui corporis cruciatibus, inſtanter à Deo petens, quid ad eius maiorem gloriam, & Chriſtifidelium ſalutem agere deberet, exauditus fuit pro ſua reuerentia, nam die 18. Octobris, S. Lucæ, audito Euangelio ex illis præſertim verbis: *Nolite poſſidere aurum, neq; argentum neq; pecuniam in Zonis veſtris, non peram in via neq; duas tunicas, neq calceamenta, neque virgam.* Matth. cap. 10. quæ verba fere eadem leguntur ex D. Bonauentura Lect. 4. diei quintæ Octobris infra eius octauam, tanta Spiritus Sancti virtute perfuſus reiecit baculum, peram, & pecuniam, corrigia dimiſſa, quæ more aliorum ſecularium detulit etiam illo biennio pænitentiæ, cæpit cogitare de Religione inſtituenda formando Regulam, & ſocios ſibi aſſumendo, primum ordinem inſtituit eo die 18. Octobris, inquiunt nonnulli, quod fuit anno Chriſti 1208. vndecimo ſuæ ætatis 26. Papæ Innocentij III. qui illius Regulam ore tenus ſequenti anno confirmauit; per Bullam vero Honorius III. anno ſui Pontificatus VIII. 29. Nouembris, Chriſti vero anno 1223. & non 1224. quia annus VIII. Papæ cæpit numerari à ſecundo ſemeſtri anni 1223. incipit autem Bulla: *Solet annuere.* 5. in Bullario Nouo. Anno 17. primæ conuerſationis à ſeculo, & 15. à ſecunda, ſeu inſtitutione ordinis primi.

4 Duodecim ſibi elegit diſcipulos, quorum primus fuit Bernardus Quintaualla nobilis, diues, & doctus de Aſſiſio, die 16. Aprilis anno 1209. Arturus in ſuo Martyrol. ad 10. Iulij. Secundus fuit Petrus Cataneus Aſſiſias Canonicus Catedralis Sacerdos ad 10. Martij: Tertius Ægidius de eadem ciuitate. Quartus Sabatinus ad 2. Februarij. Quintus Moricus antea Crucifer de Aſſiſio, ad 26. Auguſti. Sextus Ioannes Capella primus præuaricator ſuæ profeſſionis S. Antoninus part. 3. Hiſtor. tit. 24. cap. 7. inquit: *Qui vt alter Iudas factus, in ordine leproſus, furore ſuccenſus ordinem egrediens à Deo in manib. dæmonum ſic relinquitur, quod abiens laqueo ſe ſuſpendit.* In eius locum S. Pater elegit Gulielmum natione Anglicum viſum Sanctum. Septimus Philippus Longus, ad 14. Martij. Octauus, Ioannes de S. Conſtantio, ad 1. Decembris. Nonus Barbarus de Aſſiſio, ad 14. Maij. Decimus Bernardus de Viridante, ſeu Vigilans ad 2. Iunij. Vndecimus Angelus Tancredi miles nobilis de Reate ad 13. Februarij. Duodecimus Siluester de Sciphis nobilis Aſſiſ. ſacerdos, ad 4. Martij, apud dictum Martirolog. omnes beati, gratijs, & miraculis clari.

5 Sub hoc primo ordine militant Conuentuales, de Obſeruantia, Reformati, & Capucini, nam eandem promittunt Regulam primam cum aliqua differentia, nam Conuentuales eam profitentur iuxta mitigationem, & declarationem factam à Summis Pontificibus. An ſint priores Conuentuales Obſeruantibus, non eſt huius loci id diſputare, niſi vno verbo dicamus, & quidem vere, ab initio non fuiſſe eam diſtinctionem. Martyrologium Franciſcanum in fine §. 209. vocat Conuentuales antiquiores. Omnes tamen ſunt veri filij ſecundum profeſſionem S. Franciſci, a quo tamquam à communi ſtipite per ſpiritualem generationem deſcendunt.

6 Reſtat aliquid dicendum ſuper menſe, & anno inſtitutionis Ordinis primi, non enim omnes conueniunt, nam Piſanus in meo Codice lib. 1. fructu 8. par. 2. fol. 59. col. 4. inquit: *Ordo Fratrum Minorum euangelicus, & primus à Beato Franciſco inſtitutus eſt anno videlicet 1207. die ſextodecimo Aprilis.* Idem habet Memoriale Ordinis ſub initium §. Fructauit. Marcus Vliſſipon. lib. 1. cap. 7. apud Vading. in Apologetico de prætenſo habitu fol. 212. inquit: *In hac lectione Euangelica in hoc facto, in hoc die, anno ſcilicet 1208.*

menſe

menſe Octobri die S. Lucæ hic Beatus vir initium dedit Regulæ Minorum anno ætatis 27. *expletis annis duobus ſuæ conuerſionis.* Si ergo expleuit biennium ſuæ primæ conuerſionis, cæpit eam conuerſionem circa eundem menſem Octobris anno 1206. Aſſignando diem 18. Octobris, quo currit Euangelium S. Lucæ cap. 10. conſequentiam huius diei colligunt ex eo Euangelio ibi: *Nolite portare ſacculum, neq; peram, neq; calceamenta.* Sed ſi inſpiciamus Legendam S. Bonauenturæ relatam lect. 4. diei quintæ Octobris, non concordat hæc cum Euangelio Lucæ, ſed Matthæi cap. 10. illis verbis: *Cum vna dierum inter ſolemnia Miſſarum legeretur Euangelium illud, in quo Diſcipulis ad prædicandum miſſis Euangelica norma in viuendo præſcribitur, nec videlicet poſſiderent aurum, vel argentum, nec in Zonis pecuniam, nec peram deferrent in via, nec duas haberent tunicas, nec calceamenta, nec virgam, &c.* Manifeſtum autem eſt in Euangelio Lucæ non legi de auro, de argento, de pecunia, de tunica, neq; de virga, ſicut legitur in Euangelio Matthæi cap. 10. D. ergo Bonauentura Croniſta anteſignanus D. Franciſci geſtorum, non fuit locutus de Euangelio Lucæ, nec ad formam Euangelij Lucæ, ſed de Euangelio Matthæi, in quo leguntur prædicta, non ergo bene dies 18. Octobris initium Ordinis indicat, cum nihil fere eorum, quæ dicit S. Bonauentura habeat Euangelium S. Lucæ. Immo quod magis conſiderabile eſt in toto Miſſali antiquo non legitur Euangelium S. Matthæi ex cap. 10. vbi habetur hyſtoria de auro, & argento non poſſidendo, neq; in nouis reformatis à Pio V. ſolum in Miſſa pro peregrinantibus, & iter agentibus habetur hoc Euangelium, quod non erat in eadem Miſſa antiquorum Miſſalium. Concludendum ergo eſt initium Ordinis non recte colligi ex Euangelio Matthæi, neq; Lucæ, accidiſſe die 18. Octobris, quo pro Sancto Luca legitur proprium eius Euangelium, quia in hoc S. Lucæ nulla fit mentio de auro, & argento, illud vero S. Matthæi non reperitur in Miſſis antiquorum Miſſalium. Sed vnico verbo his reſponderi poteſt, incertum eſſe, & nobis incognitum de ordine Miſſarum illis temporibus, vnde ſtandum eſt maiori parti Croniſtarum.

7 Aſſerentium Franciſcum anno Chriſti 1206. anno 24 circa ſuæ ætatis primo renuntiaſſe patri quæcumq; in mundo habebat, & cæpiſſe agere vitam eremiticam more aliorum relinquentium ſe-

culum,

ſeculum; nullum tamen ferens habitum alicuius religionis; & poſt biennium, anno ſcilicet Chriſti 1208. ad arctiorem viuendi formam acceſſiſſe, quæ fuit ſecunda conuerſio, ad quam anno ſequenti adiunxit initium ſui Ordinis primi à die 16. Aprilis, quo eodem die recepit in ſuum ſocium primo Bernardum Quintaualla, Martyrol. ad 10. Iulij, ſecundo Petrum Cataneum, ad 10. Martij; deinde 23. eiuſdem menſis, & anni recepit Ægidium, qui fuit tertius eius ſocius. Hæc omnia Vadingus in Apologetico ſect. 5. §. V. ex communiori Croniſtarum meliorum recenſione, & ſupputatione.

8 Nullus ordo, nulla religio quamuis à fundatore inſtituta non habet rationem legitimam ordinis, ſeu religionis, niſi à Romano Pontifice prius examinetur, & approbetur, vt colligitur *ex cap. fin. de relig. domib. & cap. Vn. eod. in 6.* quod eſt conforme etiam iuri ciuili *l. 1. 2. & 3. ff. de colleg.* de qua re plura dixi Reſol. 85. de confir-
9 matione religionum. Primam autem Regulam S. Franciſci fuiſſe approbatam ab Innocentio III. affirmat Honorius III. dum eandem ſcripto confirmauit 29. Nouembris 1223. veriſimile autem eſt eam approbationem primam obtinuiſſe eodem anno 1209. cum iam haberet aliquot ſocios, per quos poſſet ſuam congrega-
10 tionem fundare, nam Congregatio conſtituitur ex duobus, ſeu tribus perſonis *cap. 1. de elect. gl. v. Vbi Congregatio cap. 1. 10. q. 1.* Et tres faciunt collegium reg. 85. ff. de reg. iur. Collegium, quaſi colligatio plurium in vnum ſub vna lege, quod eſſe non poteſt, niſi ad minus tres vniantur, cum duo per tertium vniantur, & colligentur.

11 Secundus Ordo, qui dicitur S. Claræ, à Sancto Patre fuit inſtitutus receptione S. Claræ ad habitum religionis, quod accidit anno 1212. Chriſti, Innocentij III. decimo quinto, Religionis quinto, ex Vadingo tom. 1. ad dictum annum. Anno igitur ſuæ ætatis 18. Clara, domo, ciuitate, & conſanguineis derelictis Deo duce feſtinauit nocte Dominicæ Palmarum, quæ in decimum nonum diem incidit Martij ad S. Mariam de Portiuncula, vbi Fratres ſacras excubias obſeruantes virginem cum luminaribus exceperunt, & ornamentis ſeculi relictis, non reiectis ſordibus Babilonis, quibus nondum intercepta erat, quia virgo, per manus S. Patris crinibus tonſa vilem tunicam recepit, & illico eam ad Eccleſiam S.

Pauli

Pauli Monacharum nigrarum ſanctus deduxit, & paucis interiectis diebus Clara cum Sancto Franciſco, & duobus ſocijs eius Bernardo, & Philippo tranſiuit ad Eccleſiam S. Angeli de Panſo Ordinis S. Benedicti iuxta ciuitatem Aſſiſij, ad quam eius Soror Agnes ad agni nuptias inuitata, ſimilem vitam ducens poſt ſexdecim dies à conuerſione ipſius Claræ tranſiuit, vbi ſacris votis Omnipotenti Deo nuncupatis ſponſo Chriſto in perpetuum nupſit.

Sanctus Franciſcus animaduertens, filiam ſuam Claram, quam Spiritus Sancti gratia Chriſto regenerauerat, indigere ſancta educatione, cum Cardinali Vgolino de Comitibus Signiæ poſtea Gregorio IX. compoſuit Regulam ſuis Sororibus, quæ approbata ab Innocentio IV. Bulla 12. incip. *Solet annuere*, 1253. die 9. Auguſti, tribus diebus antequam Spiritum Deo ſuo redderet Claræ oblata fuit, qua nihil pretioſius, nihil acceptabilius expectabat pro inſtructione, & educatione propria, & filiarum ſuarum. Regulam experta, quam ſumme, & diligentiſſime obſeruauit per illos tres dies, vt purior, & cum lampade accenſa bonorum operum ex ergaſtulo carnis Spiritus eius cælo redderetur creatori ſuo, vnde venerat, plena virtutibus, & meritis tranſiuit ad ſuum ſponſum die duodecimo Auguſti 1253. cuius exequijs intereſſe voluit Innocentius IV. cui ſucceſſit Alexander IV. qui anno 1255. eam in numerum ſanctarum retulit 26. Septembris biennio poſt eius mortem.

Geneologia S. Claræ hæc eſt. Paulus ex nobili familia militari Sciforum, ſeu de Fuimi procreauit Berardutium, ſeu Bernardum, qui tres genuit filios, Fauaronum, ſeu Fauorinum, Paulum, & Monaldum, qui præclari fuerunt ex militia, & facultatibus. Fauaronus ex Hortulana nobili genere ſua coniuge ſuſcepit tres filias, Claram noſtram, Agnetem, quę conſors fuit in Religione ſorori ſuę, & Beatricem. Paulus Pauli habuit Berardutium iuniorem, cui fuit filius vnicus beatus Rufinus ſectator S. Franciſci, & Angelam profeſſam eiuſdem Ordinis. Monaldus tres generauit Boſonem, cui fuit filius beatus Silueſter religioſus, Iolum, & Finum. Vading. ad annum 1212. num. 14.

Remanet difficultas circa ea verba: *Nocte illa Dominica Palmarum, quæ in decimum nonum incidit Martij*. Vading. 1212. num. 21. mirum

mirum ad quid referatur relatiuum *quæ*, an ad noctem, an ad Dominicam? Nam relatum ad Dominicam indicat errorem, quia eo anno Paſcha fuit 25. Martij, ac proinde Dominica Palmarum 18. eiuſdem menſis propter literam G Dominicalem eo anno in vſu affixam illis diebus, eo autem anno 1212. erat biſextilis, ac proinde altera litera A. ſeruiuit vſq; ad diem S. Matthię. Si vero illud relatiuum *quæ* referatur ad eam noctem ſcilicet ſequentem nimirum diem Palmarum, tunc non eſt error in Dominica Palmarum, quę vere incidit in diem decimum octauum, ſed videtur abuſus in vocabulo *noctis*, quia Eccleſia nomine noctis intelligit eam, quæ pręcedit diem feſti, cum quo conſtituit vnum diem naturalem 24. horarum, nam per noctem Natalis, & Reſurrectionis Chriſti intelligit noctem pręcedentem, & is intellectus eſt conformis creationi mundi, nam dies incipiunt à pręcedenti ſero, ibi: *Factumq; veſpere, & mane dies vnus.*

13 Tertius Ordo, in ordine ad quem ſcribimus, à Sancto Patre inſtitutus fuit anno Chriſti 1221. ſuę ętatis 39. ſexto Pontificatus Honorij III. *decimoquinto* ſecundum Toſſinianum anno 14. fol. 145. à prima ſua conuerſione, decimo tertio ab inſtitutione Regulę primę, & à ſecunda ſua conuerſione. Sanctus ergo Pater eo anno 1221. Aſſiſij Capitulo Generali celebrato die 30. Maij. Pętecoſtes, nam eo anno Paſcha accidit in vndecimum Aprilis ex Aureo 6. & Epacta V. Litera C. in quo voluit renuntiare Generalatui, ſed Capitulum hoc non permiſit, ideo ſibi ſubſtituit in Vicarium F. Petrum Catan:um ſecundum genitum, his peractis, ce-

14 pit per oppida vicina Chriſti fidelibus Pęnitentiam pręadicare, pręcipue incolis Canarię loci diſtantis ad quatuor milliaria ab Aſſiſio, & tanto affectu, atq; efficacia Verbum Dei illis gentibus diſſeminauit, vt omnes vnanimi conſenſu, & pari ſpiritus feruore deliberarint eum proſequi in bonis operibus tam viri, quam fęminę, tam ſoluti, quam coniugati, clerici, & laici, ne autem derelictis proprijs domibus eum ſequerentur, ſed remanentes Deo in pijs operibus, abſtinentijs, ieiunijs, & pęnitentijs deſeruire poſſent in ſuis oppidis, & locis, pro illorum ſalute, omnes, & ſingulos recepit in Fratres, & Sorores, quos vocauit de Pęnitentia, & de Tertio Ordine reſpectiue ad ſecundum Monialium, & primum Fratrum. De huius Ordinis magnificentia nonnulla referam ex probatis auctoribus. 15

15 Sanctus Antoninus Archiepiſcopus Florentinus, Ordinis Prædi-
catorum ſplendor par.3.Hiſtor. tit.24.cap.1.§.2.inquit: *Fraterna
dilectione deuictus Beatus Franciſcus ad inſtar Patriarchæ Noe Ar-
cam fabricauit, & tricameratam fecit, ideſt, religionem, ſcilicet Fra-
trum, Monialium, & Tertij Ordinis, vt habitantes in ea præſeruaret à
diluuio vitiorum, & morte inferorum, omni ſtatui cupiens dilectione
prouidere.* Bartolomæus Piſanus primi Ordinis alumnus inquit in
lib. Conformitatum fol. 106. col. 5.: *Tertius Beati Franciſci Ordo*
16 *dicitur Fratrum de Pænitentia, vt ſicut Pænitentia omnes complecti-
tur, ſic ordo ipſius Beati Franciſci omnibus generibus hominum, vide-
licet, virginum, viduarum, & coniugatorum diſponitur iſte, & ordina-
tur, qui à Beato Franciſco circa tempora decimi quarti anni à ſua con-
uerſione eſt inſtitutus, & ordinatus.* Non eſt diſcrepantia inter an-
num 14.Piſani, & noſtrum 15. à prima conuerſione quia anni iſti
ſecant, & dimidiant, ſicut anni Pontificij, dum incipiunt infra an-
num Domini. Errauit vero, dum fol.59.col.4.dixit: *Et Tertius Ordo
Fratrum de Pœnitentia nono anno capit ab eius ad Chriſtum conuer-
ſione.* Eſt enim lata diſtantia, & ille annus nonus coniungitur cum
anno Chriſti 1215. quo nullus hactenus dixit, Tertium Ordinem
fuiſſe inſtitutum anno præfato 1215.

17 Ordo noſter paulo poſt ſui initium ita in immenſum excreuit,
adeo quod illius æmulatores, Federicus II. Imperator electus 13.
Decembris 1210. defunctus 1250. cum ſuo Cancellario Petro
de Vineis improperarent Fratribus Minoribus, quod ad hunc or-
dinem omnes tam viri, quam fœminæ properarent, ex eodem de
Vineis lib.1.Epiſt.37.his verbis: *Duas nouas Fraternitates creaue-
runt, ad quas ſic generaliter mares, & fœminas receperunt, quod vix
vnus, & vna remanſit, cuius nomen in altera non ſit ſcriptum.* Et qui-
dem verum dixit, quia in Tertio Ordine nomen dederunt Impe-
ratrices, Reges, Reginæ, Marchiones, Duces, Comites, & cæteri
nobiles, præter ciues, & plebeos. Lege ad hæc Martyrologium
Franciſcanum ad 3.Ianuarii.

18 Cardinalis Gabriel de Treio S. R. E. Presbiter tituli S. Pancratii
huius ordinis profeſſor reſpondens è Tybure anno 1621. 3. Iulii
P.Lucæ Vadingo de noſtro ordine hæc reſcribit: *At tu admiraris,
& ſolemnibus celebrare encomijs, me poſt purpuram Cardinalitiæ di-
gnitatis habitum Tertij Ordinis induiſſe, & ſolemniter Tertiam P, no-*

ſtri Franciſci Regulam profeſſum fuiſſe: ſed quomodo qui meipſum, & omnia, quæ habeo Franciſci eſſe profitebar, poſſem qualecunq; exhibere deuotionis ſignum, niſi meipſum ſuæ religioni deuouerem? An ne indignus eſt Franciſci funis, quo regia purpura cingatur. Eo præcinctus Ludouicus Rex Galliæ, Eliſabeth Vngariæ Princeps, in Sanctorum numerum relati. Imperatrices, Reginæ Reges, & alij Principes viri, quorum numerum tempore mortis ſuæ deuotiſſime habitum ſuſcipiens auxit hoc anno Philippus III. Rex Hiſpaniarum, & paulo ante Sereniſſima Hiſpaniæ Regina Eliſabeth Philippi IV. Domini noſtri vxor, & nobiliſſima Princeps Maria eiuſdem Philippi IV. germana ſoror, quæ etiam huic tertiæ Religioni nomen dederunt, quas cum potentiſſimo, & pijſſimo Rege Deus diu incolumes ſeruet. An forte non decet regiam dignitatem cilicium? Decet certe. Et tempore Eliſæi Prophetæ eo vſum Regem Iſraël narrat hiſtoria ſacra. Vnde ergo miraris, quod Cardinalis cinericium habitum purpuræ imponat, & corda ſe præcingat? Dicis: humilis habitus eſt tantæ dignitati. At ego reſpondeo, ideo ſuſcipiendũ hoc tempore, cum tanto humilior, atq; ad ſeruiendum Deo promptior quiſquam debeat eſſe ex munere, quanto ſe obligatiorem conſpicit in reddenda ratione; &c. Quid ergo ego facerem eo tempore quo indignus ad tam ſupremum Eccleſiæ euehebar gradum, niſi humilitate Franciſci me tueri, quo ſecurius poſſem oneris iniuncti procellas, labores, & onus ſuſtinere? Sed quid multa? Nonne cinericius habitus Franciſci vere purpureus eſt, quo ornari poſſit regia, & Cardinalitia dignitas; vere purpureus eſt quam Chriſti ſignat cruor, & paſſionis eius coronauit fides, & quem Chriſti vice proprio ſanguine è ſacris ſtigmatibus effluente rubeſcit Franciſcus. An ne humilitas Chriſti ſeruitus eſt? ſeruilis non eſt, quam regalis nobilitas purpura, ornamentum eſt purpura regium. Hunc ſi quis dedignetur, vel abhorreat habitum, reſpiciat, quod non griſeus, ſed purpureus ſit; Humilitas namq; ſuſcepta pro Chriſto regiam proferre dignitatem. Quid ergo feci? Purpuram purpura contexi: Cardinalitiam regia. Tantum abeſt, quod me humiliauerim, vt merito dubitare poſſim, an ſuperbierim.

Ex Vadingo in opuſc. S. Franciſci, & Martyrol. Franc. Addit. fol. 649. §. 202.

19 Primus in Tertio Ordine filius S. Franciſci fuit Lucius, ſeu Luceſius, qui cum ſua vxore nomine Bona habitum ab eo recepit apud Podiumbonitium *Pogibonzi* Caſtrum imperiale. Ipſe autem fuit de

de S. Caſſiano in Tuſcia, & cum eo Petrus de Colle, Brunus, &
10 Martoleſius, de quibus Vading. ad hunc annum num. XIV. & XVI. Marcus par. 2. lib. primo cap. 50. part. 1. lib. 9. cap. 27. videtur diſtinguere vnum ab altero vocans Lucium primum S. Franciſci filium; Martirologium plane facit duos ad diem 28. Aprilis, vbi de Beato Luceſio, & ad diem 24. Aug. vbi de Beato Lucio, de quo S. Antoninus par. 3. Hiſtor. tit. 24. cap. 7. §. 3. inquit: *Quorum primus fuit quidam ſanctus homo, dictus Lucius.* Mattheus de Rubeis familiæ Vrſinorum pater Ioannis, qui poſtea fuit Nicolaus III. à S. Patre habitum recepit anno 1222. ibidem Vading. num. 2. & 3. Inter alios eiuſdem patris præcipuos filios fuit Beatus Bartolomeus cognomine Barro Italus, vir doctus, & Aduocatus Curiæ Romanæ anno 1222. à Sancto receptus fuit ex eodem Vading. n. 22. cum quo in tanta ſanctitate, & deuota familiaritate creuit, vt ab eo meruerit habere poteſtatem, & facultatem recipiendi alios ad habitum ordinis, de quo Marcus *par. 1. lib. 2. ſub cap. 33. Martirol. ad 3. Ianuarij*, S. Anton. par. 3. Hiſtor. tit. 24. cap. 7. §. 3. *Anno Domini 1223. fuit vir quidam in Italia Bartolomeus nomine, qui audita fama Beati Franciſci circumquaque diffuſa, ad eius prædicationem aduocationem deſerens, Aduocatus enim erat, ſub honeſto habitu, & Tertia Regula dignos Pænitentiæ fructus facere ſatagebat, & tantam cum Beato Franciſco familiaritatem contraxerat, quod Sanctus recipiendi Fratres ſibi conceſſerat facultatem.* In caſtro ergo Podiobonitio primum, deinde Florentiæ cœpit habitum Tertij Ordinis diſtribuere pænitentibus ex eodem Marco par. 2. lib. 1. cap. 51. & ibidem ſcilicet Florentiæ inuenit quoſdam ciues ſimul congregatos ſub nomine Pænitentium Deo ſeruientes in ſanctis operibus, apud ſe certam pecuniarum quantitatem, quam volebant implicare in pijs operib. Sanctus cum Cardinali Vgolino tunc Legato à Latere Florentiæ; poſtea Gregorio IX, eos ex-
22 hortatus fuit ad fabricandum Hoſpitale, in quo perfecto illi ciues cœperunt ſeruire infirmis cum tanta diligentia, & caritate, quibus meruerunt recipere habitum à S. Patre, qui conſilio, & opere dicti Cardinalis compoſuit verum viuendi modum cum ſua Regula nuncupata Tertia, quam poſtea approbauit Nicolaus IV. vt ſuo loco dicetur. Ita Hieronymus Combonus Salodienſis Reformatus Minorum de Obſeruantia in Legendario *delle vite de Santi, e Beati del Terz'Ordine cap. 3.*

23 De Tertio Ordine multi agunt, præſertim Bartolomeus Piſanus in Conformitat. lib. 1. fructu 8. par. 2. fol. 59. col. 4. & par. 4. fol. 106. & 107. Marcus par. 1. Cronic. lib. 2. cap. 33. & lib. 9. vbi de Regula, & par. 2. lib. 10. fine. Toſſignanus lib. 2. tit. de Tert. Gonzaga part. 1. Vadingus tom. 1. ad annum 1221. & tom. 2. opuſc. S. Franciſci in Annotat. ad Reg. Tert. Carillus, & Miranda ſuper eandem Regul. & in ſuo Manuali tom. 1. q. 36. art. 1. Rodriq. to. 3. q. 72. art. 1. cum ſuo Compend. reſol. 136. Caſarub. v. Tertiarij Bernard. de Buſtis par. 2. Roſarij ſerm. 27. Rapinæus de Recollectis par. 1. præfation. §. 3. 4. & 9. Aluarus lib. 2. de Planctu Eccleſ. cap. 45. Bzouius tom. 13. ad annum 1290. §. 2. Antonius de Sillis huius Ordinis Generalis in Comment. Regulæ, Silueſter Marulus, Hieronymus Combonus Reformatus de Obſeruantia collegit in ſuo Legendario vitas omnium Sanctorum, & Beatorum huius Ordinis vulgari idiomate italico, de quib. nos alibi.

24 Placet prædictis in honorem, & decorem huius Ordinis referre exemplum cuiuſdam facinoroſi hominis nomine Varnilli Narducci de Montefalco, qui conuerſus opere F. Andreæ de Luca in valle Spoletana Eremitæ, ex eo, quod recepit habitum S. Franciſci Tertij Ordinis abſolutus fuit à pœnis, ſententijs, & bannis, vt patet ex Bulla incip. *Pro parte dilecti filij* 18. Octobris 1273. apud Vading. tom. 4. Bulla 51. in Bull. noſtro Bulla XXXII. Ecce in quam magna veneratione, & æſtimatione illis temporibus erat Tertius Ordo S. Franciſci apud Summum Pontificem, qui vnico fide digno teſtimonio prædoni magno largiſſime pepercit, condonando ei omnia crimina, & earum pœnas, & banna, ſtatim ac Pontifex audiuit, illum ad Deum eſſe conuerſum per ingreſſum in hunc ordinem, qui neminem reſpuit volentem mutare vitam in melius.

25 Tertij Ordinis Pœnitentiam à S. Franciſco inſtituti ſodalitium mire hoc tempore propagatum eſt per Germaniam, Poloniam, & Sileſiam auctore Capiſtrano, qui dum omnes Chriſto vellet lucrifacere, omnib. vitæ indigentiam, & qualitatem vitæ normam præſcribebat ſalutarem. Multas lego hoc anno, & ſequenti literas à Miniſtris, & alijs, maxime ex Cracouia, VVratislauia, Vienna miſſas, in quib. magna narrãtur incremẽta huius ordinis. Vading. tõ. 6. ad ann. 1455. n. 124. & 125. reſcribit literas ſub hoc tenore.

Reue-

Reuerendiſſimo in Chriſto P. Fr. Ioanni de Capiſtrano hęreticę prauitatis Inquiſitori, unicę ſpei noſtra, & Conſolatori.

Humillima ſubiectione cum debita obedientia, & reuerentia iugiter pręambula Reuer. in Chriſto, immo ſancte Pater, & conſolatio noſtra ſpiritualis, lumenq; vnicum oculorum noſtrorum. Pia veſtra Paternitas ſcire non abnuat, quod hęc tanta Congregatio Fratrum, & Sororum Pœnitentium de Tertia Regula S. Patris noſtri Franciſci quam Dominus Omnipotens in Regno Polonia ignito ſui verbi eloquio per V. P. innouare, plantare, erigere, & ſeminare dignatus eſt, dignatur pariter imbre ſuorum inacceſſibilium chariſmatum irrigare, & quanto vlterius, tanto plus, & melius ipſo Domino cooperante creſcit, & augetur ſpectabilis, & religioſi Patris, & Fratris Ladislai de Ordine Minorum Guardiani conuentus S. Bernardini Viſitatoris dictę noſtrę Congregationis ſalubribus ſuffulta pręſidijs, & documentis vita commendabilis pariter, & exemplis, cui pro tantis fauoribus laboribus, & curis huic noſtro Ordini per ipſum adhibitis, & in futuro adhibendis in conuentu pię V. P. ęquas, & condignas gratiarum actiones impendere non valemus. Attamen V. P. ſuper eodem Patre nobis relicto in refugium & ſolatium ſingulare ſimul, & illi grates, vtcumq, veſtris, & illius meritis impares impendimus. Deum pro felici ſtatu veſtro, & illius voce concinna, votoq; concordi imprecantes, quippe ad noſtrorum nemo poteſt addere plenitudinem gaudiorum, quoties fauſta vita veſtra auditibus noſtris percipitur inſonare, quia viuere veſtrum noſtrum viuere, & lucrum; & diſſolui veſtrum noſtrum reputamus, &c. Datum Cracouia ipſo die Sanctorum Fabiani, & Sebaſtiani Martyrum anno 1455.

F. Bartolomæus indignus Fratrum, & Sororum Pœnitentium Ordinis S. Franciſci Miniſter.

26 Iſti tres Ordines inter ſe in eo conueniunt, quod ab eodem Sancto Franciſco ſucceſſiue inſtituti fuerunt; primus Minorum anno 1208. Secundus Clariſſarum 1212. Tertius Pænitentium 1221. & pariter ijdem à Sede Apoſtolica approbati fuerunt ſinguli diſtincte cum ſuis Regulis ab eodem ſimiliter Sancto Patriarcha compoſitis, & editis. Differunt vero in hoc, quod primus, & ſecundus ſuos alumnos profeſſione trium votorum ſubſtantialium in Regulis eorum expreſſorum conſtituunt in ſtatum religioſum. Tertius vero cum ſuis alumnis nihil præſcribit in eorum Regula pertinens ad ſtatum regularem, profeſſione præciſe diuinorum manda-

torum non facit propriè religioſos ſub obligatione trium voto-rum, ſed eoſdem ponit tantum in quodam ſtatu medio inter ſæcu-lares, & regulares, vt probatur infra cap. 4. num. 22. ad 27. Priores igitur duo ordines ſunt religiones, Tertius vero nequaquam, ſed eſt ordo viuendi melior cæterorum ſæcularium ſtatu.

27 Præterea iſti tres Ordines ita inter ſe ſunt diuiſi, diſtincti, & ſepa-rati, vt vnus ab alio non deſcendat, neq; deriuet, ſed inter ſe ſint independentes omnes tamen dependentes ab vno, & vnico ſtipi-te S. Franciſci, qui omnes verbo ſalutaris profeſſionis generauit, & procreauit, primogenitus enim primi Ordinis fuit F. Bernardus Quintaualla, de quo ſupra ſub num. 4. Secundi Ordinis Soror Clara primogenita, de quo num. 11. Tertij autem F. Lucius, de quo ſub num. 19. Iſti tres filij primogeniti horum Ordinum ſe ha-bent in ordine ad ſuum Patrem Spiritualem, & inter ſe, ſicut tres filij legitimi, & naturales vnius patris familias, à quo deſcendunt per generationem, & propagationem carnis, inter ſe vero ita ſe habent, quod vnus non deſcendit ab alio, ſed omnes à tertio eo-rum ſtipite; ſic in propoſito ſupradicti tres, Fratres duo, & Soror inter ſe tales ſecundum ſpiritum, non carnis propagatione, ita ſe habent, quod omnes deſcendunt ſpirituali dependentia ab eo-dem ſtipite S. Franciſco, ſed inter ſe nullam habent dependenti-am, cum vnus ab alio non originetur ſpiritualiter, ſed omnes ab vnico originem traxerunt ſpiritualem. De iſta diuerſitate, & in-dependentia Tertij Ordinis ab alijs duobus agit Deciſio Rotalis 2. num. 11. & 27. item Deciſio 4. num. 3. & 4. infra extenſæ in pro-prio capite, quod magis oſtenditur in ſequentibus.

28 Eſt commune axioma expreſſum *l. Si paterfamilias 15. §. In arro-gationibus, ff. de adopt.* quod ars imitatur naturam, inſtitutio reli-

29 gionum eſt opus artis, non naturæ, cum earum inuentum ſit à vo-luntate intellectu dirigente, & in genere moris ideo religionis, & Ordinis cuiuslibet inſtitutio, generatio, & propagatio bene per-cipitur ex intelligentia generationis, & cognationis carnalis, quæ eſt opus naturę, ideo ex huius explicatione deueniemus cogni-tione proportionali in notitiam generationis, & cognationis ſpi-ritualis reſpectu ordinis, & religionis.

30 Eſt autem cognatio carnalis, ſeu conſanguinitas vinculum, ſeu propinquitas perſonarum ab eodem ſtipite deſcendentium, vt

docent

docent omnes cum D.Thoma in 4. diſt. 40. q.vn.art. 1. Conſanguinitas autem diſtinguitur, & cognoſcitur per lineas, & per gradus. Linea autem eſt ordinata collectio perſonarum ab vno ſtipite deſcendentium, quæ duplex eſt, vna dicitur recta, quæ eſt collectio perſonarum, quarum vna generatur ab alia, generans autem dicitur aſcendens, & generata vocatur deſcendens, cum hæc ſit inferior illa vero ſuperior, ab aſſenſu enim, & ſuperiori loco fit deſcenſus ad inferiora, in linea ergo recta eſt pater, filius, nepos, pronepos, &c. Altera linea dicitur Tranſuerſalis collectio conſanguineorum ab eodem ſtipite deſcendentium, quorum vnus ab alio non eſt generatus, dum comparantur inter ſe. Gradus demum eſt habitudo, ſeu diſtantia vnius conſanguinei ab alio per ordinem ad ſtipitem, à quo deſcendunt. Hæc proportionaliter applicantur ſpirituali generationi Ordinum, & Religionum hoc modo.

31 Sanctus Franciſcus vti ſtipes procreauit ſibi tres Ordines, ſeu filios ſpirituales, qui inter ſe habent quandam propinquitatem, & vinculum ab eodem ſtipite S. Franciſco in profeſſione deſcendentes. Linea ſpiritualis propagationis eſt collectio omnium Fratrum, & Sororum trium Ordinum ab eodem S. Franciſco ſtipite deſcendentium, quia prædictos tres ordines ipſe Sanctus inſtituit, & procreauit. Linea autem recta dicit collectionem plurium Fratrum, & Sororum, quarum vna deſcendit ab alia per profeſſionem, ita quod perſona recipiens dicatur aſcendens, recepta vero deſcendens, e.g. S.Franciſcus genuit ſpiritualiter F.Bartolomæum, hic ad profeſſionem recepit aliam perſonam hæc deſcendit immediate à Bartolomeo, & vtraq; à S.Franciſco. Bartolomæus quidem immediate, alter vero mediate, & ſic in infinitum in eodem Ordine. Linea tranſuerſalis eſt collectio plurium deſcendentium quidem ab eodem ſtipite, ſed inter ſe comparati, ratione cuius vnus ab alio deſcendere non dicitur, vti F. Bernardus primi Ordinis, Clara ſecundi, Lucius Tertij Ordinis, qui inter ſe comparati dicuntur eſſe in linea tranſuerſali, quia in hoc vnus non deſcendit ab alio nec vnus alium recepit ad profeſſionem, ſed omnes ab eodem ſtipite S.Franciſco habitum receperunt.

In hac etiam ſpirituali generatione ordinis, & religionis cuiuslibet dantur gradus diſtantiæ vnius ab alio tam in linea recta, quàm

tranſuerſalis, nam primogeniti trium Ordinum Bernardus, Clara, & Lucius cum Sancto Patre dicuntur eſſe in primo gradu cum eodem ſtipite, & inter ſe, deſcendentes vero à prædictis filijs Sancti Franciſci dicuntur eſſe in ſecundo gradu, ſeu mediate profeſſi à Sancto Patre mediantibus illis primis, à quibus immediate di-
32 cuntur procedere. Vt ergo quis dicatur filius profeſſione legitimus neceſſe eſt, quod deſcendat ab auctore, primo ſtipite, & fundatore ordinis, ſeu religionis immediate, ſeu mediate, mediante ſcilicet alio religioſo profeſſo eiuſdem Ordinis, huiuſmodi enim generatio ſpiritualis profeſſionis debet eſſe vniuoca, ſicut vniuoca eſt generatio filij naturalis, & legitimi à parentibus matrimonio coniunctis. Debet ergo recipiens ad habitum, & profeſſionem aliam perſonam prius emiſiſſe profesſionem talem, qualem recipit de alia perſona, aut quod immediate deſcendat ab auctore Ordinis, vt in re noſtra S. Franciſci, qui auctor Tertij Ordinis, hunc non profecit, ſed tantum primum. Profeſſores ergo eiuſdem Regulæ, quamuis ſub alio nomine nuncupentur, vocantur filij eius, qui Regulam, & Ordinem inſtituit, quamuis noua denominatio fiat, quæ non erat tempore Auctoris, & inſtitutoris Ordinis.

33 Idq; probatur etiam Bullis Pontificijs, nam de Capucinis veris filijs S. Franciſci ſub primo Ordine Minorum, & de hoc primo Ordine Paulus V. Bulla 54. incip. *Eccleſia* §. 2. inquit: *Declaramus Fratres Capucinos eſſe vere Fratres Minores ac etiam quamuis tempore S. Franciſci minime inſtituti fuerint, cum tamen eius Regulam profiteantur, ac eorum inſtituta congruunt tam Regulæ ſtatutis, quam eiuſdem Regulæ declarationibus, &c filios S. Franciſci.* Ex profesſione ergo eiuſdem Regulæ nuncupantur filij S. Franciſci, & Fratres Minores, deſcendunt enim à F. Matthæo Baſcio, qui erat Frater Minor filius S. Franciſci, à quo mediate deſcendebat.

Vrbanus VIII. fauens eiſdem Capucinis in ſua Bulla 68. incip. *Saluatoris*, declarauit dicens: *Conſiderantes eorundem Fratrum Capucinorum originem, ſeu principium illorum eſſe realiter, & cum effectu computandum à tempore primæ, & originalis inſtitutionis Regulæ Seraphicæ, cuius obſeruantiam ipſi Fratres Capucini ſemper ſine aliqua interruptione continuarunt, &c. Fratres Capucinos præfatos fuiſſe, & eſſe ex vera, & nunquam interrupta linea, ac veros, & indubitatos*

Fra-

Fratres Ordinis S. Franciſci, & illius Regulæ obſeruatores, ſubq; ipſius Beati Franciſci Regula militaſſe, & ad præſens quoq; militare. Sunt ergo Capucini, quamuis ſub hoc vocabulo poſt trecentos annos, & vltra orti ignoto Sancto Franciſco, vere filij ſine interruptione Sancti Franciſci, cum profiteantur Regulam primi Ordinis eiuſdem Sancti inſtitutoris.

34 Vt ergo quis ſit filius alicuius Sancti inſtitutoris Ordinis, ſeu Religionis, neceſſe eſt, quod ab eodem deſcendat vel immediate ab eodem habitum, & profeſſionem recipiendo, vel ab alio religioſo profeſſo filio eiuſdem Sancti inſtitutoris, adeo quod ſine vera, valida, & reali profeſſione præſcripta in eo ordine non euadit filius eius Ordinis, ſicut in humanis non dicitur quis filius legitimus, & naturalis, qui non eſt progenitus ex parentibus inter ſe iugalibus. Hinc fit, quod Canoniſtæ profeſſionem vocant matrimonium ſpirituale ex eo, quod magnam ſimilitudinem in multis habet cum matrimonio carnali, ut ex ſupradictis patet.

Hinc deducitur, Fratres Tertii Ordinis non ſolum ſeculares primo, & immediate à S. Franciſco inſtitutos, verum etiam Regulares ab eis deſcendentes, eſſe immediatos filios deſcendentes, & dependentes à S. Patre, & nequaquam deriuare ab aliis filiis primi Ordinis, neq; eſſe partem, autem membra Fratrum Minorum primi Ordinis, quicquid dicat Merlinus in fine Deciſ. tertiæ infra ſuo cap. 12. Probatur hac vnica ratione, Fratres Tertii Ordinis

35 ſeculares, & regulares habent tria ordinem proprium, qui dicitur Tertius, Regulam ſpecialem, de qua in ſequenti capite, & formam peculiarem ſuæ profeſſionis, quibus nulli alii religioſi extra hunc Ordinem communicant in illis tribus, vt certiſſimum eſt, ergo iſti Fratres à nullis aliis dependent, neq; Minorum ſunt membra, aut partes, cum in ratione Ordinis, Regulæ, & Profeſſionis nihil ad inuicem communicent. Nec vrget, quod iſti tres Ordines ab eodem Sancto ſint inſtituti, qui proinde illorum ſingulorum caput eſt, & pater, à quo omnes Fratres illorum Ordinum procedunt, & deſcendunt. Quia ex hoc non ſequitur eſſe illos vnum corpus in ratione Ordinis, quia in hoc tot ſunt corpora,

36 quot ſunt Ordines, ac proinde ſicut vnumquodq; corpus ſiue phiſicum, ſiue morale conſtat ex ſuis membris, & partibus ſibi propriis, & non communibus, vt notum eſt, nam manus, & pedes

e.g.

e.g. huius hominis non ſunt mēbra,& partes alterius hominis,nec medici huius Collegij Parm.quod eſt corpus ciuile,&politicū,ſūt membra, & partes alterius Collegii e. g. Theologorum; vnumquodq; igitur corpus conſtat ex ſuis membris, & partibus aliis incommunicabilibus. Sic in re noſtra Fratres Tertij Ordinis ſunt preciſe partes, & membra propria ſuæ Congregationis, & non alterius,cum non participent de rationibus propr:is Fratrum Minorum,tunc enim Tertiarii non eſſent, ſed Minores de primo Ordine, & hoc manifeſtum eſt, ſi enim Tertiarius tranſit ad primum
37 Ordinem,profeſſione,qua fit Frater primi Ordinis,cuius Regulæ ſubiicitur, non amplius dicitur Tertiarius, ſed Frater Minorum, quia profeſſione deſinit eſſe Tertiarius, cum Ordinem, Regulam, & Profeſſionem commutauit in alia tria diuerſa, ſcilicet in primum Ordinem, Regulam, & Profeſſionem eiuſdem primi Ordinis.

Et quamuis iſti tres Ordines ſint eiuſdem Patris,& Stipitis,& tam
38 Fratres Tertii Ordinis, quam primi ſint omnes filii Sancti Franciſci, hęc vnitas inſtitutoris non facit vnitatem, & identitatem vnius Ordinis, cum alio Ordine, & Fratres vnius Ordinis non ſunt membra alterius Ordinis, quia vt dictum eſt, ſinguli Ordines habent proprias differentias, per quas vnus ordo cum alio non communicat, & ſe habent ad inuicem, ſicut ſpecies ſub genere phiſico; quarum quælibet in ſeipſa exiſtit in ratione totius, & partium ſuarum, quæ in ſingulis ſunt ſine communicatione vnius ad aliam. Verum quidem eſt, quod communicant in genere,quod commune illis eſt & ſicut genus naturale non facit diuiſionem in ſpeciebus, ſed differentia diuiſiua, ita S. Franciſcus communis eſt auctor horum trium Ordinum, ipſe vero non eſt differentia illorum diuiſiua, ſed Regula,& Profeſſio ab eodem ſingulis aſſignata. Et id confirmatur exemplo Sacrarum Congregationum à Sixto V. inſtitutarum, quarum vnaqueq; habet ſuum collegium, & corpus ciuile conſtans ex pluribus Cardinalibus, adeo quod ſicut vna non dependet ab alia, ita vnaqueq; conſtat ex proprijs membris, & partibus, quæ alterius congregationis partes non ſunt precíſe ſumptę, & in ratione conſtituentis, & tamen vnicus illarum fuit Auctor,& inſtitutor,euidens ſignū,quod idem poteſt eſſe caput plurium corporum in genere moris, &

quod

quod membra illorum non communicent ad inuicem in ratione partis dependentis.

39 Prædictis videntur obſtare ea, quæ habentur in Deciſione 3. ſub num. 87. illis verbis. *Nec admitti poteſt illa interpretatio, quod eidem Generali Minorum ſubſint, & pareant Tertiarij Regulares non tamquam Generali Minorum, ſed tamquam ſuperiori eorundem Tertiariorum Regularium ad inſtar Regis Catholici, qui conſideratur tamquam Rex Caſtellæ, & Arragoniæ, ac ſub alijs formalitatibus, iuxta tradita per Gonzal. Reg 8. Cancell. Gloſ. 5. §. 7. num. 123. & ſic Generalis Minorum conſideretur reduplicatiue.*

Quoniam recipi poſſet iſta interpretatio, ſi eſſent omnino diuerſi, & nulla connexione iungerentur iſti Ordines Minorum & Tertiariorum Regularium, ſed cum ipſi Tertiarij ſint nati ex latere Minorum, eundem agnoſcant Parentem, & Ducem nempe Beatum Franciſcum, ſimillimaq; veſte, & cingulo vtantur, & in proceſſionibus etiam ſub eodem vexillo nullo diſcrimine, nulloq; intermedio poſt Minores incedant, tamquam membrum, & pars dicti Ordinis Minorum non congruit exemplum Regis Catholici, quia illius Regna nullam habent inter ſe communionem, niſi reſpectu ipſius Regis, qui inſimul his Regnis imperat, neq; Regna ipſa ſunt ſubalternata, nec vnum ab alio pendet. Hac Rota.

Duo hic dicuntur vnum dependenter ab alio, primum eſt, quod Generalis Minorum non poteſt eſſe ſuperior Tertij Ordinis Regularis, vt ſuperior eiuſdem Tertii Ordinis; ſecundum, quod eſt ratio primi, eſt, quia Tertiarij Regulares non ſunt omnino diuerſi à Minoribus, à quorum latere naſcuntur, & ideo ea conſideratio locum habere non poteſt, conſequenter Tertiarii eidem Generali Minorum ſubſunt, vt Generali Minorum, non vt Generali Tertiariorum.

40 Primum impugnatur per Deciſ. 4. num. 102. vbi dicitur, quod Generalis Minorum, non vt Minorum, ſed vt Viſitator, & Generalis Tertiariorum in huius locum ſubrogatus conſtitutus fuit ſuperior Tertiariorum à Pio V. in ſua Bulla apud nos CCXXXII. in qua voluit Generalem Minorum in regendis Tertiariis nihil ſtatuere poſſe contrarium ordini Tertio, ſed ad formam Regulæ, & Statutorum eorumdem gubernare debere. Ex quo etiam patet exemplum allatum de Rege Hiſpano, quod vnum Regnum regit

iuxta

41 iuxta illius leges, ac proinde vt Rex illius Regni, & non alterius; vnde Mediolanum gubernat non vt Rex, ſed vt Dux, quia ſtatus Mediolanenſis Regnum non eſt, ſed Ducatus. Ita in propoſito Generalis de Obſeruantia habens ſuam poteſtatem extenſam ſuper Tertiarios, eam exercet non vt Generalis Minorum, ſed vt Viſitator, & Generalis Tertii Ordinis, cum in his regendis debeat ſequi Regulam, & Statuta Tertiariorum, & non Minorum, ad quæ ſe non obligarunt per profeſſionem. Ad quod facit id, quod
42 dicitur de Epiſcopo, qui vt Ordinarius loci gubernat ſuos clericos, vt vero delegatus à Sede Apoſtolica in aliquibus caſibus eſt ſuperior Religioſorum habitantium in ſua diæceſi, & ciuitate, Epiſcopus enim Parmæ non eſt meus Ordinarius, ſed ſolum Delegatus in certis caſibus, ita proportionaliter Generalis Minorum non vt Ordinarius, cum talis ſit ſolum reſpectu ſuorum Fratrum de Obſeruantia, ſed vt delegatus viſitator, & Generalis Tertii Ordinis à Sede Apoſtolica ſuam hanc poteſtatem exercet in Tertiarios.

43 Secundum quoq; vti omnino falſum refellitur, nam Tertiarii ſiue ſeculares, ſiue regulares omnino diſtincti ſunt à Minoribus, ut ſupra probatum fuit, quia habent propriam Regulam, Ordinem, & Profeſſionem, ut notum eſt; & nullatenus naſcuntur à latere Minorum, ſed immediate initium, & ſuam natiuitatem acceperunt à S. Franciſco, & ſicut duo fratres ſecundum carnem immediate deſcendentes ab eodem parente, unus non dicitur naſci à latere alterius, ſed ambo generari ex æquo ab eodem patre; ita in genere moris, & ſpiritualis generationis Fratres Bernardus Quintaualla, & Lucius, qui duo filii Sancti Franciſci fuerunt, primitiæ ſuorum Ordinum, Primi, & Tertii nimirum unus non deſcendit à latere alterius, ſed ambo ex æquo, & independenter ab inuicem ab eodem parente Franciſco deſcenderunt. Et licet Minores, & Tertiarii eundem agnoſcant Parentem, non ideo unitatem, & indiſtinctionem præſeferunt in ratione Ordinum plurium, ſed diuerſitatem, & diſtinctionem, quia unitas capitis uti generica hic attendenda non eſt, ubi eſt pluritas Ordinum habens quoq; diuerſitatem Regularum, & Profeſſionum. Quod bene oſtenditur in Fra-
44 tribus militantibus ſub primo Ordine Conuentualibus, Obſeruantibus, & Capucinis, qui dicuntur eſſe eiuſdem primi Ordinis

alumni

alumni non præciſe vt filij Sancti Francíſci, ſed præcipue, quia obſeruant, & profitentur eandem Regulam. Quod cum dici non poſſit de Tertiarijs, qui Regulam, & Profeſſionem habent omnino ab illis diuerſam, ideo vnitatem, identitatem, & indiſtinctionem cum illis facere non poſſunt, neq; à latere eorum non naſcuntur,

45 naſci enim hoc modo eſt emittere profeſſionem, ſed Tertiarij non faciant profeſſionem primæ Regulæ, ſed tantum Tertiæ, ergo non naſcuntur à latere Minorum, qui profitentur ſolum primam Regulam.

46 Quod Tertiarij vtantur ſimillima veſte, & cingulo non arguit identitatem, & lateralem deſcendentiam à Fratribus primi Ordinis, quia omnes Fratres, & Sorores trium Ordinum induuntur ſimili veſte, & cingulo, & tamen notum eſt, Sorores, & Fratres omnino diuerſos eſſe, & illas ab his non deſcendere; immo Religioſi, qui infirmis incumbunt, induuntur veſte beretina, & tamen nullam vnitatem habent cum Franciſcanis. Præterea veſtis griſea vna eſt colore, diuerſa vero in forma, præſertim in Caputio; quod rotundum geſtant Obſeruantes, acutum vtrinq; Tertiarij; ergo diuerſitas formæ Caputij arguit diſtinctionem Ordinum.

47 Non vidi in noſtris partibus Tertiarios incedere ſub Cruce Minorum, ſed hic in Italia ſub propria Cruce in proceſſionibus vadunt. Quod ſi in Hiſpania, vel alibi Tertiarij in proceſſionibus ſubſunt Cruci Minorum, non ſtatim inferendum eſt illos eſſe membra, & partes illorum, ſed in tali caſu non habere facultatem erigendi propriam Crucem. Demum in aliquibus locis maxime in funeralibus omnes diuerſarum Religionum procedunt ſub vnica Cruce Eccleſiæ Parochialis, & tamen ex hoc non bene deducitur omnes Fratres diuerſorum Ordinum eſſe membra, & partes Eccleſiæ Parochialis.

CAPVT QVARTVM

De Regula à S. Franciſco præſcripta ſuis Fratribus, & Sororibus de Pænitentia.

1 *Controuertitur, an Sanctus eam dictauerit Regulam.*
2 *Vere eam dictauit.*
3 *Humiliana beata ieiunabat ter in hebdomada.*
4 *Remouentur obiectiones.*
5 *Regula hac virtualiter approbata ab Honorio III. dum ordinem muniuit priuilegijs.*
6 *Imo Sanctus Regulam ad vnguem ſeruauit.*
7 *Incluſio vnius non ſemper excluſio alterius.*
8 *Negatiua auctoritas in Hiſtorijs non concludit.*
9 *Regula eo quod profitens tria vota facit Regulares.*
10 *Regula eo quod regulet vitam ſeruantis eam.*
11 *Quanam verba Nicolaus IV. adiecit de ſua Regula?*
12 *Eam confirmauit etiam Clemens V.*
13 *Et Gregorius XI.*
14 *Confirmatio in forma communi quid ſit?*
15 *Confirmatio in forma ſpecifica quid ſit?*
16 *Regula Tertij Ordinis extenditur.*
17 *Doctores, qui ſcripſerunt ſuper dictam Regulam.*
18 *Tertius Ordo laudatur.*
19 *Regula norma beneuiuendi triplex in Euangelio.*
20 *Regula Tertia multis nominibus vocatur.*
21 *Regula hac non facit ſuum profeſſum religioſum.*
22 *Ordo iſte vocatur ſtatus medius inter Secularem, & Regularem.*
23 *Matrimonium non excludit.*
24 *Viuunt in ſuis domibus particularibus.*
25 *Quid participent de religioſis.*
26 *Status medius eſt.*
27 *Tertius Ordo inſtitutus non fuit vt religio.*

28 *Poteſtas recipiendi nouitios ſtat apud Miniſtrum eiuſdem Ordinis.*
29 *Profeſſionis illorum forma.*
30 *Mandata Dei ſeruare tenentur ſed non ſub culpa ſacrilega.*
31 *Votum factum per virgines mulieres in domo propria non eſt ſolemne.*
32 *Profeſſio in hoc Ordine infra annum probationis valet.*
33 *Filius familias, & vxor ſine licentia non debent fieri Tertiarij.*
34 *Tertius Ordo differt in multis à Confraternitatibus.*
35 *Primus omnium ſanctus fundauit Tertium Ordinem.*
36 *Ordo iſte fundatus ſine religione.*

1 Controuertitur, an Sanctus Franciſcus ſuis filijs de Pænitentia conſcripſerit Regulam; ſecundum quam viuere deberent, ſicut dictauit Fratribus de primo ordine, & Sororibus de ſecundo, vt videri poteſt in approbatione primæ Regulæ per Honorium III. Bulla 4. in B. N. incip. *Solet annuere*, & in approbatione Regulæ pro Sororibus facta per Innocentium IV. Bulla 12. incip. *Solet annuere.* Nonnulli autem negatiuam probant, quia in præfatis Bullis vterq; Pontifex ait, ſe approbare, & confirmare Regulam primi, & ſecundi ordinis dictatas, & ſcriptas à S. Patre; Nicolaus vero IV. dum de Regula Tertij Ordinis diſponit, nullam facit mentionem, eam à S. Franciſco fuiſſe compoſitam; Ergo iſtius non fuit Auctor. *Secundo*, ſtilus Tertiæ Regulæ eſt multum differens à dictamine Primæ, & Secundæ, quas præſcripſit Fratribus, & Sororibus. *Tertio*, ſi ab initio compoſita fuiſſet ab ipſo Sancto, fuiſſet paulo poſt confirmata ab aliquo Pontifice, vt reliquæ duæ inter inſtitutionem Ordinis Tertij, & exhibitionem Regulæ illorum intermediarunt anni fere 68. ergo non fuit compoſita à Sancto. *Quarto* S. Iuo Presbiter Ordinis Pænitentium Beati Franciſci; vt legitur in Lect. 5. ſui officij 27. Octobris, *ſingulis quartis ferijs, ac ſabbatis ieiunabat*, ergo non diebus veneris, vt præſcribit Regula hęc cap. 5. ergo tempore huius ſancti viri nondum erat compoſita Regula hęc; Iuo autem natus eſt anno 1258. obdormiens in Domino 1303. annorum 45. ſuæ ætatis; non ieiunabat ferijs ſextis, ergo Regula præſcribens ieiunium diebus veneris nondum erat in rerum natura, non enim veriſimile eſt, quod vir tantæ abſtinentię,

tiæ, vt legitur in actis vitæ illius, vellet epulari contra Regulam. Et ita videtur ſentire gloſ. v. obedientiam Clem. 1. de Relig. domibus, ibi: *Et habebant Regulam non proprie dictam, ſed quendam modum viuendi per Sedem Apoſtolicam approbatum.* Gloſ. v. Tertio clem. Cum ex eo 3. de ſent. excom. ibi: *Potius eſt modus viuendi, quam proprie dicatur Regula.* Et ita concludunt omnes ſuper citatis capitib. cum Abbate, Cardinali, Felino in cap. Eccleſiæ S. Mariæ, de conſtitut. num. 1. Rota vol. 2. in nouiſſim. deciſ. 216. quos ego citaui Reſolut. 75. de Tertiarijs. His tamen non obſtantibus

2 Aſſerendum eſt, Regulam inſertam in Bulla Nicolai IV. quam infra mox ſubijciam, fuiſſe à Sancto Franciſco compoſitam. Probatur *primo* quia id teſtatur ipſemet Nicolaus cap. 16. his verbis: *Quia vero præſens viuendi forma inſtitutionem à Beato Franciſco prælibato ſuſcepit.* Quid eſt hęc viuendi forma, niſi Regula, ergo à Sancto inſtituta, & à Papa confirmata. Idem autem eſt Forma, quod Regula, vt inſinuat his verbis: *Illi enim à forma veritatis, & ab Atticorum Regula abſunt.* Inquit Cicero apud Nizolium v. Regula. Et in alia Bulla 60. apud Vading. tom. 2. idem Nicolaus IV. inquit: *Cumque nos omnibus Fratribus de Pęnitentia modum viuendi, quod Memoriale vocatur, ne Fratres ipſi circa obſeruationem vitę ſuæ aliquatenus fluctuaret, prout à Beato Franciſco fuit traditus duximus ordinandum, certam Regulam eis concedendo, & faciendo eam ſub Bulla noſtra totaliter annotari.* Secundo Leo X. hanc Regulam accomodans Tertiarijs vtriuſq; ſexus ſolemniter profitentibus tria vota ſubſtantialia expreſſe eam vocat Regulam à S. Franciſco compoſitam ibi: *Pro quibus à Beato Franciſco præfata Tertia Regula edita fuerat.* Adde, quod B. Humiliana ieiunabat ferijs 4.

3 6. & ſabbato ad præſcriptum huius Regulæ cap. 5. ex Vadingo ad annum 1246. XX. certum argumentum eſt, S. Franciſcum eam compoſuiſſe. Non eſt ergo de hac re aliqualiter dubitandum, qui enim prouidit de norma viuendi Fratribus, & Sororibus primi, & ſecundi ordinis, non defuit Tertiarijs, qui & ipſi indigebant inſtructione in obſeruatione diuinorum mandatorum. Et ita multis probat Vadingus ad hunc annum 1221. fundationis ordinis huiuſmodi.

4 Reſpondendum modo eſt ad argumenta. *Ad primum* patet ſupra Nicolaum IV. facere mentionem ſub cap. 16. dum ait: *Quia vero*

præ-

præſens viuendi forma inſtitutionem à beato Franciſco prælibato ſuſcepit. Quidnam aliud eſt, *præſens viuendi forma*, niſi ea omnia, quæ continentur in præcedentibus, & ſequentibus Capitibus de modo viuendi in hoc ordine, nullus enim Sanctus religionem aliquam inſtituit, niſi cum Regula, quæ dictat qua ratione in religione viuitur; neque enim Papa religionem aliquam, ſeu ordinem approbat ſine Regula; vnde S. Dominicus ſui Ordinis approbationem non obtinuit, niſi poſtquam ſibi Regulam S. Auguſtini delegit, vt habetur in eius Lect. V. ad 4. Auguſti. *Ad ſecundum*, lege Regulam primam, & ſecundam, & cum hac Tertia conferas ambas priores, & videbis ſtilum coincidere, & ſi diuerſitas eſt verbis elegantioribus, non tamen in ſenſu, quem dicimus præciſe eſſe Sancti Franciſci. *Ad tertium*, illud non conuincit, nec vrget, quia exiſtentia Regulæ non cogit Pontificem ad illius approbationem, ſed tunc illam approbat quando eidem porrigitur confirmanda, Sancto in alijs vrgentioribus occupato tempus opportunum ſibi viſum non fuit quærere pro illo pauco tempore vitæ ſuæ confirmationem huius Regulæ: Sanctæ Claræ Regula à S. Patre compoſita ab Innocentio IV. anno 1253. approbata fuit, inſtante Cardinali Raynaldo Epiſcopo Oſtienſi, & Veliterno; mirum non eſt, ſi Tertia producta fuit vſq; ad annum 1289. Immo
5 hæc Regula virtualiter confirmata fuit ab Honorio III. vt colligitur ex Bulla Gregorij IX. ſub datum 26. Maij 1227. ſub num. 1. i Archiu. noſtro vbi commendatur iſte modus viuendi ab eo Honorio, referente Gregorio, qui Fratres exemit ab omnibus, & moleſtijs ſecularium. Idem Gregorius IX. in alia incip. *Deteſtanda*, ſub datum 30. Martij anno ſecundo, & Chriſti 1228. in eadem Bull. ſub. num. 2. magis clare loquitur de approbatione, & commendatione huius ordinis his verbis: *Sane felicis recordationis Honorius Papa prædeceſſor noſter attendens, vos fructus Penitentiæ facientes ab huius ſeculi Filijs anguſtijs inexquiſitis affligi per hos fouendos eſſe, laudabili actione religionem veſtram amplexans, in viſceribus Ieſu Chriſti proſecutus eſt gratia ſpeciali, mandans vniuerſis &c.* Nota illa verba; *Religionem veſtram amplexans*, habent enim vim approbationis huius ordinis, quem ab initio cohoneſtauit nomine Religionis, late tamen vocabuli ſignificatum accipiendum eſt. Si ordinem amplexatus eſt, conſequenter etiam

D Regulam

6 Regulam quæ tamquam forma dat eſſe ordini. *Ad quartum* S. Iuo ad vnguem ſeruauit Regulam, non ſolum ante illius approbationem, ſed etiam poſt, vixit enim vſq; ad annum 1303. defunctus in Domino 19. Maij ex Martyrologio ad præfatum diem, non eſt veriſimile, quod prætererierit diem veneris communem omnibus Fratribus, & Sororum trium Ordinum, quippe qui erat in abſtinentijs obſeruantiſſimus ieiunauit diebus Mercurij, vt Regula præſcribit cap. 5. ergo à fortiori die veneris, qui quo ad abſtinentias eſt celebrior, & ſi ieiunabat die ſabbati non præſcripto à Regula, certe non omiſit diem veneris, conſequenter notitiam habuit de hac Regula ante, & poſt illius confirmationem. Adde
7 quod incluſio vnius non ſemper eſt excluſio alterius, quando in eiſdem militat eadem ratio, Barboſa Axiom. 102. num. 12. Regula autem præſcribit diem Mercurij pro ieiunio, & diem Veneris, ergo in expreſſione illius diei includitur etiam hic, & à fortiori, cum ſit celebrior. Facit ad hoc, quod in eius vita non legi, eum ieiunaſſe tempore Aduentus Domini, quod ſolent obſeruare non ſolum religioſi, vt in hac Regula præſcribitur cap. 5. verum etiam ſeculares nonnulli timoratæ conſcientiæ, ergo non ſeruauit ieiunium Aduentus Domini, inæpta eſt conſequentia, & conſequens, in hiſtorijs non valet argumentum ab auctoritate negatiua, & de
8 exemplum in Bulla Canonizationis S. Iuonis non fit mentio, quod fuerit de Tertio Ordine; in Bulla Canonizationis S. Franciſci non fit mentio de ſacris ſtigmatibus. Neq; in ea S. Dominici, quod fuerit inuentor Roſarij, & tamen prædicta negare abſurdum, & impium eſt.
9 Gloſæ cum doctoribus allegatæ ſolum negant, hanc eſſe talem Regulam, quæ faciat Regulares proprie dictos, ex tribus votis ſolemnibus, vt colligitur ex eiſdem Gloſſis, dum volunt, hunc Ordinem non eſſe religionem, quod vltro concedimus; non hinc tamen ſequitur, viuendi modum à beato Franciſco inuentum non poſſe vocari Regulam in hoc ſenſu, quod per eam Frater
10 de Pænitentia regulat vitam ſuam ad ęternam gloriam per obſeruationem mandatorum Dei.

11 Modo videndum eſt quænam diſpoſitio huius Bullæ Nicolai IV. pertineat ad Regulam à S. Patre inſtitutam, vt ſeparemus Regulam à verbis ipſius Pontificis. Verba Regulæ incipiunt, *Cum autem Fraternitatem huiuſmodi*, &c. incipit ergo à ſecundo capite, nam ſub primo Papa determinat ſuper qualitatibus recipiendorum. A ſecundo igitur capite vſq; ad decimum nonum incluſiue ſunt verba S. Franciſci, quibus compoſuit Regulam hanc ſuis filijs. Reliqua ſunt Pontificis eam approbantis, ſicut & clauſula contenta ſub cap. 16. his verbis: *Quia vero præſens viuendi forma inſtitutionem à Beato Franciſco prælibato ſuſcepit, conſulimus, vt Viſitatores & Informatores de Fratrum Minorum Ordine aſſumantur, quos Cuſtodes, vel Guardiani eiuſdem Ordinis, cum ſuper hoc requiſiti fuerint, duxerint aſſignandos. Nolumus tamen Congregationem huiuſmodi à laico viſitari.* Reliqua initio, & fine dicti capitis ſunt verba S. Franciſci. Ita ſenſit Vading. tom. 1. ad annum 1221.

12 Hanc Regulam ab Honorio III. à Nicolao IV. clarius approbatam confirmauit Clemens V. Bulla incip. *Tenorem cuiuſdam priuilegij felicis recordationis Nicolai IV. prædeceſſoris noſtri dilectis filijs Fratribus, & dilectis in Chriſto filiabus Sororibus Ordinis Fratrum Minorum de Pænitentia conceſſi, per nos viſi & diligenter inſpecti de dicto originali ſumptum, vt de ipſo in poſterum certitudo plenior habeatur præſentibus fecimus annotari qui talis eſt. Nicolaus Epiſcopus.* Inſeritur tota Bulla Nicolai ad verbum. Et poſtea concludit Papa Clemens V. his verbis. *Nos igitur ordinem ipſum opportunis fauoribus proſequi & ad eius augmentum benignius intendentes, ſtatuimus, vt omnes, quos ad ſeruandam huiuſmodi vitæ formam aſſumi contigerit, atq; aſſumptionem ipſorum, ſeu receptionem ipſorum, &c. Datum Auenione tertio Calendas Septembris, anno quarto.* Id eſt 30. Auguſti 1308. Ex Vaticano Epiſt. 391. Vading. tom. 3. Bulla 20. Habes extenſam ſub num. XIX.

13 Gregorius XI. eandem Regulam confirmauit inſertam in ſua Bulla incip. *Tenor quarundam literarum felicis recordationis Nicolai IV. prædeceſſoris noſtri in regiſtro ipſius prædeceſſoris repertarum ad dilecti filij Reyneri de Aſchebroch Miniſtri Domus Arſcoten. de Tertio Ordine S. Franciſci Leodienſis diœceſis ſupplicantis inſtantiam de regiſtro ipſo de verbo ad verbum tranſcribi, & præſentibus annotari fecimus. Qui talis eſt: Nicolaus .... Datum Auinione octauo idus*

Februarij 6.eiuſdem 12. & anno tertio, 1373. Vading. Bulla 36. tom.4.qui vocat Domum in Arſcot in Germania inferiori.Habes extenſam ſub num.XXXI.

14 Sciendum autem eſt, quod duplex eſt confirmatio, vna in forma communi, per quam aliquid confirmatur ſine cognitione cartæ, de ea dicitur, quod ius nouum non tribuit, ſed tantum antiquum ſubſiſtens conſeruat, ex cap. Cum dilecta 4.de confirmat. cap. Ex parte 12.de priuileg. gl. v.in forma communi 5. de conceſſ. præbend.& v.Confirmationem cap.1.de confirm.vbi ait,quod huiuſmodi confirmatio parum valet,niſi quod plus ſolet timeri, quod ſpecialiter indulg: turper iura ibi citata.

15 Altera dicitur confirmatio in forma ſpecifica,quia præuia cognitione cauſę cognitum confirmatur. Ita omnes in tit.de confirmat. Contingit autem cum tenor inſeritur in Bulla confirmatoria, vt conſtat de approbatione huius noſtrę Regulę, quę inſerta fuit in Bullis Nicolai IV. Clementis V. & Gregorij XI. De hac re magiſtraliter Decius conſil.341. num. 7. cum alijs citatis à Rota deciſ.78.num. 8. apud Tambur. tom. 3. Vide Barboſam in Rubr.de Confirmat.& cap. 4. Nonnulli dicunt clauſulas. *Ex certa ſcientia. Motu proprio. De plenitudine poteſtatis indicare*, confirmationem eſſe in forma ſpecifica,de quibus Paſqualig. q.107.& ſequent. Virtus autem, & efficacia confirmationis in forma ſpecifica eſt,vt inualidum,& nullum reddat validum, ita quod ſi antea fuit reuocatum, per hanc ſuperuenientem confirmationem reuiuiſcat, ac ſi ſemper extitiſſet in ſuo robore, nonquamq; fuiſſet reuocatum, gl. v.reuocatum cap. Cum acceſſiſſent 8. de conſtit. & v.forma communi cap. Quia diuerſitatem 5.de conceſs.prębend.per cap.1.de tranſact. iuncta gl. v. Auctoritate.

16 Regula autem S.Franciſci pro Pęnitentibus Fratribus, & Sororibus Tertij Ordinis confirmata à prędictis Pontificibus, de qua verba facimus ſubijcitur in Bulla Nicolai IV.qui fuit Ordinis Minorum electus 22.Februarij 1288. ſedit annos quatuor, menſem vnum, & dies quatuordecim, obijt 4.Aprilis 1292.

Nicolaus

Nicolaus Epiſcopus Seruus Seruorum Dei Dilectis Filijs Fratribus, & dilectis in Chriſto Filiabus Sororibus Ordinis Fratrum de Pęnitentia, tam pręſentibus, quam futuris, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

SVper montem Catholicę Fidei, quam populis gentium, qui ambulabant in tenebris, diſcipulorum Chriſti, ſyncera deuotio igne charitatis exęſtuans, verbo ſollicitæ prędicationis edocuit, quamq. Romana tenet, & ſeruat Eccleſia ſolidum Chriſtianę Religionis poſitum noſcitur fundamentum, nullis vnquam concutiendum turbinibus, nullis quaſſandum fluctibus tempeſtatum. Hæc eſt etenim recta, veraq; Fides, abſq; cuius conſortio nemo in conſpectu Altiſſimi acceptus redditur, nemo gratioſus occurrit. Hæc eſt quæ ſalutis ſemitam præparat, & fælicitatis æternæ præmia, gaudiaq; pollicetur. ¶ Ideoq; glorioſus Chriſti Confeſſor Beatus Franciſcus huius Ordinis Inſtitutor, vitam aſcendendi ad Dominum verbo pariter, & exemplo demonſtrans, ipſius ſynceritate Fidei ſuos filios erudiuit, eoſq; illam profiteri, conſtanter tenere, ſimiliter ac opere voluit adimplere, vt per eius ſemitam ſalubriter incedentes, mererentur poſt vitæ præſentis ergaſtulum æternæ beatitudinis effici profeſſores.

De modo examinandi volentes intrare Ordinem. Cap. I.

NOs igitur Ordinem ipſum opportunis fauoribus proſequentes, ad eius augmentum benignius intendentes ſtatuimus, vt omnes quos ad ſeruandum huiuſmodi vitæ formam aſſumi contigerit, ante aſſumptionem, ſeu receptionem ipſorum de Fide Catholica, & obedientia erga præfatam Eccleſiam diligenti examinationi ſubdantur. Et ſi eas profeſſi firmiter fuerint, vereq; crediderint, admitti, ſeu recipi tutè poterunt ad eandem. ¶ Præcauendum eſt tamen ſollicitè, hæreticus ne quis, vel ſuſpectus de hæreſi, aut etiam infamatus ad vitæ obſeruationem ipſius quomodolibet admittatur. Et ſi talem inueniri contigerit extitiſſe receptum, aſſignetur ille, quàm citius Inquiſitoribus prauitatis hæreticæ puniendus.

De forma recipiendi volentes intrare Ordinem. Cap. II.

CVm autem fraternitatem huiuſmodi quis intrare voluerit, miniſtri ad receptionem talium deputati, eius officium, ſtatum, & conditionem ſolerter explorent, ſibi fraternitatis eiuſdem onera, & præcipue alienorum reſtitutionem apertius exponentes. Quib. præmiſſis, ſi eidem placuerit, iuxta modum huiuſmodi induatur, & de alienis (ſi qua fuerint apud eum) ſatisfacere ſtudeat in pecunia numerata, vel ſecundum exhibitam pignoris cautionem. Seq; nihilominus proximis reconciliare procuret. ¶ Quibus omnibus ad effectum perductis, poſt vnius anni ſpacium, cum aliquorum diſcretorum Fratrum conſilio, ſi is videbitur ipſis idoneus, recipiatur hoc modo, videlicet, vt promittat ſe diuina præcepta omnia ſeruaturum, ac etiam ſatisfacturum (vt conueuit) de tranſgreſſionibus, quas contra hunc viuendi modum commiſerit, cum interpellatus ad Viſitatoris extiterit voluntatem. Et huiuſmodi ab eo facta promiſſio, per manum publicam in ſcriptis inibi redigatur. Alio autem modo nullus à Miniſtris recipiatur eiſdem, niſi viſum eis aliter fuerit, conditione perſonæ, ac ipſius inſtantis, ſolicita conſideratione diſcuſſis. ¶ Ordinamus præterea ſtatuentes, vt nullus poſt ipſius fraternitatis ingreſſum, eandem egredi valeat, ad ſeculum reuerſurus. Poſſit tamen tranſitum habere liberum ad Religionem aliam approbatam. ¶ Mulieribus verò viros habentibus (niſi de ipſorum licentia, & conſenſu) non pateat ad conſortium dictæ fraternitatis ingreſſus.

De forma habitus, & qualitate indumentorum. Cap. III.

FRatres inſuper ipſius fraternitatis, de humili panno in pretio, & colore, non prorſus albo, vel nigro communiter veſtiantur, niſi fuerit ad tempus in pretio per Viſitatores de conſilio Miniſtri ob cauſam legitimam, & apertam, cum aliquo diſpenſatum: Chlamydes quæq; ac pelles, abſq; ſcolaturis ſciſſas, vel integras, affibulatas tamen, vel patulas, vt congruit honeſtati. Clauſaſq; manicas Fratres habeant ſupradicti. ¶ Sorores etiam chlamyde induantur, & tunica de huiuſmodi humili panno factis, vel ſaltem cum chlamyde habeant guarnelluм, ſeu placentinum coloris albi, vel

nigri,

nigri,aut paludellum amplum de canabo,ſiue lino,abſq; vlla criſpatura conſutum. ¶ Circa humilitatem vero panni, & pellitones Sorores ipſarum, iuxta conditionem cuiuslibet earundem, ac loci conſuetudinem poterit diſpenſari. ¶ Bindis, & ligaturis ſericis non vtantur, pelles dumtaxat agninas, burſas de corio,& corrigias ſimpliciter abſq; ſerio vllo factas, & non alias, tam Fratres habeant,quam Sorores, depoſitis cæteris, iuxta Beati Petri Apoſtolorum Principis ſalubre conſilium,vanis huius ſeculi ornamentis.

Quod non vadant ad inhoneſta conuiuia, & ſpectacula,& quod hyſtrionibus non dent. Cap. IV.

SIt eis ad inhoneſta conuiuia,vel ſpectacula, ſiue curias,ſiue choreas acceſſus penitus interdictus.Hyſtrionibus,ſeu vanitatis intuitu nihil donent. Et ne quicquam illis donetur à propria familia, prohibere procurent.

De abſtinentia, & ieiunio. Cap. V.

AB eſu carnium ſecunda, quarta, & ſexta feria,dieb;Sabbati abſtineant vniuerſi,niſi aliud infirmitatis, vel debilitatis inſtantia ſuaderet.Minutis vero, per triduum carnes dentur,nec ſubtrahantur in itinere conſtitutis. Sit quoque ipſarum comeſtio licita ſingulis,cum ſolemnitatem præcipuam interuenire contigerit in qua cæteri Chriſtiani ab antiquo epulis carneis veſci ſolent. Alijs diebus, in quibus ieiunium non ſeruatur, oua, & caſeus non negentur. Sed & cum Religioſis cæteris in eorum Conuentualibus domibus, licite ſumere valeant de appoſitis ab eiſdem. Sintque prandii, cænæq; refectione contenti, exceptis languidis,& viatoribus,& infirmis.¶ Sit ſanis cibus moderatus,& potus,cum textus Euangelicus habeat. Attendite ne corda veſtra crapula,& ebrietate grauentur.¶ Prandium autem, vel cæna, niſi præmiſſa ſemel Dominica oratione ſumatur,poſt ſumptionem cuilibet cum Deo gratias iteranda. Quod ſi ommitti contigerit, dicatur tribus vicibus Pater noſter.¶Qualibet vero ſexta feria totius anni ieiunium celebretur,niſi forte infirmitatis, vel alia cauſa legitima excuſentur, vel niſi Feſtum Natalis Domini feria ipſa occurreret obſer-

 uandum.

uandum. Sed à feſto omnium Sanctorum vſq; ad Paſcha, quarta, & ſexta feria ieiunabunt. Alia quæ ab Eccleſia ſunt ſtatuta, vel Ordinarijs ex cauſa communiter indicta ieiunia, nihilominus ſeruaturi. In quadrageſima vero beati Martini, vſq;ad diem Natiuitatis Domini, & à Dominica Quinquageſimæ vſq;ad Paſcha, diebus ſingulis (exceptis Dominicis) ieiunare procurent, niſi aliud fortaſſe infirmitas, vel neceſſitas alia ſuaderet. Sorores grauidæ, vſq;ad ſuæ purificationis diem ab exercitatione qualibet corporali (orationibus dumtaxat exceptis) poterunt, ſi voluerint abſtinere. ¶ Laborantes autem (propter fatigationis afficientis inſtantiam) à Dominicæ Reſurrectionis feſto vſque ad feſtiuitatem beati Franciſci prędicti, ter in die qua exercitio laboris incumbent, licite ſumere cibum poſſunt. Cum vero illos contigerit aliorum imminere laboribus, de cunctis appoſitis, die quolibet ſumere licebit eiſdem, niſi ſexta feria, vel dies ſit alia in qua generaliter ab Eccleſia ieiunium noſcitur inſtitutum.

Quoties debent confiteri per annum, & ſumere Corpus Chriſti. Cap. VI.

SInguli autem Fratrum, & Sororum ipſorum, ter in anno, videlicet, in Natali Domini, in Reſurrectionis ipſius, & Pentecoſtes feſtiuitatibus peccata propria confiteri, & Euchariſtiam deuote ſuſcipere non poſtponant, reconciliando ſe proximis, & reſtituendo etiam aliena.

Quod non ferant arma impugnationis. Cap. VII.

IMpugnationis arma ſecum Fratres non deferant, niſi pro defenſione Romanæ Eccleſiæ Chriſtianæ Fidei, vel etiam terræ ipſorum licentia Miniſtrorum.

De dicendis Horis Canonicis. Cap. VIII.

DIcant vniuerſi quotidie ſeptem Horas Canonicas, videlicet, matutinum, primam, tertiam, ſextam, nonam, veſperas, & completorium. Clerici, videlicet, ſcientes pſalterium, pro prima, Deus in nomine tuo. Beati immaculati, vſq;ad Legem pone, ac alios

Hora-

Horarum Pſalmos iuxta Clericorum ordinem, cum Gloria Patri dicant. ¶ Cum vero ad Eccleſiam non accedent, pro matutino Pſalmos dicere ſtudeant, quos dicunt Clerici, vel Eccleſia Cathedralis, uel ſaltem ut illiterati alij, pro matutino duodecim, & pro alia qualibet hora ſeptem uicibus Pater noſter, cum Gloria Patri dicere non ommittant. In quibus, uidelicet, primæ, ac completorii horis minorem ſymbolum, & miſerere mei Deus, adiiciant qui nouerunt. Sed ſi horis non dixerint conſtitutis, dicant tribus uicibus Pater noſter. ¶ Infirmi autem, Horas huiuſmodi non teneantur dicere, niſi velint. ¶ In Quadrageſima vero Sancti Martini, & etiam in Maiori; Eccleſias in quarum parochiis habitant, matutinalibus Horis perſonaliter adire procurent, niſi cauſa rationabili excuſentur.

Quod omnes, qui de iure poſſunt, faciant teſtamentum. Cap. IX.

OMnes præterea quibus de iure facultas affuerit, condant, ſeu faciant teſtamentum, & de bonis ſuis infra tres menſes poſt eorum ingreſſum immediate ſequentes ordinent, & diſponant, ne quenquam illorum contingat decedere inteſtatum.

De pace reformanda inter Fratres, & alios extraneos. Cap. X.

DE pace vero inter Fratres, & Sorores, aut etiam exteros in diſcordia poſitos facienda, ſicut miniſtris uidebitur ita fiat, adhibito (ſi facultas affuerit) Epiſcopi Diæceſani conſilio in hac parte.

Quando moleſtantur contra ius, aut eorum priuilegia. Cap. XI.

SI uero Fratres, uel Sorores contra ius, uel eorum priuilegia per Poteſtates, ſeu Rectores locorum, ubi domicilium obtinent, uexationibus impetantur, Miniſtri loci ad Epiſcopos, & alios locorum Ordinarios ſtudeant habere recurſum, iuxta conſilium, & ordinationem ipſorum in talibus proceſſuri.

Quod

Quod caueant inquantum poſſunt à iuramentis ſolemnibus. Cap. XII.

A Iuramentis autem ſolemnibus omnes abſtineant, niſi in neceſſitate cogente, in caſibus per indulgentiam Apoſtolicæ Sedis exceptis, videlicet, pro pace, fide, calumnia, & teſtimonio perhibendo, ac etiam in contractu emptionis, uenditionis, & donationis, ubi uidebitur expedire. ¶ In communi quoq; loquela uitent prout poterunt iuramenta. ¶ Et qui die aliqua minus cautè iurauerit lapſu linguæ (prout contingere in multiloquio conſueuit) die ipſo in ſero cum debet recogitare quid fecerit, dicat tribus vicibus orationem Dominicam propter incautè facta huiuſmodi iuramenta. Memor autem ſit quilibet, vt ad diuina obſequia familiam propriam exhortetur.

De audienda Miſſa, & Congregatione facienda. Cap. XIII.

VNiuerſi ſani Fratres, & Sorores cuiuſcunque Ciuitatis, aut loci, diebus ſingulis (ſi commode poterunt) Miſſæ officium audiant. Et menſe quolibet ad Eccleſiam, ſiue loca, ad quam, uel ad quem Miniſtri curauerint intimare, conueniant, Miſſarum ſolemnia inibi audituri. ¶ Vnuſquiſque autem, vſualis monetæ denarium Miſſario tribuat, qui pecuniam huiuſmodi colligat, & eam de conſilio Miniſtrorum inter Fratres, & Sorores paupertate grauatos, & pręcipue infirmantes, ac eos, qui funeris carere dignoſcuntur exequiis, & deinde inter pauperes alios diuidant congruenter. ¶ Offerant inſuper de ipſa pecunia Eccleſię memoratę. Tūcq; (ſi commode poterunt) uirum religioſum, & in uerbo Dei competenter inſtructum habere procurent, qui eos ad pænitentiam, & miſericordię opera exercenda hortetur, ſolicite moneat, & inducat. ¶ Studeat quilibet dum Miſſę celebratur officium, & prędicationis uerbum ponitur, ſeruare ſilentium, orationi, & officio ſit intentus, niſi eum communis utilitas fraternitatis impediat.

De Fratribus infirmis, & defunctis. Cap. XIV.

CVm autem, quemquam ex Fratribus infirmari contigerit, Miniſtri per ſe, uel per alium, ſeu alios, ſi hoc eis infirmis fecerit intimari,

intimari, ſemel in Hebdomada uiſitare teneantur ęgrotum, ipſum ſolicitre ad recipiendum pænitentiam, prout melius, & efficacius expedire putauerint, inducentes, neceſſaria illi de bonis communibus miniſtrando. ¶ Et ſi præfatus infirmus de præſenti luce migrauerit, Fratribus, & Sororibus tunc in Ciuitate, vel loco, vbi eum contigerit mori præſentibus nuncietur, vt defuncti exequ'js, procurent perſonaliter intereſſe; A quibus donec Miſſarum fuerint celebrata ſolemnia, & corpus tumulo conditum, non recedāt. ¶ Hoc quoq; circa Sorores infirmas, & decedētes volumus obſeruari. ¶ Præterea, intra octo dies poſt ipſius ſepulti obitum immediate ſequentęs, quilibet Fratrum, & Sororum ipſarum dicat pro anima eius, Sacerdos, videlicet, Miſſam vnam. Sciens pſalterium 50. pſalmos, & illiterati totidem Pater noſter, & in fine cuiuslibet Requiem æternam adijciant. Et poſt hæc, infra annum, pro Fratrum, & Sororum, tam viuorum, quam defunctorum ſalute, tres Miſſas faciant celebrari. Qui vero pſalterium ſciuerint, illud dicant, & cæteri orationem Dominicam centies dicere non ommittant, & requiem æternam in fine cuiuslibet addituri.

De Miniſtris Cap. XV.

MInisteria quoq; ac alia officia, quæ præſentis formulæ ſeries exprimit, impoſita ſibi quiſque deuote ſuſcipiat, curetq; fideliter exercere. ¶ Officium autem cuiuslibet, certi temporis ſpacio limitetur. Nullus miniſter inſtituatur ad uitam, ſed eius miniſterium certum tempus comprehendat.

De viſitatione, & correctione delinquentium. Cap. XVI.

AD hæc Miniſtri, & Fratres, ac Sorores Ciuitatis, & loci cuiuslibet, ad viſitationem communem in aliquo loco religioſo, vel Eccleſia, vbi locum huiuſmodi contigerit deeſſe, conueniant, & Viſitatorem habeant Sacerdotem, qui alicuius approbatæ Religionis exiſtat, quiq; illis de commiſſis exceſſibus iniungat pænitentiam ſalutarem, Nec quiuis alius poſſit eis huiuſmodi viſitationis officium exhibere. ¶ Quia vero, præſens viuendi forma, inſtitutionem à beato Francisco prælibato ſuſcepit, conſulimus, vt

Viſi-

Viſitatores, & informatores, de Fratrum Minorum Ordine aſſumantur, quos Cuſtodes, vel Guardiani eiuſdem Ordinis, cum ſuper hoc requiſiti fuerint, duxerint aſsignandos. Nolumus tamen Congregationem huiuſmodi à Laico viſitari. Huiuſmodi autem viſitationis officium, ſemel exerceatur in anno, niſi neceſsitate aliqua ſuadente fuerit pluries facienda.¶ Incorrigibiles vero, ac inobedientes, monitio trina præueniat. Qui ſi ſe corrigere non curauerint, de ipſius Congregationis conſortio expellantur omnino, de conſilio diſcretorum.

De vitandis litigijs inter ſe, & cum alijs. Cap. XVII.

VItent inſuper Fratres, & Sorores, iuxta poſſe, litigia inter ſe, illa, ſi ſuſcitari contigerit, ſolicite dirimendo. Alioquin, de iure coram illo reſpondeant, apud quem Poteſtas reſidet iudicandi.

Qualiter, & per quos in abſtinentijs poſſit diſpenſari. Cap. XVIII.

ORdinarii autem locorum, vel Viſitator, cum Fratribus, & Sororibus vniuerſis, in abſtinentiis, ieiuniis, & auſteritatibus aliis, ex cauſa legitima, cum expedire viderint, poterunt diſpenſare.

Quod Miniſtri eorum manifeſtas culpas denuncient Viſitatori. Cap. XIX.

MIniſtri vero, manifeſtas Fratrum, & Sororum culpas Viſitatori denuncient puniendas.¶ Et ſi quiſq; incorrigibilis fuerit, poſt trinæ admonitionis inſtantiam, à Miniſtris, de diſcretorum Fratrum aliquorum conſilio, viſitatori nuncietur eidem, de fraternitatis conſortio abijciendus ab ipſo, & in Congregatione poſt modum publicandus.

Qualiter in prædictis nemo obligatur ad culpam mortalem. Cap. XX.

COeterum in præmiſſis omnibus, ad quæ Fratres veſtri Ordinis non ex diuinis præceptis, & ſtatutis tenentur Eccleſiæ, nullum ipſorum ad mortalem culpam volumus obligari, ſed impoſitam ſibi pænitentiam, pro tranſgreſsionis exceſſu prompta humilitate recipiat, & efficaciter ſtudeat adimplere. Nulli

Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam noſtri ſtatuti, & ordinationis infringere, uel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationis omnipotentis Dei, & beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datum Reate. 16. Kalendas Septembris, Pontificatus noſtri anno ſecundo. Chriſti anno 1289. die 16. Auguſti.

CONSIDERATIONES
Super Regulam Fratrum, & Sororum Tertij Ordinis S. Franciſci.

17 Diuerſi viri religioſi doctiſſimi non ſolum Minorum, verum etiam aliorum Ordinum ſcripſerunt ſuper hanc Regulam, primo loco ſe offert P. Dionyſius Ordinis Carthuſianorum, qui obijt in Domino ex Molano de Sanctis Belgij anno 1471. cuius feſtum celebratur in illis partibus duodecimo Martij, commentatus fuit eam Regulam poſt annum 1440. nam in fine Art. 21. inquit, quod Ioannes de Capiſtrano magiſtraliter probat huius Regulæ Fratres gaudere priuilegio clericali, opus autem ſuum intitulatum *Defenſorium* Tertij Ordinis finiuit Mediolani ad S. Angelum 28. Maij 1440. S. Ioannes Capiſtranus, ergo poſt illum annum Dionyſius edidit ſuum opuſculum, quod abſoluitur 46. articulis. Cui ſubdit alium tractatum de obedientia ſuperioribus debita per decem alios articulos diſtributum, ſcriptum ab eodem ad inſtantiam F. Bartolomæi ſacerdotis eiuſdem Ordinis Profeſſoris, & Generalis eorumdem Fratrum in diœceſi Leodienſi, vt legitur initio primi articuli.

Apollinaris de Valloigne Tertij Ordinis Prouinciæ S. Iuonis edidit gallice Regulam, & Conſtitutiones Tertij Ordinis S. Franciſci pro Secularibus, qui eam profitentur cum exercitio ſpeciali, & quibusdam declarationibus, ac reſolutionibus decretorum ſuper eandem Regulam, Pariſijs impreſſum 1646.

Bernardus Cuneus Hibernus eiuſdem Prouinciæ Miniſter tranſtulit Regulam hanc in linguam Hibernicam.

Franciſcus de Soſa Hiſpanus Toletanus Minorum de Obſeruantia Generalis Epiſcopus Canarienſis, Vxamonſis, & poſtea Segobienſis, edidit, Regulam, ſeu profeſſionem Tertij Ordinis non obligare illos ad peccatum mortale.

Hiero-

Hieronymus Combonus Italus de Salodio Prouinciæ Brixienſis ſtrictioris obſeruantiæ edidit Commentaria in hanc Regulam, Bergomi anno 1627.

Ioannes Carillus Regularis Obſeruantiæ Prouinciæ Aragoniæ ſcripſit Commentarios in hanc Regulam impreſſos Cęſarauguſtę 1610.1613.& Matriti 1616.

Ioannes à Turribus Hiſpanus Prouinciæ Caſtellæ edidit commentaria in Tertiam Regulam S. Franciſci, Madriti anno 1628. & 1631.

Lucas à Monteforti oppido Neapolis Minorum de Obſeruantia commentarijs illuſtrauit eandem Regulam, Neapoli apud Octauium 1636.

Ludouicus de Miranda Valliſoletanus de obſeruantia edidit commentarios ſuper Regulam Tertij Ordinis, Salamanticæ apud Arthurum Taberniel anno 1609.

Lupus ſeu Lopez Paez Hiſpanus Prouinciæ Caſtellæ commentaria dictauit in eandem, Matriti 1620.

Marianus Florentinus de Obſeruantia Prouinciæ Thuſciæ edidit commentaria in eandem Regulam.

Thomas Piſæus Seguſianus Gallus Tertij Ordinis Regularis ſcipſit explanationem Regulæ, & conſtitutionum, impreſſam Anicij anno 1646.

Vincentius Muſſart Pariſienſis primus Pater, & Reformator Tertij Ordinis Regularis in Gallia in Regulam Pœnitentium Tertij Ordinis S. Franciſci cum declarationibus, & expoſitionibus Dionifij Cartuſiani Pariſijs anno 1620.

Angelus à S. Franciſco apud Vading. in App.

Ioannes Caramuel Lobkouuitz Ordinis S. Benedicti Abbas Melroſæ, & Angliæ, Scotiæ, & Hiberniæ Progeneralis edidit opus inſcriptum *Theologia Regularis*, hoc eſt, in Sanctorum, Baſilij, Auguſtini, Benedicti, & Franciſci Regulas. De hac noſtra agit part. 8. ſuper ea nonnulla reſoluens dubia, de quibus ſuis locis infra dicam cum ipſo, reſcribam hic eius elogium de hoc ordine eius tenoris, qui ſequitur.

18 *Florentiſſimus eſt hic Tertius S. Franciſci Ordo, multos enim Reges, & Principes in hac vita formauit, & purificatos cælo dedit, vt puto, inſtitutus diuinitus, ne quis ſeruiendi Deo, & viuendi in ordine commoditate*

meditate carent. Habet Regulam ſecuram, & ſuauem, quam quis poſſit in domo ſua ſeruare, & ſine matrimonialis ſtatus aut iniuria, aut carentia. Hi ſunt, qui vocantur Tertiarij, & quamuis propria habeant aliqua, non fruuntur Patrum Minorum priuilegijs. Hæc ille vir eruditiſſimus adhuc in humanis degens. Ecce, lector mi, vbi recenſui quindecim religioſos cum Franciſcanis, tum extraneis, qui hanc Regulam reddiderunt perſpicuam, & celebriorem ſuis dilucidationibus, & commentarijs.

19 Primo conſiderandum eſt, quod Regula eſt norma bene viuendi, in quo ſenſu inuenio triplicem Regulam, de qua Paulus ad Galatas cap. 6. num. 6. ait: *Et quicunque hanc Regulam ſecuti fuerint, pax ſuper illos, & miſericordia, & ſuper Iſrael Dei.* Hæc eſt Regula Euangelij diuiſa in tres Regulas, prima eſt de decem præceptis decalogi Matth. 19. 16. Lucæ 18. 20. Secunda de credendis de fide ex ſimbolo Apoſtolorum. Tertia de inſtitutione, & vſu Sacramentorum. Qui hanc triplicem Regulam de præceptis, fide, & Sacramentis ſequitur per creditionem, & obſeruantiam, pacem, & miſericordiam conſequetur. S. Franciſcus, qui Chriſtum Dominum, in omnibus, quæ potuit, ſemper imitari ſategit, tres inſtituit Regulas, vt per eas homines vtriuſque ſexus perduceret ad vitam æternam, & quoniam non omnes ſub prima viri, nec ſub ſecunda fæminæ militare poſſunt, Tertiam, de qua loquimur, adinuenit, communem omnibus tam maſculis, quam fœminis, qui non poſſunt profiteri primam, nec ſecundam. Itaque Sancti Patres tale, ac tam grande erat deſiderium deducendi genus humanum ad beatitudinem cæleſtem, ad quam homo creatus fuerat à Deo, quod nulli pepercit labori, omne medium tentauit, per quod poſſet enixe ſuam piam voluntatem adimplere, vt fecit, quantum in ipſo fuit. Tertia ergo Regula omnes amplectitur, vt per eius obſeruationem ſalui fiant.

20 Secundo Regula hæc eo vocabulo non vocatur in Bulla Nicolai, in qua alijs nominibus dicitur ordo in principio, & in fine, nuncupatur *Fraternitas* ſub cap. 2. 3. & 19. *Congregatio* cap. 16. & 19. *Viuendi forma* cap. 16. à Gregorio IX. in Bulla incip. *Deteſtanda* ex parte ſupra relata dicitur *Religio*, & à multis alijs. Ab eodem Nicolao in fine alterius Bullæ incip. *Vnigenitus* dicitur expreſſe Regula, & alibi *Memoriale* ſic ab ipſis Fratribus appellatum. A

Clemente V. vocatur priuilegium, ab alijs Pontificibus intitula-
21 tur Regula. Vnum obſeruo, quod non eſt Regula conſtituens in ea profeſſum ſub obligatione trium votorum, quia in ea hæc non præſcribuntur, vt obſeruauit Gloſ. in Clem. 1. de Relig. dom. & in 3. de ſent. excommun. ſed volentibus in eam ingredi præſcribit certum viuendi modum ſtrictioris obſeruantiæ, quo ſeculares
22 non adſtringuntur. Vnde is ordo vocatur ſtatus medius inter ſeculares, & regulares, cum illis participat proprietatem ſuorum bonorum, non enim per profeſſionem ſuam abdicat à ſe ſua bona, quæ habebat ante profeſſionem; & non ſolum hunc ordinem ingrediuntur vxorati, ſed iam ingreſſi, & profeſſi vxorem ducere poſſunt, quia hic ſtatus non excludit matrimonium, vt deciſum
23 fuit per Cardinalem Iordanum Bononię, difficultate agitata per Theologos, cui Cardinali Epiſcopo Sabinenſi, Papa Eugenius IV. ſub num. LXXXI. in Archiu. diſcuſſionem, & declarationem huius dubij, quod Aquilæ acciderat, mandauerat per ſuam Bullam incip. *Ex iniuncto nobis*. Anno 1437. apud Vadingum tomo 5. Bulla 109. vbi refert, dubium fuiſſe reſolutum fauore matrimonij, & reuera ita eſt, quia in ſua profeſſione non promittunt caſtitatem, nec abſtinentiam à copula quacumq; ergo luxuriantes, vel copula maritali vtentes, vel ad rem ſe pręparantes per matrimo-
24 nium nullo modo peccant; demum ſeparatim viuunt in ſuis domibus, & in his participant de ſecularibus, ſcilicet in proprietate, matrimonio, & habitatione ſingulari, & propria, per quę etiam excluduntur à ſtatu regulari, qui prædictorum ſuum profeſſum reddit incapacem ratione votorum Paupertatis, & Caſtitatis. Cum religioſis vero is ordo participat profesſionem aliqualiter
25 quia ſolemnis non eſt, item annum nouitiatus, certas abſtinentias, & olim erat exemptus a laicis poteſtatibus & oneribus, iuxta dicenda infra in proprio capite. Ordo igitur iſte medius eſt inter ſeculares, & regulares, ita quod non ſunt mere, & omnino ſecu-
26 lares, nec regulares, ſed iſtius ordinis Fratres medij ſunt inter vtrumq; ſtatum, & olim magis participabant de regularibus propter eorum priuilegia, nunc uere fere omnino ſunt de ſtatu ſecularium, unde uocantur Tertiarij ſeculares ad differentiam Tertiariorum Regularium. De hoc medio ſtatu agit D. Dioniſius Cartuſ. art. 14. ſuper Regulam. Bernardinus de Buſto in ſerm. 27. ſui Roſarij prope finem.

27 Sequitur hinc ex rationibus adductis, hunc ordinem à S. Franciſco inſtitutum non fuiſſe ſub titulo Religionis proprie dictæ ſub tribus votis ſolemnibus, cum de his nulla fiat mentio in dicta Regula, nec pro Religione à Nicolao IV. approbatum fuiſſe. Ita omnes ſentiunt cum Rodriq. tom. 2. q. 72. cum ſuo Compend. reſol. 136. num. 1. Miranda tom. 1. q. 36. art. 3. Lezana tom. 2. cap. 14. num. 7. Deciſ. 2. num. 3. Deciſ. 3. num. 3. & 4. infra cap. 12. Quod ſi in aliquibus Bullis eorum ordo dicatur religio, vox iſta improprie ſumitur, vel intelligitur de eodem poſtea eleuato in Religionem, vt ſuo loco dicetur; & prædictis nullus intelligens contradicit, cum ſit luce clarius.

28 Tertio, in hoc ordine poteſtas recipiendi volentes ingredi reſidet apud Miniſtros profeſſos eiuſdem Regulæ ex cap. 2. qui poſſunt illos recipere ad habitum, & finito anno probationis, de conſilio aliquorum Fratrum Diſcretorum ad profeſſionem. Id autem eſt de iure Regulæ, & approbationis Regulæ, dum id in ea exprimitur, & id eſt ius commune cuiuslibet Congregationis, & Collegij, vt per caput cũ cæteris de collegio extra exiſtentes recipiantur, non enim aliquis poteſt fieri membrum alicuius corporis politici niſi de conſilio, & conſenſu capitis, & cæterorum membrorum eiuſdem corporis politici. In vnaquaq; autem ciuitate, & loco, vbi eſt huiuſmodi congregatio Tertij Ordinis, ibi Miniſter deputatus, ſic enim vocatur caput, maior, ſeu ſuperior huius ordinis in quolibet loco, habet poteſtatem recipiendi ad ordinem. Vt viſum fuit S. Franciſcus initio Ordinis hanc poteſtatem dedit Fratri Bartolomæo Cumano, qui vti Miniſter quoq; alios ad habitum recipiebat. Quo autem iure Minores Conuentuales, ſeu de Obſeruantia dent habitum volentibus ingredi hunc ordinem dicetur infra in proprio capite, vbi de iure conferendi habitum Tertiarijs ſecularibus per Regulares.

29 Quarto, Nouitij finito probationis anno profeſſionem emittunt ad formam cap. 2. huius tenoris. *Ego Frater N. promitto Deo Omnipotenti, B. M. V. Beato Franciſco, & omnibus Sanctis, & tibi N. toto tempore vitæ meæ ſeruare Regulam Fratrum de Pænitentia per Dominum Nicolaum Papam IV. confirmatam, ſeruando omnia diuina præcepta, & ſatisfaciendo de tranſgreſſionibus, quas contra hunc viuendi modum committam; cum interpellatus ad Viſitatoris extitero*

E *volun-*

voluntatem. In prima litera N. exprimitur nomen nouitij, in ſecunda N. nomen Miniſtri recipientis. Hæc forma deducitur ex verbis Regulę, quæ cap. 2. hæc habet: *Recipiatur hoc modo, videlicet, vt promittat ſe diuina mandata omnia ſeruaturum, ac etiam ſatisfacturum, vt conuenit, de tranſgreſſionibus, quas contra hunc viuendi modum commiſerit, cum interpellatus ad Viſitatoris extiterit voluntatem.*

30 Magnam hîc mouent nonnulli difficultatem, an non ſeruans Dei mandata fiat ſacrilegus, & peccet duplici peccato, ſi e. g. luxurietur peccato nimirum contra virtutem caſtitatis, & peccato ſacrilegij contra religionem ex profeſſione, & voto facto Deo? Eſſe voti tranſgreſſionem, & ſacrilegium affirmant Dionifius Cartuſianus ſuper hanc Regulam art. 7. & Bernardinus Buſtus ſerm. 27. ſui Roſarij. Sed non ſunt audiendi, alias iſte ordo eſſet ſtrictior, & auſterior quocumq; alio ordine, & religione, in quibus non reperitur votum arctum ſeruandi omnia Dei mandata. Eſt enim ſimplex promiſſio ſeruandi omnia Dei mandata iuxta obligationem ipſius Regulæ, quæ ad nihil obligat ſub culpa, niſi ad ea, ad quæ cæteri fideles tenentur, vt colligitur ex cap. 20. eiuſdem Regulæ. Itáq; non obligare ad peccatum mortale docuit Ioannes Carillus cap. 5. in Regul. enumerans pro ſe multos graues doctores fol. 81. Noſter de Sillis Annot. 5. ſuper Regul. cap. 9. Peyrin. ad Conſtit. 18. Iulij II. §. 2. Lezana tom. 2. cap. 14. num. 19. Cronic. par. 1. lib. 9. cap. 1. ibi: *Non poſſono i Frati Minori riceuer queſti penitenti alla profeſſione, ò vbidienza della Religione, ò ad alcun voto, ma ſolo admetterli, & accettarli alla detta Regola di vita, e compagnia de Penitenti.* Quare vbi non eſt votum, ibi non poteſt eſſe ſacrilegium in tranſgreſſione. Et licet Regula, vt retulimus, dicat: *Promittat ſe diuina mandata ſeruaturum.* Non vrget modus loquendi, quia verbum *promitto*, accipitur ibi loco *propono*, & aliam intentionem faciens hanc profeſſionem habere non debet, niſi ſe obligare ad obſeruationem mandatorum Dei, eo vinculo, quo tenebatur ante cum cæteris fidelibus, à quibus in reliquis obſeruantijs in eadem Regula præſcriptis profeſſus differt à cæteris ſecularibus, qui talem viuendi modum non ſibi proponunt. De hac re fuſius egi, Reſol. 75. ideo illuc remitto lectorem.

Cara-

Caramuel huic ſub num. 2052. referens formam profeſſionis ſimilem à nobis allatæ ait; illud verbum *promitto* obnoxiam reddit perſonam promittentem illi, cui fit promiſſio, non tamen ſemper mortaliter, & in præſenti tantum pænaliter; vt conſtat ex vltimo huius Regulæ capite, in quo declarat Pontifex neminem profeſſionis, aut Regulæ profeſſæ vi ad culpam, ne quidem venialem teneri, & putat teneri ad pænam, &c.

Nec vrget, quod nonnullæ virgines in hac profeſſione faciunt votum virginitatis, ſeu caſtitatis, & quod idem præſtat verbum *promitto* quod ſignificat *voueo*, quando promiſſio fit Deo, vt in dicta profeſſionis forma, ea promiſſio fit Deo. Nam verba accipienda ſunt ſub ea ſignificatione, ſub qua accipiuntur in ea materia de qua agitur. Cum autem obligatio huius profeſſionis menſuranda ſit à Regula, ad cuius tenorem profeſſio emittitur; verbum *promitto* tantam inducit obligationem, quantam Regula præſcribit; ſed hæc Regula nullam inducit obligationem immediate ad culpam, ſed tantum contra contumacem, quando interpellatus à Viſitatore tranſgreſſor non vult ſubire pænam, ergo in eo tantum caſu verbum *promitto* inducit obligationem. *Promitto caſtitatem* in hoc ſenſu producit vinculum peccati mortalis contra luxuriantem. Sed cum id non præſcribatur in hac Regula, immo potius permittatur vſus matrimonii; ideo non facit hoc argumentum
31 contra ſuperius determinata. Cum autem aliqui dubitarent, an tale votum eſſet ſolemne? Pontifex Leo X. in ſua Bulla 2. quod Confect. fol. 131. incip. *Nuper in Sacro*, declarauit die primo Martij 1518. eſſe ſolum triplex. Habes illam ſub num. CCII.

32 Quinto, occurrit difficultas; an teneat profeſſio facta etiam eodem die aſſumptionis habitus nulla præmiſſa anni nouitiatus probatione? Reſpondendum eſt affirmatiue, tenere profeſſionem, quia in Regula ſimiliter præmittitur annus probationis, non irritatur profeſſio facta ſine illo. Et licet in iure tum ueteri, tum nouo Tridentini irrita ſit profeſſio facta ſine nouitiatu, aut infra annum; tamen quia huiuſmodi iura loquuntur de religionibus, in quibus fit ſolemnis profeſſio, ideo cum ſub illis non comprehendatur iſte ordo vt hic, & nunc ſub hac Regula, illis iuribus non afficitur eius Regula, & profeſſores non ſubijciuntur eorum decretis irritantibus. Et ita omnes ſentiunt cum *Rota part. 1. diuerſ. decis. 591.*

num.7.Tambur.tom. 3.diſp.6.paref. 11.num.7. Barboſa ad ſeſſ. 25. cap. 15.num. 4. Ego dicta Reſol. 75.num.27. Caramuel his num. 2050.

33 Sexto, filius familias, uxor, & maritus uolentes hunc ordinem ingredi debent petere licentiam à ſuo maiore, & patrono, ingreſſus enim illi præiudicat, quo ad ueſtitum, & uictum, ideo ſine illis illicite tranſeunt, licet in domo patria maneant, iuxta vſum, & morem huius Regulæ; & ita ſentit Caramuel num. 2054. licet adducat oppoſitam opinionem, cui ſtandum non eſt.

34 Septimo, iſte Ordo uocatur Fraternitas, ut dictum fuit §. Tertio, non tamen eſt Confraternitas, ut ſunt Confraternitates Roſarij, Cordigerorum, Centuræ, &c. In multis enim differunt; *Primo*, namque nulla Confraternitas uocatur Ordo, ſicut iſte. *Secundo*, Confraternitates habent quidem quaſdam ordinationes, non tamen aliquam Regulam à Sede Apoſtolica approbatam, ſicut habent Tertiarij. *Tertio*, Confratres nullam emittunt profeſſionem, ſicut faciunt nouitij huius Ordinis. *Quarto* Confratres non prohibentur recedere à Confraternitate, ſicuti retroceſſio interdicitur Fratribus Tertiarijs emiſſa profeſſione, ex cap. 2. *Quinto*, Tertiarij portant habitum eius religionis, à qua dependent, Franciſcani habitum griſeum; Auguſtiniani nigrum; Carmelitani album; Confraternitatum uero habitus nullam relationem habent ad aliquam religionem. Ita in terminis Lezana par. 2. cap. 14. nu. 24. Confect. in ſumm. habet capita diſtincta de Tertiarijs, & de Confratribus.

35 Octauo ſciendum eſt, quod S. Pater fuit primus, qui inſtituit hunc Tertium Ordinem, quorum profeſſores in proprijs domibus manentes nuncupantur Tertiarij, quod fuit de anno 1221. ad cuius imitationem, & exemplum cæteræ Mendicantium religiones poſtmodum cæperunt inſtituere eundem Tertium Ordinem ad formam inſtitutionis factæ per Beatum Franciſcum, de qua re *Confect. in ſummar. tit. 23. cap. 14. clare Miranda tom. 1. q. 36. art. 1.*

36 Nono, dictum fuit, quod is Ordo à prima ſui inſtitutione fuit minime religio, neque eius profeſſores proprie fuerunt, nec modo ſunt religioſi ex profeſſione trium votorum, cum hanc, quæ facit verum religioſum, nullus eorum profiteatur, & in ipſa Regula exprimantur aliqua, quæ ſtatui religioſo repugnant, vt proprietas, & matrimonium, atque cohabitatio perſonarum vtriuſque ſexus; eſt ergo ſtatus medius inter vtrumq; ſtatum ſecularium, & regularium. Non eſſe religioſos Fratres Tertiarios ex vi huius inſtitutionis docent omnes cum *Rodr. tom. 3. q. 72. art. 1. Mirand. tom. 1. q. 36. art. 3. Lezana par. 2. cap. 14. n. 6. & 7. alijs citatis ſupra ſub num. 27.*

CAPVT QVINTVM

De Tertiarijs perſonis eccleſiaſticis, & eorum priuilegijs.

1 *Eccleſiaſtica perſona dicitur omnis fidelis.*
2 *Chriſtianorum ſunt duo genera.*
3 *Perſona eccleſiaſtica, quæ perpetuo mancipatur diuino officio.*
4 *Clericus euadit quis receptione prima tonſuræ.*
5 *Conuentus eſt perſona eccleſiaſtica deputatus ſeruitio Eccleſiæ.*
6 *Perſonæ eccleſiaſticæ quæ ſint enumerantur.*
7 *Perſona eccleſiaſtica quænam ſit.*
8 *Eccleſiaſtica perſona vt quis fiat tria requiruntur.*
9 *Perpetuitatem poſtulat ſeruitium Dei.*
10 *Habitus non facit monachum, dat tamen illum cognoſcere.*
11 *Clericus in minoribus perpetuo eſt clericus licet ducat uxorem.*
12 *Clericus minorum retrocedens peccat venialiter.*
13 *Recipiens ordines, vt declinet forum peccat.*
14 *Perſona eccleſiaſtica gaudet priuilegijs Canonis, & fori, & alijs exemptionibus.*
15 *Clericatus tantum tonſuratus gaudet vtroq; priuilegio habens requiſita Tridentini.*
16 *Religioſus ſub tribus votis gaudet vtroq, priuilegio.*
17 *Oblati gaudent vtroq; priuilegio.*
18 *Nouitij.*
19 *Tertiarij ſunt in quadruplici differentia.*
20 *Tertiarij vere regulares gaudent omnibus priuilegijs.*
21 *Tertiarij modo in communi vita ſub obedientia voluntaria nulli ſunt.*
22 *Tertiarij quilibet olim erant perſonę eccleſiaſticæ.*
23 *Collegialiter viuentes, vel cum clauſtralibus tantum gaudent priuilegijs, alij non.*
24 *Tertiarij in proprijs domibus habitantes olim erant eccleſiaſtici.*
25 *Vniuerſalis propoſitio magis operatur quam indefinita.*
26 *Tertiarios antiquitus fuiſſe perſonas eccleſiaſticas probatur.*

27 *Caracter non eſt de ratione religionis.*
28 *Regula Tertij Ordinis non facit religioſum proprie dictum.*
29 *Vindicatur ordo à nonnullis iniurijs.*
30 *Parcitur duobus facinoroſis ſictis Tertiarijs.*
31 *Clericus vxorem ducens adhuc clericus eſt, ſed ſine priuilegijs.*
32 *Priuilegia pauca referuntur pro Tertiarijs.*
33 *Eligunt ſepulturam, vbi volunt.*
34 *Recipiunt Sacramenta Pœnitentiæ, & Communionis à Regularibus.*
35 *Tenentur ad onera laicorum.*
36 *Conueniri poſſunt coram iudice laico.*
37 *Clauſtrales gaudent priuilegijs.*
38 *Tertiarij cum clauſtralibus quem habitum gerant.*
39 *Gaudent priuilegio canonis.*
40 *Priuilegio fori gaudent.*
41 *Exemptionis ab oneribus.*
42 *Omnia Sacramenta recipiunt à confeſſarijs regularibus.*
43 *Subijciuntur caſibus reſeruatis infra ordinem.*
44 *Sepeliuntur cum clauſtralibus.*
45 *Interdicti tempore interſunt diuinis officijs cum clauſtralibus.*
46 *Indulgentias Regularium lucrantur.*
47 *Ordinario non ſunt ſubiecti.*
48 *Superiores Regulares ſunt eorum iudices.*
49 *Mulierum Tertiariarum priuilegia.*
50 *Legatum relictum monachandæ datur etiam Tertiarijs.*
51 *Mulierum votum impedit matrimonium non dirimit.*
52 *Mulieres confitentur ſolum approbatis ab Ordinario.*
53 *Conceſſio, & communicatio priuilegij idem eſt.*
54 *Reuocatum priuilegium conceſſionario, non item ei, cui fuit commu-*
nicatum.
55 *Tertiarij habent communicationem priuilegiorum.*
56 *Priuilegia Tertiariorum tranſeunt ad Religioſos.*
57 *Conceſſa vni nationi ſunt communicata aliis.*
58 *Conceſſa vni conuentui extenduntur ad alios.*
59 *Sorores gaudent priuilegiis Fratrum.*
60 *Fratres gaudent priuilegiis Sororum.*
61 *Licet amplius non ſubſint Minoribus.*

1 Quamuis omnis Chriſtifidelis vocari poſſit perſona Eccleſiaſtica, in eo, quod eſt pars, & membrum Eccleſiæ factus per ſuſceptionem ſacri baptiſmatis, cum tamen in hoc ſenſu vox iſta non vſurpetur, ſed in alio ſenſu ſecundum communem vſum loquendi, nimirum pro eo, qui perpetuo deputatur ſeruitio Eccleſiæ. Vnde S. Hieronymus relatus cap. Duo ſunt 7. 12. 1. *Duo ſunt* (inquit) *genera Chriſtianorum. Eſt autem vnum genus, quod mancipa-*
2 *tum diuino officio, & deditum contemplationi, & orationi, ab omni ſtrepitu temporalium ceſſare conuenit, vt ſunt Clerici, & Deo deuoti, videlicet conuerſi. Cleros enim grece latine ſors. Inde huiuſmodi homines vocantur Clerici, ideſt, ſorte electi, &c. Aliud vero eſt genus Chriſtianorum, vt ſunt laici. Cleros enim græce eſt populus latine.* Deducitur hinc, quemlibet Chriſtifidelem, vel eſſe perſonam, Eccleſiaſticam, vel laicam, adeo quod extra has duas ſpecies non poteſt inueniri aliquis Chriſtianus, illæ enim ita opponuntur, vt quicquid excludit vna, altera includat, & non datur medium, quia omnis homo aut eſt Eccleſiaſticus, aut Laicus. Relicta ratione hominis laici, agendum eſt de homine eccleſiaſtico.

3 Perſona autem Eccleſiaſtica ex dictis S. Hieronymi eſt omnis illa, quæ mancipatur diuino officio, orationi, & contemplationi dedicata à ſtrepitu temporalium aliena. Et ſecundum eundem
4 Sanctum diuiditur in Clericum, & Conuerſum. Nomine Clerici venit, qui eſt vocatus in ſortem Domini, ille autem dicitur vocari in ſortem Domini, qui initiatur prima tonſura per abraſionem capitis, quæ eſt omnium temporalium depoſitio, remanendo in capite abraſi corona, quam habent ab inſtitutione Eccleſiæ Romanæ in ſignum regni, quod in Chriſto expectatur. Clericus ergo incipit eſſe, & denominari per receptionem primæ tonſuræ, & ſubſequentium ordinum ab Hoſtiariatu vſq; ad Epiſcopatum, cap. Cleros 1, diſt. 21. Clericus ergo incipit eſſe quis à prima tonſura rite percepta ab habente poteſtatem, vt ab ipſo ſuo Epiſcopo, vel à ſuo Abbate ex ſeſſ. 23. cap. 8. & 10. & in hoc nullus contradicit.

5 Conuerſus quoq; eſt perſona eccleſiaſtica, quo nomine venit omnis clericus perpetuo deputatus ſeruitio Eccleſiæ, licet vota non emittat, ſed tantum deferat habitum illorum, cum quibus conuerſatur, vt colligitur ex Gloſ. v. Conuerſi præfati cap. Duo

ſunt,

ſunt, quæ dicit Conuerſi, omnes dicuntur perſonæ eccleſiaſticæ, vbi citat cap. Quiſquis 21.17.q.4. ibi: *Qui iniuriam, vel ablationem rerum intulerit clericis arma non ferentibus, vel monachis, ſiue Deo deuotis omnibuſq; eccleſiaſticis perſonis*, contra quos delinquentes dicuntur ſacrilegium committere, ex quo ſunt perſonæ Eccleſiaſticæ Deo dicatæ per profeſſionem aliquam, vt monachi, vel Tonſuram, vti Clerici, vbi Gloſ. v. Eccleſiaſticis, vocat conuerſos, & pænitentes, Templarios, & Hoſpitalarios perſonas eccleſiaſticas, gaudent enim priuilegio clericali. Quod clarius ab Innocentio II. dicitur relato cap. Vt lex 40. 27. q. 1. *Vt lex continentiæ, & Deo placens munditia in eccleſiaſticis perſonis, & ſacris ordinib. dilatetur, ſtatuimus, quatenus Epiſcopi, Presbiteri, Diaconi, Subdiaconi, Regulares Canonici, Monachi, atq; conuerſi profeſſi, qui ſanctum tranſgredientes vxores ſibi copulare præſumpſerint, ſeparentur.* Ecce quod perſonæ eccleſiaſticæ ſunt, quæ vel ſunt clerici, vel religioſi, ſeu conuerſi profeſſi. Et quamuis hic textus reſtringat rationem Eccleſiaſtici ad vouentes continentiam; non tamen excludit alios, qui nondum vouerunt continentiam, quia finis principalis huius textus eſt, vt voto continentiæ obnoxij remaneant caſti ſine vxoribus. Vnde gl. v. Eccleſiaſticis, infert: Ergo omnes, qui infra ponuntur ſunt eccleſiaſticæ perſonæ, ergo & conuerſi. Supradictæ autem perſonæ gaudent priuilegio canonis cap. *Si quis* 29. 17. *q.* 4. *vt dicit Gloſ. ibidem v. In clericum*, vt ſcilicet illas percutiens ſuadente diabolo incurrat excommunicationem Papæ reſeruatam.

7 Concluditur ergo ex his, quod perſona eccleſiaſtica eſt omnis illa, quæ diuino cultui perpetuo mancipatur, eccleſiæ inſeruiens, mancipatione primæ ſaltem tonſuræ, ſeu profeſſione, immo licet non emittat tria vota, ſed deferat tantum habitum religioſum; vt docet *Barboſa lib.* 1. *cap.* 21. *de iure eccleſ. & in cap. Vt priuilegia* 24. *de priuileg. cum Nauar. de Redditib. Monit.* 55. *num.* 44. *Couar: in cap. Alma mater par.* 2. §. *num.* 8. vbi oblatos vocat perſonas eccleſiaſticas, qui nempe ſeipſos cum ſuis bonis perpetuo religioni obtulerunt, & non faciunt profeſſionem ad differentiam conuerſorum, qui profeſſionem faciunt, & non ſunt clerici, vtriſq; autem neceſſe eſt mutare habitum laicum in religioſum ex eodem Couar. per Gloſ. v. Mutato habitu cap. Vt priuilegia, de priuileg. ibi

cano-

canoniſtæ, & manere debent cum Clauſtralibus inquiunt cum *Rodriq. tom. 2. quæſt. 123. art. 1. fine*, manentes enim in ſeculo impropriе dicuntur perſonæ eccleſiaſticæ.

8 Deducitur ex dictis, ad hoc vt laicus à ſuo ſtatu tranſeat ad ſtatum eccleſiaſticum, & fiat perſona eccleſiaſtica, tria requiri, primo receptio, ne laici ad hunc ſtatum per perſonam eccleſiaſticam; ſecundo, perpetuitatem in ſtatu recepto; tertio, mutationem habitus de laicali in eccleſiaſticum. Quo ad primum nullus hunc ſtatum conſequi poteſt niſi ad illum aſſumatur per ſuperiorem, vti per Epiſcopum, ſeu Abbatem reſpectiue, qui vult fieri clericus, qui proprijſſime dicitur perſona eccleſiaſtica, recipiendo primam tonſuram, & ſucceſſiue ordines, per quos conſtituitur in hoc ſtatu. Pari ratione qui vult tranſire ad ſtatum regularem ad hunc debet admitti à ſuperiore regulari, hæc enim ſpiritualis generatio tranſitus ad ſtatum eccleſiaſticum eſt vniuoca; ac proinde debet producere ſibi ſimile, perſona ergo eccleſiaſtica aliam perſonam eccleſiaſticam gignit, & conſtituit, nam clericus clericum facit, & religioſus religioſum creat, & deputat. Quod ad ſecundum perpetuitatis patet ex eo, quod ſicut Eccleſia perpetuo durat, ita & perpetuo indiget obſequio, & ſeruitute, pro quo facit illud Euangelicum: *Nemo mittens manum ad aratrum, & reſpiciens retro, eſt aptus regno Dei.* Deus enim obſequijs ad tempus non multum delectatur, ſed perpetua reſpicit, iuxta illud: *Non qui inceperit, ſed qui per-*

9 *ſeuerauerit.* Diligit enim Deus dierum perſeuerantiã in ſuis miniſtris, & ſeruis; non debet diuinis obſequijs mancipatus deſcendere ad terrena, quia ſicut omnis aſſenſus eſt ab imperfecto, ſeu à minus perfecto ad perfectum, & perfectius, ita è contra deſcenſus eſt actus imperfectionis indecens, & pernicioſus ei, qui ſe dedicauerat ſeruituti Eccleſiæ, qua maior inter homines excogitari non poteſt. Quod ad tertium de mutatione habitus laicalis in habitum eccleſiaſticum lineum clericorum, vel laneum monachorum manifeſtum eſt, ab Eccleſia inductum, vt exteriori habitu ab inuicem cognoſcantur laici, & Eccleſiaſtici, vt colligitur ex Eccle cap. 19. 27. *Amictus hominis annuntiat de eo*, & licet habitus non

10 faciat monachum, cap. Porrectum, de Regul. ſed profeſſio, dat tamen cognoſcere illum à quacunq; alia perſona non religioſa, ſeu talis Ordinis. Coronam ergo clericis, & habitum, ac profeſſionem

mona-

monachis dant eorum ſuperiores, cum per ſeipſos in talem ſtatum ſe conſtituere non poſſint, cum nondum ſint, quod ſperant eſſe Medium vero perpetuitatis, & perſeuerantiæ in ſeruitio Dei in eorum arbitrio, & voluntate conſiſtit, quouſq; tranſeat in neceſſitatem clericis quidem in ſuſceptione Ordinis Subdiaconatus, in Religioſis profesſione votorum, à quibus ſuſceptis retrocedens apoſtata ſit.

11 Prædicta omnibus clara eſſe debent, cum ſint deducta ex ſacris canonibus, & Glosſis eorum, quas omnes ſequuntur. Et quantum ſpectat ad Clericos nullus ambigit; & ſi enim clerici in minoribus retrocedere posſint ex vſu permiſſo Eccleſiæ, & de eccleſiaſtico ſtatu redire ad ſeculum, non ideo tollitur ratio perpetuitatis à perſonis eccleſiaſticis, dum enim clerici fiunt fere omnes bonam intentionem habent perſeuerandi in ſtatu eiuſmodi. Quod ſi quis
12 animo deliberato tranſit ad hunc ſtatum, vt aliquando retrocedat, ſine dubio peccat, dicit enim Tridentinum ſeſſ. 23. cap. 4. loquendo de initiandis prima tonſura: *De quibus probabilis coniectura non ſit, eos non ſecularis iudicij fugiendi fraude, ſed vt Deò fidelem cultum præſtent, hoc vitæ genus elegiſſe.* Super quæ verba nonnulli cum Banne, Ledeſma, Laymano, Molfeſio, Manbrino citatis ſuper dictum caput num. 6. probabiliter exiſtimant, illos, qui recipiunt Ordines Minores intenſione non perſeuerandi in ſtatu clericali, ſed illis initiari ſolum, vt declinent forum laicale, peccare
13 mortaliter, contra *Nauarrum, Rodriq. Sanchez, Galetum, Coninchũ, Bonacinam, Homobonum, Villalobos, & Dianam par. 2. tract. 2. Miſceli. reſol.* 22. exiſtimantes taliter ordinatos cum ea intentione peccare tantum venialiter quouis ergo genere peccent, ſiue mortaliter, ſiue venialiter, certum eſt, ad rationem perſonæ eccleſiaſticæ requiri perpetuitatem in hoc ſtatu, aliter male agit recipiendo etiam primam tantum tonſuram, quæ clericum diſponit ad perſeuerantiam in eo ſtatu, quem aſſumpſit.

14 Priuilegia autem, quibus quælibet perſona eccleſiaſtica gaudet, ſunt duo, nempe priuilegium Canonis, quo ſcilicet exempta eſt à læſione, & percusſione, quæ contingit cum excommunicatione eius, qui percutit clericum, vel monachum, vt dicitur cap. Si quis 29. 17. q. 4. Priuilegium alterum dicitur fori, quo perſona eccleſiaſtica libera eſt à iudice laico non ſolum ratione perſonæ, ſed

etiam

etiam rerum ſuarum, coram quo conueniri non poteſt nec criminaliter, nec ciuiliter; quibus addi poteſt, per hoc priuilegium, illos exemptos eſſe à gabellis, & alijs oneribus laicorum. Sed aliquid de prædictis perſonis dicamus quo ad eorum exemptionem, & priuilegia.

15 Clericus ergo etiam primæ tonſuræ tantum gaudet vtroq; priuilegio canonis, & fori vt deducitur ex Tridentino, quod ſeſſ. 23. cap. 6. limitat quo ad priuilegium fori, illis verbis: *Is etiam fori priuilegio non gaudeat, niſi beneficium eccleſiaſticum habeat, aut clericalem habitum, & Tonſuram deferens alicui Eccleſiæ de mandato Epiſcopi inſeruiat.* Habens ergo beneficium, licet careat alijs requiſitis gaudet priuilegio fori. Nondum vero beneficiatus, vt priuilegio fori vtatur, tria ſunt neceſſaria, primo vt deferat habitum clericalem; ſecundo vt habeat Tonſuram; tertio, vt inſeruiat alicui Eccleſiæ de mandato Epiſcopi, aliter in vno deficiens gaudere non poteſt priuilegio fori. De qua re vide Barboſam ſuper dictum caput allegantem doctores, quibus adde doctum virum *Thomam del Bene*, qui de Immunitate eccleſiaſtica diligentiſſime tractauit *cap. 1. dub. 6. & 7. & cap. 4 dub. 2. & ſeq. Barboſa Alleg. 12. initio.*

16 Religioſum ſub tribus votis gaudere vtroq; priuilegio, & exemptione gabellarum, & aliorum onerum, in confeſſo apud omnes eſt, quos magno numero citat idem del Bene cap. 1. dub. 9. cap. 4. dub. 13. Barboſa Allegat. 12. num. 38.

17 Oblati quoq; eiſdem priuilegijs gaudent, cum ſint perſonæ eccleſiaſticæ, vt alijs citatis docet *del Bene cap. 1. Dubit. 8. & cap. 4 dub. 13.* vbi Doctores citat. Clare Gl. v. Religioſos conuerſos cap. Non dubium 5. de ſent. excom. Debet autem habere conditiones ſupra requiſitas, nimirum primo, quod res ſuas donauerint religioni; ſecundo, quod habitum mutauerint; tertio, quod ſint in conuentu perpetui commenſales. De quibus late Donatus Ordinis Prædicatorum part. 4. tract. 13. q. 5. per totam.

18 Nouitij quoq; inter perſonas eccleſiaſticas connumerantur, & quod gaudeant priuilegio canonis, id expreſſum eſt in cap. Religioſo 21. de ſent. excom. Pariter gaudent priuilegio fori. Barb. par. 2. de Epiſcopo Allegat. 12. num. 37. vbi innumeros citat doctores. Et ſunt exempti ab oneribus, & gabellis quod ad ſua bo-

na, vt docet communior opinio apud *Del Bene cap. 1. dub. 9. & cap. 4. Dub. 13. num. 5.*

Hactenus præmiſſa de perſonis eccleſiaſticis, earumq; priuilegijs, & exemptionibus à laicis viam aperiunt ad intelligentiam, & reſolutionem principalis difficultatis, an ſcilicet Fratres Tertij Ordinis S. Franciſci, In quorum gratiam prædicta fuerunt præmiſſa, ſint perſonæ Eccleſiaſticæ, ac proinde gaudeant priuilegijs, & exemptionibus, quibus gaudent aliæ ſupraſcriptæ perſonæ Eccleſiaſticæ.

19 Fratres igitur Tertij Ordinis S. Franciſci ſub quadruplici conſideratione venire poſſunt. Nam primo aliqui habitu recepto religioſo habitant ſingulariter in proprijs domibus, mutatione ſolius habitus facta in griſeum, ſeu coloris beretini, prout continetur in cap. 3. præmiſſa pariter profeſſione finito probationis anno ex cap. 2. eiuſdem Regulæ; & inter hos aliqui ſunt clerici, alij ſeculares vtriuſq; ſexus, tam ſoluti, quam coniugati. Ordo igitur iſte ſub hac prima claſſe comprehendit omnes cuiuſcumq; ſexus, & ſtatus. Iſti autem proprie religioſi non ſunt, quia Regula eis non præſcribit profeſſionem trium votorum ſubſtantialium, per quæ quis proprie euadit religioſus. Sub ſecunda claſſe ſunt alij Fratres, qui in Eremitorijs vitam ſuam degunt ſolitarij, & hi ſi eandem faciunt profeſſionem eum primis ad formam capitis ſecundi eiuſdem Regulæ, ab illis non differunt, niſi ratione ſolitudinis. Sub tertia claſſe ſunt illi, qui in communitate viuunt ſub voluntaria obedientia vnius Miniſtri ſub præfato modo profitendi ſine votis ſubſtantialibus, & hi à primis non differunt niſi in illa communitate viuendi. Sub quarta ſunt illi, qui collegialiter viuunt cum eiſdem Tertiarijs ſolemniter profitentibus nulla emiſſa profeſſione trium votorum ſemihabitum portantes, vel etiam caputium, modo non ſint profeſſi. De hac quadruplici claſſe dixi Reſol. 56. num. 149. vbi ſub quarta comprehendi Tertiarios regulares, & Reſol. 75. n. 45. Ita omnes ſupradicti Tertiarij in eo cõueniunt, quod recipiuntur ad habitum probationis, & profeſſionis per ſuos ſuperiores, aliter non ſunt veri Tertiarij, ſed illegitimi; Differunt ſolum in modo viuendi illo quadruplici, nempe ſingulariter, Eremitice, Communiter, & Collegialiter cum Clauſtralibus, qui tria emittunt vota ſolemnia. Eadem quoq; omnium iſtorum profeſſio eſt

præ-

præſcripta cap. 2. Regulæ, cui profeſſioni etiam ſubijciuntur Regulares, & Clauſtrales eidem addentes expreſſionem trium votororum ſubſtantialium, per quæ conſtituuntur in ſtatu regulari preſſe accepto.

20 Nulli dubium eſt, Clauſtrales, quorum ego alumnus ſum, eſſe veras perſonas eccleſiaſticas, & religioſos proprie dictos, vt ſuo loco probabo, ac proinde gaudere priuilegijs Canonis, & fori, atq;exemptionibus gabellarum, & onerum, quæ à laicis imponũtur, Difficultas ſola remanet reſpectu aliorum, qui ſcilicet ſingulariter, ſeu Eremitice, & Communiter, ſeu Collegialiter viuunt ſine vlla emiſſione profeſſionis trium votorum. Noſtra autem tempeſtate nulli inueniuntur Tertiarij communem vitam agentes in Domo religioſa, ſine ſolemni profeſſione, has enim Domos de communi vita ſub obedientia voluntaria Pius V. in ſua incip. *Lubricum vitæ* 76. in B.N. prohibuit vbi præcipit, vt qui in diuerſis Congregationibus, & Domibus ſub voluntaria obedientia, & extra ſolemne votum Religionis viuunt, habitum à ſecularibus presbiteris diſtinctum habentes, vt profeſſionem eorundem votorum ſolemnem emittant, eligendo vnam ex Regulis approbatis, aliter huiuſmodi Congregationes intelligantur ſuppreſſæ, & extinctæ. Et licet nulla fiat expreſſa mentio de Tertiarijs, tamen eos comprehendi deducitur ex proœmio Bullæ. Remanet ergo noſtris temporibus tota difficultas ſuper Tertiarijs viuentibus in proprijs domibus, Eremitis, & alijs, qui cum clauſtralibus vitam degunt.

22 Concludendum igitur eſt, quoslibet Tertiarios olim fuiſſe perſonas eccleſiaſticas, & gauiſas fuiſſe priuilegio Canonis, & fori, atq;exemptionibus Gabellarum, & onerum laicorum. Poſtea vero ſub Leone X. Bulla CXCIX, in Bullario noſtro extenſa, ſub datum 19. Decembris 1516. ea priuilegia, & exemptiones relicta fuerunt tantum Tertiarijs communiter viuentibus, vel cum clauſtralibus morantibus. Hæ ſunt verba Bullæ 22. in Romano §. 19. *Fratres autem, & Sorores Tertij Ordinis, necnon Mantellati, &c. in*

23 *in propriis domibus habitantes ſepulturam, vbi voluerint eligere valeant. Sed die Paſchatis tantum Euchariſtiam, necnon Extremam Vnctionem, cæteraq, eccleſiaſtica Sacramenta, Pænitentiæ Sacramento duntaxat excepto, à proprio Sacerdote recipere. Et ad onera, quæ*

laicis

laicis incumbunt perferenda teneantur. Ac in foro ſeculari coram iudicibus ſecularibus conueniri poſſint. §. 20. *Collegialiter autem viuentes, ſeu cum clauſtralibus habitantes, ac mulieres virginalem, ſeu celibem, aut caſtitatem vidualem expreſſo voto, & ſub dicto habitu vitam ducentes, priuilegiis, quibus Fratres Ordinis, cuius Tertiæ Regulæ habitum geſtant, gaudere debeant.* Singula præmiſſa exponenda ſunt ad maiorem eorum claritatem.

24 Primum, quod Tertiarij, qui ab origine huius Ordinis manebant in proprijs domibus, alias eſſent perſonæ eccleſiaſticæ probatur manifeſte per Bullas Pontificias, quarum clarior eſt ea Sixti IV. ſub num CLXI. referenda ad rem noſtram. *Pro parte dilectorum filiorum vniuerſorum Fratrum & dilectarum in Chriſto filiarum vniuerſarum Sororum Tertij Ordinis Beati Franciſci de Pænitentia nuncupati per Italiam conſiſtentium Nobis nuper exhibita petitio continebat, quod licet plures Summi Pontifices prædeceſſores noſtri, diuerſa, & plura pro immunitatibus eorum conceſſerint priuilegia, & plures ſolemniſſimi Doctores vtriuſq; iuris teneant, quod ipſi Fratres, & Sorores debeant gaudere libertate, & immunitate eccleſiaſtica, vt perſonæ religioſæ, nihilominus Communitates, &c. non ceſſant in dies noua eis tam in rebus, quam in perſonis inducere grauamina libertati Eccleſiaſticæ contraria. Quare pro parte eorundem, &c. Ne eiſdem Fratrib. & Sororib. grauamina aliqua libertati eccleſiaſticæ contraria inducere, aut ipſos Fratres, & Sorores, quo minus gaudeant priuilegijs, & immunitatibus tam fori, quam perſonæ, & rerum, ſicut aliæ perſonæ eccleſiaſticæ quomodolibet impedire præſumant, &c.* Ecce textus clarus, qui eos vocat perſonas eccleſiaſticas, & pares facit cum alijs in exemptionibus, & priuilegijs. Et cum dicat, *Vniuerſorum Fratrum, & Vniuerſarum Sororum* nullam faciendo exceptionem diuerſarum ſpecierum, & claſſium, de quibus ſupra, dicendum eſt, Pontificem Romanum loqui de omnibus Tertiarijs ſiue uiuant ſingulariter, ſiue communiter, aut regulariter, vbi enim lex non diſtinguit, neq; nos diſtinguere debemus, ſed verba ſumere in ſua propria ſignificatione generali, ſiquidem nomine Fratrum, & Sororum Tertij Ordinis S. Franciſci de Pænitentia ueniunt omnes, qui tales ſunt profeſſione Tertiæ Regulæ, quam S. Franciſcus ab initio huius Ordinis compoſuit, & Nicolaus IV. approbauit, & confirmauit. Quod magis corroboratur, nempe eam Bullam

loqui

loqui indiſtincte de omnibus Tertiarijs. Tum quia propoſitio
25 *Vniuerſorum*,&c.uniuerſalis,& expreſſe talis,quæ maiorem habet efficaciam ſignificandi vniuerſaliter, generaliter, & indiſtincte, quam ſi propoſita fuiſſet indefinite, ſine ſigno uniuerſali, ut dicunt Logici. Tantæ igitur efficaciæ eſt vniuerſalis expreſſa, quantum ſi ſingula forent enumerata, gl. u. Enumeratæ l. Omnis 4. C. de præſcript. XXX. & facit gl. u. Ab omni, cap. Sunt 114. 1. q. 1. Burſat.uol.4.conſil.364.num. 14. M.Anton.lib.1.reſol.81.num. 12.& magis extenditur,quam indefinita, Nauar.Conſil.9.de his quæ ui.& conſil.5.de ſtatu monach. & tantam habet uim ut comprehendat ea, quæ alias non comprehenderentur ſub diſpoſitione, Antonius Monach. Florent, deciſ. 69. num. 8.& 9.Nomine igitur *vniuerſorum Fratrum* ueniunt non ſolum Regulares ſub tribus uotis, ſed etiam aliis in communi uiuentes ſine illis uotis, atque etiam degentes in propriis domibus, omnes enim iſti ſunt Fratres eiuſdem Tertii Ordinis S. Franciſci. Tum quia Sixtus IV. loquitur de illis Tertiariis, quibus plures Summi Pontifices eius prædeceſſores conceſſerunt diuerſa, & plura priuilegia pro immunitatibus eorum, ut patet ex allatis uerbis eiuſdem Bullæ; ſed illi Pontifices indifferenter priuilegia immunitatis non ſolum Regularibus Tertiarijs,ſed etiam eiſdem in proprijs domibus degentibus conceſſerunt, vt videre eſt in Bullario noſtro de Bullis I,II,IV.VIII.XIII.XIV.vbi Tertiarij ſingulariter viuentes in ciuitate Aquilæ exempti dicuntur à laicis, ſubiecti tantum ordinarijs locorum,& Nicolaus IV. in confirmatione Regulæ, quæ proprie eſt pro viuentibus in propriis domibus, cap. 16. eoſdem exemit à laicis, ideo bene infertur. Sixtum in præfata Bulla non ſolum regulares Fratres, aut communiter viuentes, verum etiam in proprijs domibus degentes vocaſſe perſonas eccleſiaſticas. Tum quia illis temporibus controuerſia erat magis ſuper Tertiarios manentibus in proprijs domibus, quam ſuper aliis vitam communem voluntarie, vel neceſſitate profeſſionis ſolemnis agentes, vt colligitur ex eadem Bulla ibi: *Et plures ſolemni vtriuſq; iuris Doctores teneant quod ipſi Fratres, & Sorores debeant gaudere libertate, & immunitate Eccleſiaſtica, vt perſonę religioſę.* Paulo enim ante plures Doctores, quorum doctrinam refert B. Ioannes de Capiſtrano in ſuo opuſculo inſcripto; Defenſorium Tertii Ordinis,

dinis qui viuebant cum dicto F. Ioanne temporibus eiuſdem Sixti IV. ideo iſti Fratres comprehenduntur ſub eadem Bulla ex intentione eiuſdem Romani Pontificis.

26 Prædicta confirmantur ex dictis requiſitis, vt quis fiat perſona eccleſiaſtica, ſuperius enim probatum fuit ad mentem iuris communis, vt quis euadat perſona eccleſiaſtica, tria requiri. Primo, vt deputetur ſpeciali obſequio Eccleſiæ, Secundo, vt hæc deputatio ſit perpetua; Tertio, vt mutet habitum laicalem in eccleſiaſticum. Hæc tria inueniuntur in Fratribus quibuſcunq; Tertij Ordinis S. Franciſci, etiam in proprijs eorum domibus degentibus. Nam primo mancipantur diuino obſequio, inquit enim Gregorius IX. in ſua Bulla I. in noſtro Bullario *Deteſtanda humani generis hoſtis inuidia, tanto pertinacius perſequitur ſeruos Chriſti, & armans ſuos ſatellites contra ipſos ab eius ſeruitio doloſis illos adinuentionibus nititur amouere.* Infra *Laudabili actione religionem veſtram amplexans.* Iterum *Attendens vos viam perfectionis amplexos.* Iterum. *Vniuerſitati veſtræ, de quorum religione plene confidimus.* In alia Bulla, quæ eſt ſecunda in noſtro Bullario idem Papa illos ſupponit eccleſiaſticos, ſpecialiter Deo dicatos ibi: *Nonnulli de partibus noſtris nouiſſima ſua prouide memorantes, de relictis ſeculi vanitatibus, pœnitentiam in corde contrito, & humiliato ſpiritu agere in domibus proprijs, vel alibi ſtatuere.* Speciale Dei obſequium cognoſcitur in recitatione Horarum Canonicarum, quæ illis præſcribuntur in eorum Regula cap. 8. Miſſis quotidie intereſſe debent, & ſingulis menſibus audire miſſas ſolemnes cap. 13. Ex his, & aliis, quæ præſcribuntur dictis Fratribus colligitur, eos eſſe ſpecialiter deputatos diuinis obſequijs, ex quo non poſſunt excludi ex hoc capite à ratione perſonæ eccleſiaſticæ.

Secundum requiſitum de perpetua mancipatione in obſequio diuino apparet ex cap. 2. Regulæ, in quo eiſdem præſcribitur receptio habitus, annus nouitiatus, & profeſſio, quæ ex ſua natura eſt perpetua, vnde ibidem prohibetur retroceſſio: *Ordinamus præterea ſtatuentes, vt nullus poſt ipſius Fraternitatis ingreſſum, eandem egredi valeat ad ſeculum reuerſurus.* Eſt igitur perpetuitas, & perſeuerantia de ratione huius Ordinis, adeo quod illum ingrediens ad ſeruiendum Deo, debet eam habere rectam intentionem, vt in eo viuat vſq; ad mortem, ſicut faciunt alii religioſi proprie dicti.

F Terti-

Tertium de mutatione habitus laicalis per receptionem habitus religioſi,quem initio talarem geſtabant,expreſſe proponitur cap. 2. & 3.Regulæ prædictæ. Infertur ergo ex his,Fratres Tertii Ordinis etiam in domibus propriis, Bullæ enim citatæ, & Regula de his præcipue loquuntur, quia tunc nondum viuebant communiter,nec regulariter, fuiſſe vere perſonas eccleſiaſticas,quia muniti erant illis tribus.

Ita docent quamplures relati in ſpecie à Ciarlino contra ſe cap. 18. initio,vbi enumerat viginti ſex Doctores aſſerentes,Tertiarios, in propriis domibus viuentes eſſe perſonas eccleſiaſticas,& gaudere priuilegiis more clericorum, & religioſorum,cum quibus & Rodriq.tom.2.q.65.art. 5. Sed quia in Concilio Lateranenſi ſub Leone X. priuilegia Regularium perſonarum moderata fuerunt etiam quo ad Tertiarios, excludendo à priuilegiis Tertiarios habitantes in propriis domibus, idcirco Doctores, qui poſt illud tempus ſcripſerunt, ſequuti moderationem Concilii, vt debent, omnes dixerunt,Tertiarios huiuſmodi, cum non gaudeant priuilegiis clericorum, & religioſorum, non eſſe perſonas eccleſiaſticas non debent tamen negare hanc qualitatem Tertiariis, qui erant ante illud Concilium, tunc enim vere erant perſonæ Eccleſiaſticæ, modo vero non ſunt, quia deficiunt in tertia conditione, quia amplius non deferunt habitum more religioſorum, ſed ſolum vt geſtant alii ſeculares, retinentes ſolum colorem, ſed non amplius formam veſtis talaris, vt antiquitus incedere ſolebant.

Dices cum Aduerſariis, qui negant qualitatem eccleſiaſtici his Tertiariis, quoq; faciebant etiam alias incapaces priuilegiorum clericorum,& religioſorum, cum Carolo de Graſſis Effect. 1.vbi num.93.duas rationes in contrarium refert. *Prima*, quia Fratres iſti Tertiarii nullum habent caracterem impreſſum,ideo non ſunt clerici,& conſequenter non poſſunt ſe lætari priuilegio eccleſiaſtico,cap.Clericos 21.diſt.Eugen.conſil. 26.num.24. *Secunda eſt ratio*,quia Regula eorum non efficit illos clericos, nec religioſos, ſed tantum tribuit normam viuendi, & ideo cum habeant ſolum habitum diu ſum à cæteris laicis dicuntur habere accidentalia ſine ſubiecto, quo fit, vt nullatenus dici poſſint perſonæ eccleſiaſticæ,& tamquam tales gaudere priuilegio fori conceſſo perſonis eccleſiaſticis Feſtaſ.de æſtimat.par.4.cap.1.num.11.& 12.Franciſcus

ciſcus Viuius deciſ. 49. num. 12. conſentaneam rationem non habent, vtitur impertinentijs his verbis: *Sunt Becheti habentes accidentia ſine ſubiecto, ideo nihil valet eorum habitus, eſt quædam apparentia in habitu, quàm exiſtentia, vt volunt etiam Sebaſtianus de Neapoli, &c.* Demum *tertia* ratio eſt, quia iſti poſſunt contrahere, teſtari, compromittere, quia ſunt ſui iuris, & habent velle, & nolle, matrimonium contrahere, & facere quæcumq; alia, quæ ſpectant ad laicos, ideo non ſunt perſonæ eccleſiaſticæ, neque proinde gaudent priuilegijs eccleſiaſticorum, & hæc ſententia poſt Concilium Lateranenſe, tamquam vera amplectitur ab omnibus, cum nitatur iure illo præcitato Bullæ Leonis X. pro qua *Ciarlinus cap. 18. num. 4. refert pluſquam triginta Doctores, & Barboſa Allegat. 12. num. 41. quamplures alios enumerat.*

Reſpondendum eſt ad obiecta; præſcindendo à diſpoſitione præfatæ Bullæ, ante cuius editionem verior ſententia fuit, Tertiarias etiam in proprijs domibus habitantes fuiſſe exemptas à quibuſcunq; ſicut perſonæ eccleſiaſticæ.

27 Ad primum, verum quidem eſt, illos nullum habere clericalem caracterem in ratione Tertij Ordinis, reſpectu cuius non fuerunt inſtituti vt clerici, & ita concesſo antecedente, quod caracterem non habent, & conſequente cum conſequentia, quod non ſunt clerici, nego tamen vltimam conſequentiam, quod non gauderent priuilegijs clericorum, quia ad eorum gaudimentum non eſt neceſſe, quod perſona ſit clericus proprie acceptus pro eo, qui eſt initiatus Tonſura, & Ordinibus, nam ex eadem Bulla Leonis X. Fratres huiuſmodi in communi viuentes, ſeu cum clauſtralibus cleris religioſis, non ſunt clerici, & tamen priuilegijs gaudent, quibus priuati non fuerunt, ſicut nec mulieres Tertiariæ, de quibus ibi, quæ incapaces ſunt Ordinis, & tamen gaudent priuilegijs clericorum. Argumentum igitur huiuſmodi nullius eſt momenti, quia non ſolum clerici ex caractere, ſed multi alij gaudent priuilegijs clericorum, cum quibus aliquam analogiam, & ſimilitudinem habent, in eo, quod ſunt perſonæ eccleſiaſticæ.

28 Ad ſecundum, eſto eorum Regula ſit quædam norma viuendi, quæ ratio communis eſt omnibus Regulis, & non efficiat eos clericos de caractere, neq;religioſos ex tribus votis, quia tamen præter habitum ſpecialem diuerſum ab habitu laicali, quod eſt tertium requiſitum ad conſtituendum perſonam eccleſiaſticam, munitur etiam alijs duobus, quia iſti, vt in eorũ Regula viſum fuit, deputantur ad Dei obſequium, & cultum, atq;hæc deputatio eſt perpetua, ideo perſonæ eccleſiaſticæ ſunt,quibus pro eo tempore diuerſi Pontifices priuilegia contulerunt clericorum. Confirmatur, quia ſunt aliquæ religiones ſine clericatu, vt conſtat de Monachis S. Benedicti, cuius ordo initio fuit ſine clericatu, poſtea ex priuilegio eleuatus in clericatum, ex allegatis à *Tamburino tom. 1. diſp. 25. q. 1. à num. 70. cum ſequentibus*, & nihilominus gaudebant priuilegijs. Templarij pariter, Hoſpitalarij, & Melitenſes Equites ex inſtituto non ſunt clericati, & tamen gaudent priuilegijs clericorum, quia ſunt perſonæ eccleſiaſticæ.

29 Aliqui cum Viuio Tertiarios vocant illos habentes accidentia ſine ſubiecto. Iſti ignorant leges naturæ,quæ decernunt, non poſſe dari accidens extra ſubiectum, cum ſemper ſit in ſubiecto, immo idem docent Legiſperiti, non poſſe ſcilicet eſſe accidens ſine ſubiecto, & ſubſtantia, *ex allegatis à Barb. Axiom. 5*. Si ergo ſunt habentes accidentia, habent etiam proprium ſubiectum, & ſubſtantiam, ſuper quam fundant ſua accidentia,nam eorum Regula eſt fundamentum, ſuper quod ſubiectantur eorum accidentia, approbata à Nicolao IV. & ab alijs confirmata, & à quampluribus viris illuſtribus virtutibus, & ſanguine illuſtrata commentarijs, iuxta dicta ſuperius cap. 4. ſuper illa igitur eorum priuilegia, & accidentia fundantur.

Male, & immerito ſubdunt dicentes: *ideo nihil valet eorum habitus*, quia eſt habitus inuentus à Sancto Franciſco, & approbatus ab omnibus Romanis Pontificibus, vt videre eſt in præcitato cap. 4. vbi de huiuſmodi habitu, qui alias erat in tanta veneratione, & exiſtimatione, vt Pontifices parcerent facinoroſis hominibus ex eo præciſe, quod deliberabant aſſumere habitum huius Ordinis, habes exempla duo ſupra in Bullario noſtro

de

de Ottone Gualducio perſecutore eccleſiæ, qui abſoluitur, quia elegit hunc ordinem Bulla IX. de Vanillo Narducio ſub Bulla XXXII. de quo ſupra cap. 3. num. 24. in quo etiam cap. multa referuntur ad decorem huius ordinis, & habitus. Valet ergo multum delatio huius habitus.

Hinc præterea conſtat ſequens eorum dictum inane, & læſiuum huius ordinis, dum dicunt, hunc ordinem eſſe apparentiam in habitu, non in exiſtentia. Qui carent rationibus, & argumentis conuertuntur ad inania, & obloquuntur, ignorantes quid reſpondere debeant. Apparentia, nec vmbra eſt, vbi vera exiſtentia, & ſtabilis reperitur. Nonne certiſſimum eſt, hunc ordinem fuiſſe inſtitutum à S. Franciſco cum ſua Regula, poſtmodum approbatũ à Summis Pontificibus, qui ſuis priuilegijs, & exemptionibus illum illuſtrarunt, vt videre poteris legendo Bullas eorum, quas ad hũc effectum in vnum corpus in Archiuio reduximus. Non eſt ergo apparentia, nec fumus, aut vmbra in hoc ordine, ſed in eo relucet exiſtentia, ſubſtantia, decus, & honor priuilegiis, & exemptionibus à Summis Pontificibus exornatus eſt, & firmiter fundatus in ſubſtantia rei ad maiorem Dei gloriam, & honorem eius inſtitutoris.

Ad tertium reſpondetur, ex eo, quod multa facere poſſunt, quę faciunt laici, non ideo infertur, illos eſſe mere laicos, quia illę actiones communes ſunt illis cum clericis, qui proprium velle habent, proprium retinẽt, contractus faciunt, immo & vxorem contrahunt conſtituti in ordinibus minoribus, & clericatum non
31 perdunt, cum in eis perpetuo maneat indelebiliter caracter impreſſus in receptione ordinis, & adhuc gaudent priuilegio fori clericorum, ſi cum virgine contraxerunt, & portant habitum, & tonſuram, & inſeruiunt eccleſiæ, ad formam Tridentini ſeſſ. 23. cap. 6. pluribus citatis docent *Dal Bene* cap. 1. de Immun. dub. 5. ſect. 3. num. 4. Barboſa ad dictum cap. Concil. n. 40. & ſeq. Demum meri laici de familia Epiſcopi gaudent priuilegio fori, ergo à fortiori Fratres Tertiarii, qui & ſi non eſsent perſonæ eccleſiaſticæ, multum tamen de illis participant. De familia Epiſcopi idem Barboſa num. 35. & ſeq.

32 Vt prædicta magis verificentur referam ſuccincte priuilegia eiſdem Tertiariis conceſsa à diuerſis Romanis Pontificibus habi-

tantibus in proprijs domibus. In primis exempti fuerant à publicis officijs, iuramentis, & exactionibus à Gregorio IX. Bulla I. in noſtro Bullario. *Secundo* tempore interdicti admittebantur ad diuina & ſepulturam, ex eadem Bulla III. Tertio, exempti erant ab oneribus, & à iudicibus laicis, ſubiecti tantum Epiſcopis per Cæleſtinum V. Bullis XIII. & XIV. Alia lege in eodem Bullario. Quamuis noſtris temporibus, & à Leone X. non amplius iſti Tertiarij gaudeant huiuſmodi priuilegiis in hoc effecti pares ſecularib. ea tamen volui recenſere, vt Lector ſciat, ſententiam antiquorum Doctorum pro illis, fuiſſe veram, & fundatam in Bullis Pontificiis, & aduerſariorum opinionem omnino improbabilem, & falſam fuiſſe, quod non gauderent priuilegiis clericorum, cum ex dictis Bullis, & multis aliis in dicto noſtro Bullario Pontifices conceſſerint eiſdem propria priuilegia, & communicauerint etiam priuilegia earum religionum, quarum habitum portant.

33 Secundum de electione ſepulturæ per huiuſmodi Tertiarios habitantes in propriis domibus expreſſe dicitur à Leone X. quod etiam de iure communi habebant, vnuſquiſq; enim ius habet eligendi ſibi ſepultura in qualibet eccleſia, *cap. 1. de ſepult. ibi Barboſa num. 6.* De ſepulturis in Eccleſiis Regularium multa dixi Reſol. 51. Vide Decretum II. & 12.

34 Tertium de receptione Sacramentorum moderatum fuit hoc modo, vt poſſint recipere Sacramentum Pœnitentiæ, & Euchariſtiæ extra diem Paſchatis à quolibet confeſſario, pro aliis Sacramentis petere debent proprium Sacerdotem, qui eſt Parochus, vt colligitur ex Reſponſis S. Congreg. Decreto 12. debet autem Confeſſarius eſſe approbatus ab Ordinario ad formam Tridentini.

35 Quartum, *ad onera quę laicis incumbunt perferenda teneantur*, ſunt verba Bullæ, ex quibus patet, illos priuari eo beneficio exemptionis ab oneribus burſalibus, quæ ſoluere tenentur, in quo Concilium illos pares facit ſecularibus, ideo ſuſceptio habitus nihil illis prodeſt.

36 Quintum, *in foro ſeculari coram iudicibus ſecularibus conueniri poſſent*, intellige tam in ciuilibus, quam in criminalibus. Eſt autem differentia inter hoc priuilegium fori, & illud præcedens exemptionis, quod in priuatione præcedentis vtitur verbo *teneantur*,

cogit

Cogit enim ipſos ad ſolutionem onerum, vt ſeculares in aliquo nimis grauati releuentur. In hoc vero foro illos non cogit, ſed dicit tantum, quod poſſunt conueniri, quare ſi citarentur coram Epiſcopo, valeret conuentio, quia Tertiarii S. Franciſci præſertim ex Regula, & priuilegiis ſupracitatis ſubſunt Epiſcopo, coram quo adhuc conueniri poſſunt, cum Leo X. non vtatur verbo *debeant*, quod imponit neceſſitatem, ſed verbo *poſſint*, quod non cogit, ſed libertatem concedit. Hæc habet Bulla Leonis contra huiuſmodi Tertiarios in propriis domibus habitantes.

37 Sextum de aliis Tertiariis communiter, ſeu collegialiter viuentibus exprimitur in Bulla Leonis his verbis: *Collegialiter autem viuentes, ſeu cum clauſtralibus habitantes, priuilegiis, quibus Fratres Ordinis, cuius Tertia Regula habitum geſtant, gaudere debeant.* Hic exprimuntur duæ claſſes, ſeu genera Tertiariorum, alii enim viuunt collegialiter, id eſt, in communitate more religioſorum, non tamen emittunt ſolemnem profeſſionem, ideo dicuntur viuere ſub obedientia voluntaria vnius Miniſtri, & ſuperioris, cui ex voto obedientiam non promiſerunt, & huius generis Tertiarii non amplius inueniuntur, cum Pius V. ordinauerit, eoſdem reduci ſub obedientia neceſſitatis, & profeſſionis religioſæ, vt dictum fuit ſupra. Quare priuilegia remanent pro Tertiariis ſecundi generis, qui ſcilicet vitam degunt cum clauſtralibus, qui profeſſionem faciunt ſolemnem de tribus votis ſubſtantialibus, quorum priuilegijs idem Tertiarii gaudent.

38 Iſti autem Tertiarii, qui viuunt cum clauſtralibus Minoribus Conuentualibus, Obſeruantibus, & noſtri Ordinis debent deferre habitum ſine caputio, in aliquibus locis etiam caputium ex decentia quadam deferant, maxime illi, qui volunt aſcendere ad ſtatum clericalem, & hoc eſt primum requiſitum gaudendi priuilegiis, alterum eſt, quod ſint perpetui commenſales in clauſtris, ſeu locis, vbi habitãt religioſi, quod dico propter illos Tertiarios qui tempore æſtatis ſunt foris ad curam poſſeſſionum, vbi manent de licentia ſuperiorum, dicuntur enim commenſales, & intra clauſtra manere, qui enim extra manet de licentia ſuperioris in clauſtro cenſetur eſſe, Abbas in cap. Cum illorum, de ſent. excom. *Beia par. 4. caſu fin. §. Tum quia Vecchius diſp.* 11. *dub.* 3. *num.* 10. Priuilegia autem alia ſunt Canonis, alia fori, alia exemptionis à datiis, gabellis, & oneribus.

39 Gaudent priuilegio Canonis, vt non poſſit lædi in perſona ab aliquo ſine incurſu excommunicationis, cap. Si quis 29. 17. q. 4. ibi: *in clericum, vel monachum*, ſunt enim iſti Tertiarii Monachi, ſeu ſub hoc nomine Monachi veniunt illi in fauorabilibus; comprehænduntur enim ſub hoc canone omnes perſonæ eccleſiaſticæ, gl. v. clericum. *Ita Nauar. cap. 27. num. 79. §. octauo, Bonac. in Bullario Diſp. 2. q. 3. p. 6. ſect. 3. num. 10. Megal. lib. 4. de cenſ. cap. 1. num. 40. Pelliz. tract. 8. cap. 6. num. 147. Suar. de cenſ. diſp. 22. ſect. 1. num. 20. Dal Bene cap. 4. de Immunit. dub. 10. num. 9. Layman. lib. 1. tract. 5. par. 2. cap. 5. §. Dubitatur, Donatus part. 4. tract. 15. q. 4. Gratian. cap. 413. n. 38. Ego Reſol. 75. num. 69.*

40 De priuilegio fori tam perſonæ, quam rerum, vt ſcilicet non poſſint conueniri coram iudice laico pariter conſtat, quia illo gaudent religioſi eorumdem Ordinum ſub tribus votis, vt notum eſt, ergo & Tertiarii commenſales, hoc ipſo, quod gaudent illorum priuilegiis inter quæ connumeratur hoc fori. Ita colligitur ex præcitatis Doctoribus, & hoc priuilegium Tertiariis S. Franciſci conceſſit Celeſtinus V. Bulla XIV. dum illos eximit à iudicibus laicis. *Dal Bene de Immun cap. 4. dub 10. num. 9. Pontius de imped. Matrim. cauſa 27. cap. 19 § V. Portellus num 7. Piaſecius par. 2. cap. 3. art. 7. num 11. Diana par. 1. tract. 1. reſol. 84. Barboſa Allegat. 12. num. 41. vbi ſexdecim Doctores vocat, Ciarlin. cap. 18. num. 16. Gratian. cap. 413. num. 38. Barb. lib. 1. de iure eccleſ. cap. 39. §. 2. num. 41.*

41 Priuilegio quoq; exemptionis ab oneribus tam perſonalibus, quam realibus, quibus ſubſunt ſeculares, Tertiarii noſtri commenſales gaudent, tum quia gaudent priuilegiis profeſſorum cum quibus vitam degunt, vt dicit Bulla Leonis X. inter quæ connumeratur hoc de exemptione. Tum quia ſunt perſonæ eccleſiaſticæ, quarum bona onerare non poſſunt laici, ergo eo priuilegio gaudent. Tum quia ea illis conceſſerunt varii Pontifices, vt retulimus *ſupra ſub num. 32. Ita Gratian. cap. 413. à num. 38. Gutter. de Gabellis q 95. num 5. & 6. Compend. Rodriq reſol. 65. nu. 31. cum aliis Barboſa lib. 1. de iure eccleſ. cap. 39 §. 5. num. 24. Ciarlin. cap. 18. num. 16.*

42 Huiuſmodi Tertiarij commenſales debent recipere Sacramenta omnia à religioſis ſui ordinis eo modo, quo recipiuntur ab eiſdem

dem religioſis, quia viuere debent ſecundum diſciplinam eorum, cum quibus conuerſantur, & cum gaudeant omnibus priuilegijs regularium ſuorum, inter quæ connumeratur priuilegium receptionis Sacramentorum à ſuis religioſis, & non à parochis, pari ratione eadem Sacramenta Tertiarij recipiunt, ab eiſdem religioſis eiuſdem Ordinis. Et colligitur ex verbis eiuſdem Bullæ Leonis ſupra ſub num. 23. in qua Tertiarij tantum habitantes in proprijs domibus tenentur pro receptione Sacramentorum, excepto Confeſſionis Sacramento, accedere ad proprium Parochum, ergo cum clauſtralibus habitantes eadem recipiunt ab ipſis clauſtralibus. Ita de Sacramento Pænitentiæ, quod illis conferri poteſt per ſacerdotes regulares ab Epiſcopo non approbatos, *Homobonus de Exam. tract. 8. cap. 2. q. 7. Armēdar. in Addit. ad recep. legum Nauar. lib. 2. tit. 18. leg. 7. de Relig. num. 53. & lib. 4. tit. 28. lib. 1. §. De confitendo ſemel, Fernand. in exam. part. 3. cap. 9. §. 8. num. 1. quos citat Barboſa ad cap. 15. ſeſſ. 23. num. 14. Peyrin. tom. 3. priuileg. cap. 3. n. 1. latius ad Bullam 1. Iulij II. num. 12. Ego Reſol. 34. num. 41.* Et ſacram communionem etiam Paſchalem recipiunt intra clauſtra, pariter Extremam Vnctionem. *Rodriq. tom. 1. q. 56. art. 14. cum ſuo Compend. reſol. 127. num. 14. Pelliz. de Paſchali communione Tract. 8. cap. 3. num. 291. De Extrema Vnctione num. 327. Ego Reſol. 20. n. 13. Tambur. tom. 2. diſp. 5. q. 4. cum Portello v. Sacrament. adwin n. 9. de Sacra Communione Paſchali, & Extrema Vnctione; De Confeſſione diſp. 6. q. 16.*

43 Quoad caſus reſeruatos ſubijciuntur ſuperioribus regularibus, non epiſcopis, vt multis probaui Reſol. 38. num. 5. quia in receptione Sacramentorum ſubſunt Regularibus, in quorum monaſterijs contraxerunt domicilium, ratione cuius quis ſubditur caſibus reſeruatis. Præterea Confeſſarij iſtorum, qui ſunt religioſi, ex ſupradictis, eos abſoluere debent iuxta poteſtatem, quam habent à ſuis ſuperioribus, ac proinde à reſeruatis in religione confeſſarij ordinarij illos abſoluere non poſſunt. *Ita Lupus de caſibus reſeruat. Bergom. par. 2. diſt. 4. difficult. 2. vbi citat Megalium part. 1. lib. 1. cap. 8. num. 20. Cordubam lib. 1. q. 30. Lamas part. 1. cap. 5. §. 7. de Nouitijs ſubiectis caſibus Regularibus*, ergo & Tertiarij. *Pellizar. tract. 6. cap. 2. num. 106.* vbi ait, Tertiarios abſolui à reſeruatis Epiſcopo, ergo his non ſubduntur, ſed regularibus. Peyrin. ad con-

conſtitut. primam Iulij II. num. 14. loquens de famulis non ſubiectis caſibus Epiſcoporum, licet impugnetur *à Pelliƶar. cit. num.* 107. Ceſpedes de exempt. regul. dub. 125. num. 5. ait, familiares regularium, quo nomine veniunt etiam Tertiarij, abſolui poſſe infra ordinem à reſeruatis Epiſcopis, ergo ſubduntur reſeruatis regularibus.

44 Tertiarij cum clauſtralibus vitam degentes apud eoſdem ſepeliendi ſunt, etiamſi morerentur extra clauſtra in domo ſuorum parentum, ſiue elegerint ſepulturam, ſiue non. Ratio eſt, quia Eccleſia regularis dicitur eorum Parochia, ſicut eſt talis reſpectu profeſſorum, quorum priuilegijs participes ſunt. *Ita Rodriq. tom. 2. q. 67. art. 2. quem profe citat Pelliz. tract. 8. cap. 5. num.* 145. *Compend. reſol.* 128. *num. 5. Lauor. tit. 2. de funer. cap.* 11. *num.* 103. *refert Decreta S. Congreg. quæ attulimus* Arch. *Collectione* 4. *Decreto* 2. & 12. vbi degentes in propriis domibus, qui non elegerunt ſepulturam, ſepeliuntur in Parochia, ergo clauſtrales in Eccleſia regulari. *Leƶana v. Tertiarij num. 3. Donatus par. 4. tract. 16. q. 9. num.* 5.

45 Tempore interdicti poſſunt intereſſe diuinis in Eccleſiis cum ſuis religioſis, ianuis clauſis iuxta cap. *Alma mater, de ſentent. excom. in 6.* quia gaudent priuilegiis religioſorum, inter quæ hoc connumeratur, & colligitur *ex cap.* cum *plantare* §. *Confratres* 4. *cap. Vt priuilegia* 24. *de priuileg.* in quibus locis hoc priuilegium conceditur etiam eorum oblatis, qui nihil differunt à Tertiariis. *Portellus v. Interdictum num. 69. ex Rodriq. q. 114. art. 4. de commenſalibus. Tamb. tom. 2. diſp. 6. q. 16. n. 8. Ceſpedes dub. 194. de exempt. n. 11. magis clare Lezana par. 2. cap. 14. n. 36.* Nec obſtat cap. Cum ex eo 3. Clem. de ſent. excom. excludens Tertiarios, quia ibi ſermo eſt de Tertiariis degentibus extra clauſtra in propriis domibus.

46 Indulgentias ſuorum religioſorum, quas Paulus V. moderatus eſt, & conceſſit eiſdem per ſuam Bullam 21. incip. *Romanus Pontifex*, lucrantur Tertiarii huiuſmodi intra clauſtra manentibus, nam veniunt in fauoribus nomine religioſorum. *Ita Rodriq. tom. 3. q. 73. art. 2. Miranda tom. 2. q. 36. art. 4. Lezana tom. 2. cap. 14. num. 43. Portell. num. 3. Pelliƶ. tract. 8. cap. 3. num. 212. Ego Reſol. 75. nu. 53.* vbi dixit has lucrari etiam manentes in propriis domibus, quia

in

in Bulla Leonis X. excluduntur tantum ab exemptione fori, & onerum.

47 Ordinario loci non ſubijciuntur Tertiarij quo ad Sacramentorũ adminiſtrationem, vnde ſuperius dictum fuit, illos non ſubijci caſibus reſeruatis Epiſcoporum, ſed eſſe in his ſubiectis ſuperiorib. regularibus. Sunt quoq; exempti ab eorum poteſtate iudiciali, quia non poſſunt puniri ab eiſdem carceratione, proceſſibus, nec cenſuris, eo quod non ſunt illis ſubiecti, nec ſub eorum territorio domicilium habent, ſed omnino exempti ſunt ſicut ipſi religioſi, cum quibus conuerſantur, & habitant intra clauſtra. *LeZana tom. 2. cap. 14. num. 36. PelliZar. tract. 8. cap. 6. num. 5. Ego Reſol. 36. nu. 5. & Reſol. 75. num. 85. Expreſſe in Decreto 12. & 13. noſtris, & refertur à Ciarlin. cap. 18. num. 14.*

48 Superiores regulares eandem poteſtatem exercere poſſunt in Tertiarios ſuos commenſales, qui ſunt de eorum familia, quam habent ſuper profeſſos ſuos. Ratio eſt, Tum quia domicilium contraxerunt intra monaſterium cum profeſſis, ſicut & contrahit Nouitius, *Nald. v. ordo num. 10. Sarch. lib. 4. cap. 39. num. 20. fine, Graff tom. 2. conſil. 2. diff. 3. de Panit. nu. 7. & 8. Tambur. tom. 2. diſp. 6. q. 6. num. 11. Ego Reſol. 54. q. 39.* ergo ſubduntur eis, argumento cap. fin. de foro compet. vbi quis fit ſubditus ratione domicilii, contractus, rei, ſeu delicti. Tum quia ſuperiores regulares proprium habent territorium, quod mutare non poſſunt, *Portell. par. 1. caſu 19.* Monaſterium dicitur territorium Abbatis, *Cardin. in clem. 1. de ſtatu monach. num. 1. Verallus par. 2. deciſ. 225. Vitalinus in Clem. Rurſus, de ſtatu monach. num. 10. Tambur. deciſ. 43. num. 4.* vnde totus mundus dicitur eorum territorium Diana reſol. 34. de Regul. Quare poſſunt illos carcerare proceſſare, punire, excommunicare, & cenſurare. Ita docui *Contr. 10. de excommun. & controuerſ. 45. num. 22. Pellizar. tract. 9. cap. 3. num. 46. & praced. num. 34. vbi, & in ſeq.* dicit, illos ſubijci ſtatutis, præceptis, & conſtitutionibus profeſſorum, cum enim exempti ſint à legibus laicorum, & Ordinariorum, ſequitur, quod teneantur ordinationibus regularium, ſunt enim membra, & partes reipublicæ monaſticæ, ergo legibus monaſticis ſubduntur.

Quamuis priuilegia Tertiariorum, de quibus in Bullario noſtro, quo ad Tertiarios exiſtentes in proprijs domibus ſublata ſint, eadem

tamen

tamen remanent in ſuo vigore pro eiſdem Tertiariis commenſalibus clauſtralium, vt clare colligitur ex Bulla eiuſdem Leonis X. qui ea tantum infirmat reſpectu Tertiariorum ſecularium, hoc ipſo, quod declarat alios commenſales gaudere priuilegijs religioſorum, quorum habitum deferunt, vt habetur ibidem ſub nu. 16. his verbis: *Priuilegijs, quibus Fratres Ordinis, cuius Tertiæ Regulæ habitum geſtant, gaudere debeant.* Idem dicitur expreſſe in duobus Decretis Sacræ Congregationis ſuper eadem re, quæ retulimus in Collectione Decretorum Decr. 12. & 13.

49 Vltimo agendum eſt de mulieribus Tertiariis, quænam ſcilicet gaudeant priuilegiis ſupradictis, quæ habent Tertiarii cum clauſtralibus morantes. Verba Bullæ Leonis ſunt hæc: *Mulieres virginalem, ſeu calibem, aut caſtitatem vidualem expreſſo voto, & ſub dicto habitu vitam ducentes, priuilegijs, quibus Fratres Ordinis, cuius Tertiæ Regulæ habitum geſtant gaudere debeant.* Sacra Congregatio poſtea addidit ſequentia verba ex Decreto 12. ſupra relato cum aliis: *Hoc autem voto mulierum alia duo, ſcilicet paupertatis, & obedientiæ nequaquam includi. Quinimmo huiuſmodi mulieres, ſi vitam virginalem, aut calibem ſimpliciter, expreſſeq. vouerint, etiam in conſanguineorum, & affinium ſuorum, aut propriis domibus, vel ſeorſim habitantes ſupradictis priuilegijs Ordinis, cuius Tertiæ Regulæ habitum deferunt, exemptioneq; ab Ordinarij iuriſdictione frui debere, vt idem Leo poſtea declarauit conſtitutione edita die prima Martij 1518. An autem prædicta qualitates in huiuſmodi Tertiarijs concurrant, Ordinarij loci eſſe iudicium.* Citatam hic conſtitutionem extenſam habes in noſtro Bullario ſub Bulla CCIII. vbi habentur hæc verba. *Priuilegijs, & immunitatibus prædictis in omnibus, & per omnia frui, & gaudere debeant.* Aliud Decretum, quod eſt apud noſtram Collectionem 13. idem dicit, quod præcedens, ſed in fine adduntur hæc verba: *Quod ſi Fratres, Sororeſue Tertij Ordinis quid amplius prætendant vigore conſuetudinis, poſſe ius ſuum proſequi in iudicio ordinario.* In eodem Decreto 12. ſequuntur hæc verba. *Non autem ad habitum admittendas, & recipiendas eſſe, niſi probata vita, ac bonis moribus præditas, atq; in ætatem ſaltem quadraginta annorum conſtitutas, quæ de proprio habeant, vnde ſufficienter viuere poſſint, & non cum alijs viris, quam cum conſanguineis, vel affinibus in primo tantum gradu ſibi coniunctis cohabitent, & ab Ordinario loci*

licen-

licentia prius impetrata qui non aliter eam concedat, niſi de prædictis, præuio examine diligenti ſibi conſtiterit.

Ex his habes, quæ neceſſaria ſunt, vt mulier dicatur Tertiaria, & gaudeat priuilegiis religioſorum ſuorum, quæ tot ſunt, vt difficile inueniatur huiuſmodi conditione, in ſingulis, quod ſignum eſt, eas proceſſu temporis deficere.

Interim vide *Barboſam lib. 1. de iure eccleſ. cap. 39. §. 4. num. 41. & §. 5. num. 24. & Allegat. 12. num. 41. Donatum par. 4. in fine totius operis, vbi num. 23. cu Riccio collect.* 1011. *par. 4. Thorres tom. 3. Compend. ſect. 2. v. Legatum, & Addit. Duardi lib. 2. Bullæ Cænæ can. 15. q. 3. lit. D. in fine*, inferunt legatum relictum ſub ea conditione *ſi monacha bitur*, extendi ad prædictas Tertiarias, vt docet etiam idem *Barboſa lib. 1. de iure eccl. cap. 43. de ſtatu Regul. num. 8. ex Franciſco de Caſtello deciſ.* 88. ſi vitam cælibem duxerint, ſecus quando degunt priuatim in proprijs domibus.

Quamuis autem hoc votum ſit ſimplex à nullo tamen præter Papam eſt diſpenſabile, cum nemo illo inferior eximere poſſit huiuſmodi mulieres ab hoc ſtatu, Pellizar. de Monialib. cap. 1. q. 5. num. 9. ex eo idem Donatus num. 24. Nihilominus ſi iſtæ Tertiariæ alicui nubant, tenet matrimonium, peccant tamen mortaliter cum ſe ponant in ſtatu non ſeruandi votum ſuum, vt dicit idem Donatus num. 11.

52 Confeſſiones harum mulierum, ſiue voueant, ſiue non, excipiendæ ſunt à confeſſarijs Regularibus approbatis tantum ab Ordinario loci, adeo quod illæ non poſſunt ſibi eligere confeſſarium approbatum ſolum à Superiore Regulari ſui Ordinis. Ita deciſum refert *Lezana tom. 2. cap. 10. num. 34.* & clare habetur ex Decreto 12. à nobis in Collect. relato. Fratres vero morantes cum clauſtralibus eligunt ſacerdotem ſolum approbatum à ſuperiore regulari vt dictum fuit ſub num. 42.

Reſtant nonnullæ difficultates ſuper vſu priuilegiorum, quæ aquiruntur religioſis vel per conceſſionem directe, & immediate illis factam, vt quando Papa ad talem ordinem, & non ad alium dirigit ſuam Bullam, ſeu Breue, per quod illi concedit priuilegium. Vel per communicationem, vt quando Papa priuilegium conceſſum immediate vni ordini, vel vni conuentui, aut vni officiali,

53 communicat, & extendit ad alios, qui antea tali priuilegio non gaude-

gaudebant. Hæc autem communicatio tantam vim habet in fauorem eius, cui facta fuit, quantam habet ipſa conceſſio, quæ primo facta fuit Ordini, loco, aut Ordinis officiali, adeo quod ad effectum fauoris communicatio nihil differt à conceſſione, & ea communicatio operatur, quod priuilegium cenſetur proprium illis, quibus fuit communicatum, ac ſi primo eiſdem fuiſſet conceſſum. Itaq; quo ad vſum, effectum, fauorem, & emolumentum nulla eſt differentia inter conceſſarios, & communicantes, ſed ad vtroſq; priuilegia æqua lance referuntur. Ita omnes cum *Rodriq. tom.* 1. *q.* 8. *art.* 4. *& q.* 55. *art.* 19. *cum ſuo Compend. reſol.* 116. *num.* 53. *Miranda tom.* 2. *q.* 46. *art.* 8. *&* 9. *Lezana tom.* 1. *cap.* 3. *num.* 17. *cum alijs, Ego Reſol.* 52. *num.* 91. Et quia in communicatione tribuitur ius priuilegij ei, cui participatur, & non vſus, cum ſit quid facti, non iuris, vt docent præcitati Rodriq. & Miranda cum alijs, ideo non vſus illius ordinis, cui primo priuilegium fuit conceſſum, non præiudicat alijs, cui fuit communicatum, quo vti poſſunt non obſtante vſu omiſſo ab illis. Immo priuilegium reuocatum illi ordi-
54 ni, cui primo conceſſus fuit adhuc ſubſiſtit in ſuo vigore reſpectu alterius Ordinis, cui fuit communicatum, quia in ſuo exiſtere non dependet ab ea prima conceſſione, quæ affecta fuit reuocatione, ſed omnino ab ea independens eſt, cum cenſeatur per communicationem conceſſum proprie alteri ordini, cui ideo non fuit ſublatum per ea reuocationem, quæ vt odioſa ſtat intra ſuos limites expreſſos. Ita *Rodriq. tom.* 1. *q.* 9. *art.* 9. *Miranda tom.* 2. *q.* 42. *art.* 5. *Ego reſol.* 52. *num.* 132. *Vericellus de Miſſionib. q* 95. *num.* 7.

Difficultates autem ſunt. *Prima*, an Fratres Tertij Ordinis, tam ſeculares, quam regulares habeant communicationem priuilegiorum aliorum Ordinum, tam Mendicantium, quam non Mēdicantium. *Secundo*, an priuilegia conceſſa Tertiarijs ſecularibus euanuerint ſimpliciter, an vero tranſierint ad regulares eiuſdem Ordinis vti eorum ſucceſſores? *Tertia*, an priuilegia conceſſa vni nationi e. g. Gallis, ſeu Hiſpanis intelligantur conceſſa, ſeu communicata ad Italos eiuſdem religionis? *Quarta* an priuilegia conceſſa vni conuentui cenſeantur conceſſa alijs ſaltem extenſiue, & per communicationem? *Quinta*, an priuilegia Fratrum ſint conceſſa, vel ſaltem intelligantur extenſa, & communicata Sororibus? *Sexta*, an priuilegijs Sororum gaudeant Fratres? *Septima* an non viuentes

ſub

ſub regimine Minorum de Obſeruantia gaudeant eorum priuilegijs?

55 Primæ reſpondetur, Tertiarios ſeculares olim habuiſſe communicationem priuilegiorum quorumcumq; Ordinum regularium, præſertim eorum, ſub quibus militabant, vt probatur ſupra à nu. 22. De Regularibus vero non eſt dubitandũ, cum in Bullario noſtro huiuſmodi communicationem retulerimus, Nicolaus V. Bulla CXXXVIII. communicat priuilegia aliorum religioſorum, & etiam clericorum. Sixtus IV. Bulla CLXII. noſtris communicat priuilegia Dominicanorum, & Minorum, & in præcedenti declarauerat, eos gaudere exemptione vtriuſq; fori. Iulius II. in ſua CXC. communicat eis priuilegia Minorum, tam Cõuentualium, quam Obſeruantum. Leo X. in Bulla CCVI. communicationem priuilegiorum conceſſorum, & concedendorum facit inter omnes Mendicantes, quorum noſtri comprehenduntur, cum ſint Mendicantes. Clemens VII. in ſua CCXII. ibi: *Vti, potiri, & gaudere poterunt quomodolibet in futurum, non ſolum ad inſtar, ſed æque principaliter abſq; vlla penitus differentia*, aliorum omnium Mendicantium. Paulus IV. Bulla CCXXIX. communicat eis priuilegia quæcumq; conceſſa, communicata, aut extenſa, ſeu viuæ vocis oracula ad quoſcumq; ordines Mendicantium, & non Mendicantium, quibus vti poſſunt tam in iudicio, quam extra. Pius IV. Bulla CCXXX. ſub eodem tenore fecit communicationem; ſimiliter & Gregorius XIII. in ſua CCXXXVI. Eodem modo Sixtus Quintus per ſuam CCXLII. Pari fauore Clemens VIII. in ſua CCXLVI. Deinceps confirmationes priuilegiorum fuerunt tam languidæ, infirmæ, & ſtrictæ, vt nullius ſit vtilitatis eorum relatio. De huiuſmodi communicatione *Rodriq. tom. 1. q. 55. art. 1. Miranda tom. 2. q. 46. art. 1. Donatus par. 1. tract. 7. q. 3. Tambur. tom. 1. diſp. 17. num. 39. Ego reſol. 52. num. 67. Cæleſtinus Sueſſionenſis in ſua ſumma Theologiæ moralis tract. 8. de poteſtate Regular. §. Dico 8. cap. 8. & cap. 15. q. 2.* ait, noſtros communicare in priuilegijs Societatis Ieſu, intellige, reſpectu eorum, quorum communicatio non prohibetur expreſſe.

56 Secundæ difficultati ſatisfit, dicendo, quod priuilegia Tertiarijs noſtris ſecularibus conceſſa non euanuerũt per eorum moderationem factam, in Concilio Lateranenſi ſub Leone X. de qua in

eius

eius Bulla CXCIX.ſed illibata remanſiſſe,& tranſiſſe ad eoſdem Tertiarios Regulares. Conſtat id, quia illa à nullo Pontifice reuocata fuerunt,ſed ſemper ab illis confirmata, vt videre eſt in noſtro Bullario,quibus ipſi Tertiarij vſi fuerunt vſq;ad dictum Concilium Lateranenſe, quod eoſdem Tertiarios tam Franciſcanos, quam cuiuſcunq;alterius Ordinis ſubiecit quo ad onera, & in hoc pares fecit ſimplicibus laicis, quo ad perſonas ſuas, & eorum bona,vt dictum fuit ſupra à num. 22. Manſerunt ergo priuilegia pro Tertiarijs Regularibus tamquam hæredibus illorum quo ad hoc, factorum incapacium illorum ex moderatione Concilii; immo ea priuilegia non ſolum remanſerunt pro Regularibus,ſed etiam pro eiſdem Tertiariis non Regularibus, qui collegialiter viuunt ſimul,vel cum clauſtralibus, vt patet ex tenore Bullæ Concilii, cuius verba ſuperius retuli ſub num. 37.& ſeq.

57 Tertiæ difficultati occurritur, dicendo, quod priuilegia conceſſa vni nationi communicata fuerunt, aliis quoq; vnde priuilegiis Hiſpanorum v.g.gaudent Itali, Paulus II. Bulla CLV.Pariter Nicolaus V. in ſua CXXXIII. de conceſſione Generalis, priuilegia conceſſa vniuerſis Fratribus eiuſdem Ordinis, extendit ad Italos. Sixtus IV.in ſua CLVIII, huiuſmodi confirmationes factas à ſuis prædeceſſoribus confirmat fauore Italorum; & id latius patebit in ſequentibus Bullis.

58 Quarta difficultas reſoluitur tum ex dictis, tum dicendis, nimirum priuilegiis conceſſis vni conuentui gaudere Fratres aliorum conuentuum, licet eis non ſint ſpecialiter conceſſa, aut communicata, eo quod communis eſt ipſamet conceſſio ſicut ipſa communicatio, cum priuilegium reſpiciat conuentus formaliter acceptos, hoc eſt, ipſos Fratres, non vero eaſdem Domos materialiter ſpectatas. Huiuſmodi autem priuilegiorum fruitio,& gaudimentum vnius conuentus ex alio ſolet apponi à Summis Pontificibus in conceſſione fundationis conuentuum, vt videri poteſt in Bullario noſtro ſub Bullis L. Martini V. concedentis priuilegia etiam concedenda conuentui fabricando in oppido Burgenſi diæceſis Tornacenſis, ſimiliter in Bullis CLXXV. CLXXXVII. CXCIII. &c.

59 Quinta,priuilegijs Fratribus conceſſis vti poſſent Sorores,quibus intelliguntur conceſſa, & communicata, etiam ſi Sorores in priui-

legiorum

legiorum ſcripturis non nominentur. Probatur. *Tum quia*, maſculinum concipit fœmininum *l. 1. §. Ait Prætor ff. de conſtituta pecunia, l. Si ita 46. ff. de legatis, & fideicom. 2. l. Seruis 79. de legat. 3.* S. Cyprianus de habitu Virgin. cap. 2. ibi: *Quia ſunt duo in carne vna, & in maſculo ſimul ſignificatur, & fœmina*, Lect. 6. de Virgin. in Breuiario, ergo quando conceduntur priuilegia Fratribus intelliguntur etiam conceſſa Sororibus, & Monialibus. *Tum quia*, perſonis religioſis conceduntur priuilegia non quatenus ſunt huius, vel illius ſexus, ſed ratione ſui ſtatus religioſi, ſub quo militant etiam religioſæ, & Sorores, ergo priuilegia Fratrum ſunt etiam communia Sororum. *Tum quia*, Concilium Lateranenſe ſub Leone X. cuius verba ſub num. 23. hic retuli, dicit, quod Fratres, & Sorores Tertij Ordinis collegialiter, vel cum clauſtralibus morantes, & mulieres ex voto caſtitatis etiam in propriis domibus exiſtentes gaudent priuilegiis, quibus potiuntur Fratres eiuſdem Ordinis cum Sororibus; ergo à fortiori Sorores ſub tribus votis, neq; enim debent eſſe deterioris conditionis Sororib. quæ talib. votis non ſunt ſubiectæ. Tum quia Innocentius VIII. in Bulla noſtra CLXXI. id expreſſe concedit his verbis: *Necnon omnibus, & ſingulis priuilegijs, gratijs, fauoribus, & indultis ſpiritualibus, & temporibus dicti Ordinis profeſſoribus vtriuſq. ſexus, & Domibus earum per Sedem Apoſtolicam.* Et licet ibi ſermo ſit de particulari conuentu de Alcaraz Toletano, tamen extenditur ad quoſcumq; alios conuentu, nam vnus Conuentus Sororum participat in priuilegiis aliorum conuentuum, & priuilegia communicant inter ſe, pro cuius probatione lege Bullas LIV. LX. LXXXIX. & alias noſtri Bullarii, & CCXI. vbi de participatione priuilegiorum Sororum S. Claræ. *Tum quia*, id clare colligitur ex ſupradictis Bullis de communicatione priuilegiorum citatis ſub 3. Difficul. Ita omnes cum *Rodriq. tom. 1. q. 55. art. 13. & 14. cum ſuo Compend. reſolut. 116. num. 46. Tambur. tom. 1. de iure Abbatum diſput. 17. q. 1. num. 49. & de iure Abbatiſſarum diſp. 17. q. 1. vbi rem diſputat contra Sanch lib. 6. cap. 7. num. 116. & Barboſam lib. 1. de iure eccleſ cap. 41. num. 2. & Pellizar. de Monialibus cap. 9. initio. Donatus par. 1. de extenſ. priuileg. tract. 6. q. 3. Ego reſol. 52. num. 69.*

60 Sexta priuilegiis monialium gaudent Fratres eiuſdem Ordinis, quando illorum ſunt capaces, & ſuadetur. *Tum quia*, priuilegia conceduntur perſonis, non intuitu ſexus, ſed qualitatis, & ſtatus Ordinis; ergo perſonæ, quæ ſunt eiuſdem Ordinis eiſdem gaudent priuilegiis, cum ſint ſub eodem ſtatu. *Tum quia* non debent Fratres eſſe deterioris conditionis ſuis Sororibus, eſſent autem ſi non gauderent earum priuilegiis. Tum quia id clare colligitur ex Bullis, præſertim CLXXI. LXXII. &c. Tum quia communicatio priuilegiorum ad formam Bullæ CCVI. Leonis X. reſpicit vtrumque ſexum, ſi bene legatur *Ita Portellus v. Communicatio priuil g. num. 3. v. Moniales num. 31. Peyrin ad Bullam 8. Pij V. num 3. Ego Reſol. 52. num. 319. Pelliz de Monial cap. 9. num. 3.* exemplificantes in priuilegio conceſſo nouitiis Dominicanis infirmis profitendi infra annum probationis, extenſo ad nouitios maſculos cuiuslibet Ordinis. Quare Fratres, non tantum gaudent priuilegiis Sororum eiuſdem Ordinis, ſed etiam aliorum Ordinum.

61 Septimæ reſpondetur, Sorores gaudere priuilegiis, etiam ſi non ſubſint curæ, & regimini Fratrum Minorum Conuentualium, aut de Obſeruantia. Suadetur, quia priuilegia conceduntur, & communicantur perſonis religioſis, quatenus tales ſub hac, vel illa Regula, non vero vt ſubſunt his, vel illis Prælatis, quia non propter ſubiectionem, ſed propter merita conceduntur; ergo parum refert, quod ſubſint, vel non ſubſint talibus prælatis. Nec obſtat aliquorum argumentum, quod priuilegia *conceſſa fuerunt Fratribus, & Sororibus ſub obedientia Fratrum Minorum, ſub cura, & regimine Ordinis Minorum.* quo argumento vtuntur Aduerſarii, qui ægre ferunt amiſiſſe regimen huiuſmodi, *cum Rodriquez tom. 2. quæſt. 73. ſect. 1. §. Colligitur etiam, Portellus par. 2. caſu 14. Miranda tom. 1. quæſt. 36. art. 4. §. In calce*, nec diſpoſitiue, aut taxatiue. Quia reſpondetur, ea verba non ſumuntur ſub conditione, ſed ſub demonſtratione, quatenus indicant, ea priuilegia conceſſa fuiſſe Tertiariis eo tempore, quo erant ſub regimine alieno; & in dubio demonſtratiue accipienda ſunt, non diſpoſitiue, ſeu conditionatiue. *Rubeus tomo ſecundo Deciſ. 346. & tom. 3. Deciſ. 207. num. 9.* Confirmantur prædicta, quia

quia Tertiarii ex eo, quod obediunt Bullis Pontificiis, per quas exempti fuerunt à Superioribus Minorum, ſi quandoq; fuerant ſubiecti, ſicut & Sorores ſubiectæ nunc Epiſcopis non debent priuari, nec dici, quod ſunt priuati iure quæſito priuilegiorum, quibus vtebantur, quando erant ſub regimine Minorum; nulla enim ratio id ſuadet, vt ex eo, quod obedierunt Bullis Pontificiis, ſint ſpoliati ſuis priuilegiis ſine ſua culpa. Ita docent *Tàmbur. tom. 1. diſp. 17. de iure Abbatiſſarum quæſt. 2. Paſqualig. Deciſ. 179. num. 4. Pellizar. de Monialibus cap. 9. quæſt. 1. Ego reſol. 52. q. 24.*

CAPVT SEXTVM

De poteſtate Fratrum Minorum ſuper Tertiarios Seculares.

1 *Poteſtas quid, & quotuplex?*
2 *Aquiritur quinq; modis poteſtas ordinaria.*
3 *Conſuetudine aquiritur.*
4 *Priuilegio aquiritur.*
5 *Contentioſa coniunctam habet coactionem.*
6 *Delegata poteſtas quid?*
7 *Regula non cogit, ſed conſulit recipere Viſitatorem ex Minorib.*
8 *Ideo Innocentius IV. & ex eo Ioannes XXIII. coegerunt Fratres, & Sorores Ferrarienſes ſubeſſe Minoribus.*
9 *Martinus V. eos ſubiecit Minoribus per vniuerſum orbem.*
10 *Eugenius IV. caſſauit literas Martini, & reſtituit illos ſuæ libertati.*
11 *Idem Eugen. mãdat Caſtellaneuſi, & Teruiſinenſi Epiſc. vt illos defẽdãt à moleſtijs Minor. qui prætẽdunt contra Bull. Eug. eos viſitare.*
12 *Vicarius Obſeruantiæ Prouinciæ S. Antonij dat habitum, & profeſſionem Tertiarijs vtriuſq; ſexus viuentibus in communitate.*
13 *Communionem Paſchalem recipiunt à Minoribus.*
14 *Indulgentia Plenaria in articulo mortis.*
15 *Subijciuntur Minoribus per vniuerſum orbem.*
16 *Poſſunt eis aſſignare confeſſarios extraneos, vbi non habent loca.*
17 *Iulius II. mandat obſeruari literas Innocentij, & Sixti de ſubiectione Fratrum per vniuerſum orbem.*
18 *Tertiarij alij viuunt ſingulariter alij collegialiter.*
19 *Poteſtatem iuriſdictionis propriè dictam habent ſuper Tertiarios.*
20 *In prædictis Bullis ſermo eſt de Tertiarijs non Regularibus.*
21 *Poteſtas hæc ſuper Tertiar. non eſt ex vi Regulæ, ſed ex Bull. Pontific,*
22 *Negant multi hanc poteſtatem iuriſdictionis.*
23 *Poteſtas hęc probatur propriè in Tertiar. per eoſd. Minor. exercenda.*
24 *Viſitator vt ſic ſuperioritatem, & poteſtatem habet ſuper viſitandos.*
25 *Superiores Tertiarij habent poteſtatem ſuper Eremitas, & Fratres manentes in proprijs domibus.*
26 *Tertiarii medii inter clericos, & ſeculares.*
27 *Omnes Tertiar. nunc in communitate viuentes profitẽtur ſolemnite r.*

¶ Poteſtas à potendo facere aliquid dicta, alia eſt ordinaria, alia de-
legata, alia contentioſa, alia gratioſa, idem autem eſt poteſtas,
quod iuriſdictio; ordinaria autem eſt illa, quæ ex officio incumbit
alicui, quàm nomine ſuo propriò exercet, alterius vices non ge-
2 rens; & hæc aquiritur multis modis. *Primo* à Principe, dicamus
nos ad rem præſentem à Papa, à quo tamquam à fonte emanat
omnis poteſtas, & iuriſdictio, *ex cap.* 1. *de conſtit. in* 6. *Gramat. de-
ciſ.* 46. *n.* 1. *& Voto* 28. *num.* 12. *Capic. deciſ.* 9. *num.* 15. *Secundo*,
à iure, & per legem, gl. v. l. 1. C. Ne liceat potentioribus, Paulus
de Caſtro in l. A iudice C. de iudic. procedit hoc tam de iure cõ-
muni, quam iure ſpeciali, nam in ſingulis religionibus ſunt ſupe-
riores ordinarij habentes de iure ſuarum Regularum iuriſdictio-
num ordinariam in ſuos ſubditos. *Tertio* aquiritur iuriſdictio per
electionem factam à Congregatione, Collegio, ſeu vniuerſitate,
promotus enim conſtituitur per electionem in gradu ſuperiori-
tatis, ad quem ſequitur iuriſdictio. *Gl. v. Eccleſiaſtica ſententia,
cap. Cum ab eccleſiarum* 3. *de officio iud. ordin. Felin. in cap Pruden-
tiam, de off. deleg. Rodriq. tom.* 1. *q.* 51. *art.* 3. *ſub initium. Quarto* aqui-
ritur conſuetudine, ex cap. Cum contingat 13. de foro compet.
ibi Gl. vel conſuetudine, doctores plures citat hic Barboſa num.
4. vide Accurſium in l. More ff. de iuriſd. omn. iud. ad huius autem
3 pacificam poſſeſſionem requiritur præſcriptio legitima, quæ eſt
annorum quadraginta *ex cap. De quarta* 4. *cap. Illud* 8. *cap. Audi-
tis* 15. *de præſcript.* & quod Prælatus, & ſubditi, contra quos alter
procurat aquirere iuriſdictionem habentes huius rei ſcientiam
taceant, & patientiam habeant, *Bald. in l.* 2. *C. de ſeruit. aquir. num.*
12. *Canoniſta in cap. Cum Eccleſia Sutrina. Calder. conſil.* 12. *de iu-
repatron. Deciſ.* 52. *ad calcem* 3. *tomi Tambur. & ſeq. deciſ.* 56. *Quin-
4 to* priuilegio aquiritur iuriſdictio, *ex cap. Cum contingat* 13. *de foro
compet. cap. Auditis* 15. *de præſcript. Bart. in l. Ambitioſa ff. de decret.
ab ordin fact. Bald. in cap. fin de off. ordin. Sanch. lib.* 2. *diſp.* 40. *num.*
14. His igitur modis aquiritur iuriſdictio ordinaria tam volunta-
ria, ſeu gratioſa fauore ſubditi, quam contentioſa, ſeu odioſa, quæ
5 niſi habeat coniunctam coactionem, per quam ſubditus reus co-
gatur exequi mandatum præcipientis, nullius eſt momenti, nec
meretur nomen poteſtatis, & iuriſdictionis, *cap. Paſtoralis* 28. *cap.
Ex literis* 29. *de officio deleg. l. fin. ff. de offic. eius, cui mand.* Delegata

6 dicitur illa, quæ confertur ab illis, qui dicuntur habere illam iure ordinario,. habens enim poteſtatem ordinariam eam alijs delegare poteſt in ſententia omnium.

Applicando prælibatam doctrinam titulo præſenti videndum eſt, an, & quo iure Minores poteſtatem, & iuriſdictionem habeant in Fratres, & Sorores de Pænitentia, incipiendo primum ab eorum Regula.

7 In Regula igitur cap. 16. ſic legitur: *Ad hæc Miniſtri, & Fratres, ac Sorores ciuitatis, & loci cuiuslibet ad viſitationem communem in aliquo loco religioſo, vel Eccleſia, vbi locum huiuſmodi contigerit deeſſe, conueniant, & Viſitatorem habeant ſacerdotem, qui alicuius approbatæ Religionis exiſtat, quique illis de commiſſis exceſſibus iniungat pœnitentiam ſalutarem; nec quiuis alius poſſit eis huiuſmodi Viſitationis officium exhibere. Quia vero præſens viuendi forma inſtitutionem à Beato Franciſco prælibato ſuſcepit, conſulimus, vt Viſitatores, & informatores de Fratrum Minorum Ordine aſſumantur quos Cuſtodes, vel Guardiani eiuſdem Ordinis, cum ſuper hoc requiſiti fuerint, duxerint aſſignandos.* Nota *primo*, quod iſte Viſitator debet eſſe ſacerdos, non ſecularis, ſed regularis, & alicuius approbatæ religionis, hunc exigit Sanctus Pater Sacerdotem Regularem, qui Fratres, & Sorores delinquentes puniat. Nota *ſecundo*, ex eo, quod Seraphicus Pater non determinauit, cuiuſnam religionis debeat eſſe Sacerdos Viſitator, Pontifex decreuit, hunc aſſumendum eſſe ex ordine Minorum, aſſignandum à Cuſtode, vel Guardiano eius loci, vbi Fratres, & Sorores morantur. Nota *tertio*, quod Cuſtos, & Guardianus non debent mittere Sacerdotem Viſitatorem, niſi ab illis petatur, vt conſtat ex illis verbis: *Cum ſuper hoc requiſiti fuerint*, ſcilicet Cuſtos, & Guardianus requiſiti fuerint ab ipſis Fratribus, & Sororibus Tertij Ordini. *quarto* demum, Fratres, & Sorores non poſſunt cogi à Cuſtodibus, & Guardianis acceptare ſacerdotem ab ipſis propoſitum, ſed Regularem alterius Ordinis requirere poſſunt, vt plane colligitur ex verbo *Conſulimus*, quod dat optionem, non præceptum, nullum enim importat præceptum, ſed merum voluntatis arbitrium iuxta illud D. Gregorij relatum cap. fin. 14. q. 1. *Vbi conſilium datur offerentis arbitrium eſt.* Verba enim prolata per modum conſilij nullam inducunt obligationem l. Cum pater 79. §. Mando ff. de legat. 2. Et id confirmatur ex Bulla

ſub

ſub num.XI.incipient. *Vnigenitus Dei filius.* Dat.8. Aug.1290.in
Bullario noſtri Ordinis inquit: *Inter cæteras* ſupple ordinationes
eiſdem Fratribus paterno conſulentes affectu. Et infra. *Qui huiuſmodi*
noſtrum cupiunt ſequi conſilium illud adimpleant. Et infra. *Cæterum*
quoniam cupimus vehementer huiuſmodi noſtrum ſalubre conſilium
adimpleri; omnes, qui illud ſuſceperint, & adimpleuerint reuerenter,
Apoſtolicæ & noſtræ benedictionis gratiam amplius conſequantur, &
gaudeant priuilegijs eiuſdem Ordinis Pænitentium ab eadem ſede con-
ceſſis, & in poſterum concedendis. Nicolaus IV. audito, quod non-
nulli Fratres ægreferebant receptionem Viſitatoris ex ordine Mi-
norum, paterno affectu eos hortatur ad recipiendum Sacerdotes
Minorum pro eorum viſitatione ad præſcriptum Regulæ, & quia
exoptabat, vt eius conſilium exequeretur libere, & voluntarie
conceſſit eis priuilegia, quibus potiuntur illi, qui ſubmiſerant vi-
ſitationi ſacerdotis de Ordine Minorum. Quod ſignum euidens
eſt, Regulam non cogere Fratres, vt aſſumant Viſitatorem ex Or-
dine Minorum. Pro qua re Ioannes XXIII. per ſuam incip. *Cum*
de priuilegijs, ſub datum 26. Iunij 1414. ex Vaticano, anno quinto
fol.218. apud Vadingum tom.5. Bulla 28. quam extendo ſub n.
XL. mandat Miniſtris Minorum, vt per ſe, vel per alios ſui Ordinis,
in capite, & in membris opportunis temporibus in ciuitate, &
8 diœceſi Ferrarienſi Fratres, & Sorores de Pænitentia viſitare, ac
exceſſus eorum corrigere, & punire, ipſoſq; regularibus diſcipli-
nis inſtruere poſſint, ac alia facere, quæ officio viſitationis incum-
bunt vigore literarum Innocentij IV. cum clauſula: *Non obſtanti-*
bus præmiſſis conſtitutionibus Apoſtolicis. hoc eſt Regula, de qua fe-
cit mentionem paulo ante, quæ non præcipit, ſed conſulit recipe-
re Fratres Minorum in Viſitatores; vnde non mandauit per hanc
Regulam, vt ſubijcerentur Minoribus, ſed allegauit Bullam Inno-
centianam, per quam Summus Pontifex Tertiarijs petentibus
conceſſit Viſitatorem de Ordine Minorum; Bulla autem Innocen-
tij incip. *Vota deuotorum* ſub datum 13. Iunij 1246. apud Vading.
Bulla 2. Append. tom. 1. in noſtro Bull. VI. in qua Papa iubet Mi-
niſtris Prouincialibus, vt per ſe, vel per alios ſui Ordinis Tertiarj-
os Italos, & Siculos viſitent, inſtruant, corrigant, & reforment, per
cenſuras eccleſiaſticas compeſcendo contradictores. Tertiarij
ergo, qui dubium excitauerant, & ſe tuebantur à viſitatione Mi-

norum, quia Regula non cogit, ſed conſulit hoc recipere, coacti fuerunt recipere illorum viſitationem virtute alterius Bullæ Innocentij IV. non obſtantibus literis Nicolai IV. continentibus Regulam prædictam.

9 Martinus V. in ſua incip. *Licet inter cætera*, ſub datum 9. Decembris 1426. apud de Sillis, & Vading. tom. 5. Bulla 165. in noſtro Bull. LIII. audiens, quod nonnullæ perſonæ tam Eccleſiaſticæ, quam ſeculares in diuerſis mundi partib. quæ ſe de Regula Tertia appellant, aliquando in communi, interdum ad partem viuentes, abſq; debita ſubiectione, & obedientia exiſtentes, ex quo viuendi modo in varios incidunt errores, ſubijciuntur Generali, & Prouincialibus Minorum, qui illos per ſe, vel alios viſitent, cum facultate miniſtrandi eis Sacramenta, contradictores per cenſuras compeſcendo, & exercendo iuriſdictionem in illos, & derogat Regulæ, quod ad hoc, inſinuando eos ſubijcere non ex vi Regulæ, ſed ſua Apoſtolica auctoritate, ibi: *Auctoritate noſtra ſubiacere, &c.*

10 Eugenius IV. in ſua incip. *Ad Apoſtolicæ dignitatis apicem*, ſub datum 15. Nouembris 1431. ſub num. LXIX. inſerit ad verbum Regulam cum literis eius confirmatorijs Nicolai IV. deinde narrat, quod Martinus V. de quo mox diximus ad inſtantiam Antonij de Maſſa Generalis, & ſingulorum Prouincialium Ordinis Minorum ſubiecit Tertiarios per vniuerſum orbem, eiſdem inſtantibus, ſubiungit autem Eugenius: *Cum autem ſicut fide dignorum relatione, experientiaq; comperimus occaſione ſubiectionis, nec non ſtatuti, & ordinationis, quæ prætextu literarum Martini prædeceſſoris huiuſmodi facta fuere, lites etiam indeciſe pendentes, necnon ſcandala & inconuenientia plurima produxerint hactenus, & de maioribus, niſi deſuper Apoſtolicæ Sedis prouiſio quantocius adſit veriſimiliter formidetur*, &c. *Auctoritate Apoſtolica præſentium ſerie de certa ſcientia reuocamus, &c. Decernentes ipſas literas eiuſdem Nicolai prædeceſſoris plenarium debere roboris obtinere vigorem perinde in omnibus, & per omnia, ac ſi præfatæ literæ dicti Martini prædeceſſoris nullatenus emanaſſent.* Per literas Martini V. in nullo læſæ fuerunt literæ Nicolai IV. niſi in eo, quod Papa ad inſtantiam ſuperiorum Minorum Fratres Tertiarios ſubiecit eiſdem Minoribus non requiſitis per ipſos, ac proinde contra Regulam, quos Fratres Minores non

poſſint

poſſint eos viſitare; niſi requiſiti per ipſos; ex Bulla autem Martini V. conſtat Generalem, & Prouinciales Minorum ſupplicaſſe, vt ipſis ſubijcerentur Tertiarij, de quorū requiſitione non conſtat ex eadem Bulla, & idcirco Eugenius inſtructus de mala ſibi facta informatióne contra Tertiarios, caſſauit literas Martini V. & illos reſtituit libertati ſuæ Regulæ.

11 Non obſtante præfata reuocatione literarum Martini V. Prouinciales, & etiam Guardiani Minorum volebant adhuc viſitare Tertiarios vtriuſq; ſexus etiam inuitis, ideo recurſum habuerunt Fratres ex ſtatu Veneto ad eundem Eugenium IV. qui in ſua incip. *Ad Sacram Petri Sedem*, ſub datum 10. Decembris 1437. ex Vaticano lib. 2. Regul. anno 7. fol. 86. apud Vading. tom. 5. Bulla III. in noſtro Bull. LXXXII. narrat, quod licet Tertiarij Fratres, & Sorores ex ſua Regula debeant habere in Viſitatorem Sacerdotem regularem, non tamen tenentūr petere vnum ex ordine Minorum, qui tamen illos inuitos, & contra Regulam volunt viſitare, Papa idcirco mandat Epiſcopis Caſtellanenſi, & Teruiſinenſi, vt ſuum dent conſenſum in electionem Viſitatoris, quem ipſi Fratres volunt, & eos defendant à moleſtijs Minorum, per cenſuras eccleſiaſticas compeſcendo contradictores. Non ſunt ergo Tertiarij ex vi Regulæ Minoribus, quando nolunt eis ſubeſſe, cum in eorum ſit voluntate libera eligere ſacerdotem regularem etiam alterius Ordinis; qui non ſit Minorum; quod notauit etiam Vading. ad hunc annum 1437. num. 54.

12 Prælibatus Eugenius IV. in ſua incip. *Expoſcit dilectorum* ſub datum 28. Aprilis 1444. ex Archiuio ſecreto Vaticani lib. 22. Bullarum fol. 277. apud Vading. tom. 5. Bulla 246. in noſtro CXIX. ex certa ſcientia, & non ad inſtantiam alicuius concedit licentiam Vicario Obſeruantiæ Prouinciæ S. Antonij, vt per ſe, vel alios in partibus fori Iulij diæceſis Aquileienſis recipiendi profeſſionem Tertiariorum vtriuſq; ſexus, & eiſdem exhibendi habitum eiuſdem Tertij Ordinis. Item abſoluendi à cenſuris illos, qui ſine licentia in Vdino, & Terris ciuitatis Auſtriæ Domus pro communi eorum habitatione receperunt; Item receptas, & alias recipere cum Oratorio, dormitorio, & alijs officinis, ac de nouo conſtruere; modo in illis non maneant, niſi quatuor Fratres, aut Sorores. Item, quod confeſſarij Minorum ab illis electi poſſint eoſdem abſoluere

ſoluere à non reſeruatis Sedi Apoſtolicæ, à reſeruatis vero ſemel tantum. Item Paſchalem Communionem ab illis recipere, petita tamen prius licentia à Parocho, licet non obtenta. Item conceditur Indulgentia Plenaria in articulo mortis cum certis oneribus. Item Vicarius per ſe, vel per alios poteſt Viſitatores, & alios officiales à ſe inſtitutos remouere delinquentes in officio, nullo iuris ordine ſeruato.

Nota autem, quod hæc Bulla eſt gratioſa Tertiariis, & non odioſa, cum in ea agatur de exhibitione habitus, de profeſſione emittenda, de abſolutione, de Sacramentis, & indulgentiis.

14 Pius II. in ſua incip. *Pia Deo, & Eccleſia*, ſub datum 13. Iulii 1462. ex Vaticano lib. 40. fol. 155. apud Vading. tom. 6. Bulla 20. in noſtro CLIII. ad inſtantiam Theraſiæ ſororis Eneci de Gueuara magni Seneſcalchi Regni Siciliæ citra Farum cum aliis Sororibus petentis reductionem ſub cura, & regimine Fratrum Minorum in Regno Caſtellæ, ſcribit ad Archiepiſcopum Toletanum, vt omnes Fratres, & Sorores vocatis vocandis reducantur ſub obedientia, cura, uiſitatione, & correctione Cuſtodum, & Guardianorum de Obſeruantia, ac ſi literæ ſuorum prædeceſſorum, per quas eximuntur ab illorum obedientia, nonquam emanaſſent.

15 Sixtus IV. in ſua incip. *Romani Pontificis* ſub datum 15. Decembris 1471. apud de Sillis, & Vading. tom. 6. Bulla 3. in noſtro CLIX. literas Innocentii IV. & aliorum Pontificum, quibus Tertiarii utriuſq; ſexus Itali, & Siculi tantum ſubiiciebantur Minorib. extendit ad omnes Tertiarios per uniuerſum orbem, dando poteſtatem Generali, Prouincialibus, & Vicariis etiam Obſeruantiæ uiſitandi illos, & corrigendi tam in capite, quam in membris, etiam cum ablatione habitus, & mantelli, cum facultate recipiendi ſeculares ad habitum, ſeu mantellum uolentes ingredi, & aſſignandi eiſdem Viſitatorem, & Confeſſarium ex Conuentualibus, ſeu Obſeruantibus, qui illis miniſtret Sacramenta, inhibendo ordinariis locorum, & aliis, ne huiuſmodi ſubiectionem impedire audeant.

16 Alexander VI. in ſua incip. *Exponi nobis feciſtis*, ſub datum 17. Maii 1500. apud de Sillis, & Vading. to. 7. in noſtro CLVXXIV. Minoribus exponentibus, ſibi à Sede Apoſtolica (fuit Sixtus IV. vt mox ſcripſimus) conceſſum fuiſſe, vt Tertiarijs poſſent aſſignare

re in confeſſorem vnum ex Conuentualibus, vel Obſeruantibus, qui aliquando ob diſtantiam locorum, deputari non poteſt, concedit propterea licentiam, vt in defectum Sacerdotum ſui Ordinis, poſſint deputare confeſſarios ſeculares, vel alterius Ordinis, qui intra eorum monaſteria manere poſſint cum ipſis ab Ordinarijs locorum nulla petita licentia. Non requiritur ergo approbatio Epiſcopi, quam poſtulat tamen nunc Tridentinum. Dico Tridentini Decretum habere locum reſpectu Tertiariorum manentium in proprijs domibus, vt deciſum fuit, referente Barboſa ad ſeſſ. 23. cap. 15. num. 13. non vero eorum, qui viuunt in communitate, & monaſterijs, licet non profiteantur, vt ſunt famuli, & commenſales, vt docent Fernandez in Examine Theolog. moralis par. 3. cap. 9. §. 8. num. 1. Homobon. de Exam. Eccleſ. tract. 8. cap. 2. q. 7. & alij cum Barboſa cit. num. 11. Ego reſol. 34. num. 41. & reſol. 75. num. 84.

17 Iulio II. vt apparet in eius Bulla incip. *Exponi nobis feciſtis*, ſub datum in noſtro CLXXXVIII. & CLXXXIX. 5. Octobris 1507. Generalis, & Prouinciales Minorum, & eorum Vicarij exponunt, Innocentium IV. per ſuas literas ſibi ſubieciſſe Tertiarios vtriuſq; ſexus Italos, & Siculos; eaſdemq; literas Innocentij Sixtum IV. extendiſſe ad eoſdem per vniuerſum orbem exiſtentes, & nihilominus nonnullos ex ipſis in Prouincia S. Iacobi ſe ſubtrahere ab eorum obedientia prætendentes ex ſuis habere ſuperiores, ex quo immortales lites ſunt exortæ, Papa literas vtriuſque Pontificis approbat, & auocando ad ſe omnes lites, vniuerſos ſubijcit ſuperioritati, & obedientiæ Fratrum Minorum Conuentualium, & Obſeruantum, ſub pæna excommunicationis latæ ſententiæ cum priuatione habitus, & domorum ſuarum, niſi infra ſex menſes ab intimatione generali præſentium ſe ſubiecerint, datis executoribus, & remedijs brachij ſecularis, & cenſuris ad compeſcendum contradictores. Bulla habetur in Bullario noſtro de Sillis fol. 53. Et quia altercatio erat inter Minores de Obſeruantia, & Conuentuales circa regimen Tertiariorum vtriuſq; ſexus in Prouincia Compoſtellana, idem Iulius II. in alia incip. *Exponi nobis*, ſub datum 7. Ianuarii 1509. apud eundem de Sillis fol. 59. mandat, quod Fratres, & Sorores Tertii Ordinis, qui obedientiam conuentualium elegerunt, in ea permaneant, & qui electam

dimi-

dimiſerunt, redeant infra decem dies, quod idem ſtatuit de illis, qui elegerunt obedientiam Obſeruantum, qui vero hactenus nullius obedientiam elegerunt infra decem dies eligere teneantur.
18 Deducuntur tria inter alia ex Bullis hactenus in compendium collectis. *Primo*, inter Tertiarios vtriuſq; ſexus aliquos viuere ſingulariter in proprijs domibus, alios vero vitam communem tenere collegialiter in domo aliqua religioſa, in qua ſuum habent oratorium, cum dormitorio, & officinis. An hi ſint vere religioſi, dicam infra ſuo loco. *Secundo*, Miniſtros Minorum habere poteſtatem conferendi habitum ſecularibus cupientibus ingredi hunc
19 ordinem Tertium. *Tertio*, Fratres Minores habere poteſtatem, & iuriſdictionem proprie dictam viſitandi, & corrigendi Tertiarios tam in capite, quam in membris, puniendo illos etiam per cenſuras eccleſiaſticas contradictores, etiam per ablationem habitus,
20 & mantelli. *Quarto*, in prędictis Bullis fieri mentionem de Tertiarijs ſecularibus, vel collegialiter, & in communi viuentes, non tamen ex profeſſione ſolemni, quia iſtis non poteſt auferri habitus, niſi ex cauſa incorrigibilitatis, ſicut illis ex alia qualibet cauſa.
21 *Quinto*, eam poteſtatem Minores non habere ſuperiores Tertiarios vtriuſq; ſexus ex vi Regulæ, quia illis rārum S. Pater præſcripſit electionem ſacerdotis regularis, cuiuſuis ſit ordinis, licet Nicolaus in Confirmatione Regulæ conſuluerit illos, non coegerit requirere religioſum de Ordine Minorum in Viſitatorem, vt non ſemel oſtenſum fuit. Eam vero poteſtatem Minores habent ex priuilegio Pontificio prædictarum Bullarum, adeo quod Papa, motu proprio, & non iure ordinario communi, aut ſpeciali, ſed ex mera ſua liberalitate Tertiarios ſubiecit dictis Minoribus, qua etiam ratione, & cauſa poteſt eoſdem eximere à dicta ſubiectione, & poteſtate Minorum, cum id facere non ſit contra aliquod ius commune, aut ſpeciale huius Ordinis.
22 Hinc non placet, quod ait *Rodriq. tom. 2. q. 72. art. 1. §. Vnde*, dicens, quod ſuper hos Tertiarios non poſſunt Fratres Minores habere aliquam iuriſdictionem, ſed ſolum aliquam curam ſpiritualem pro directione animarum illorum, adminiſtrando illis aliqua Sacramenta, & communicando aliquas indulgentias, ſicut ſit Confratribus Confraternitatum. Nullam ſuper hoc adducit rationem expreſſam, niſi eam deducat concluſionem ex eo, quod

iſti Tertiarij non ſunt vere religioſi, ſed mere ſeculares, ſuper eos Minores poteſtatem iuriſdictionis non habent. Idem tenet *Miranda tom. 1. q. 36. art. 6. & reddit allatam rationem, quam accepit à Collectore priuilegiorum, v. Tertiarij §. Quod primum*, ea ratione, quod ſunt perſonæ mere ſeculares, & ambò obiectioni, quæ illis fieri poſſet ex Bulla Eugenij IV. de qua nos ſupra ſub num. reſpondent, quod eius Bulla, quæ dat prædictis Fratribus Minorib. iuriſdictionem ſuper Tertiarijs extra communitatem viuentibus, debet intelligi de illis, qui fecerunt profeſſionem in communitate, & poſtea aliqua iuſta de cauſa viuunt extra illam. Et ſubiungit, quod ſi inueniretur aliqua Bulla, quæ daret Minoribus talem iuriſdictionem ſuper Tertiarios in proprijs domibus habitantes, reputanda eſſet tamquam ſubreptitia, vtquæ videretur eſſe contra puritatem Regulæ, & profeſſionis, nam cum Tertiarij ſint mere ſeculares non poteſt conuenire Fratribus Minoribus ſuper illos habere iuriſdictionem. Ex quibus ait Miranda ibidem cum alijs, Minores habere quandam curam ſpiritualem de dictis Tertiarijs. Demum concludit, non poſſe recipi aliquod votum religionis, ſed ad plus admitti, & acceptari ad dictam Tertiam Regulam, illos exhortando ad eius obſeruationem; Hæc collegit ex præfato Collectore Priuilegiorum. Hos ſequitur *Lezana par. 2. cap. 14. num. 41.* vbi ait, hos ſubijci directioni, & gubernationi ſuperiorum ordinum, quorum ſunt Tertiarij, non quidem propter iuriſdictionem, quam ſuper ipſos habeant, cum ſint perſonæ ſimpliciter ſeculares, ſed propter curam ſpiritualem, quam de ſalute animarum illorum habere tenentur, cum ſint aliquo modo membra illorum. Vnde illos punire non poſſunt, nec illis Tertiarij inobedientes peccant. Ex *Portello v. Tertiarij* qui num 10. ait, Superiores Minorum poſſe corrigere, & punire illos, qui collegialiter viuunt, vel cum clauſtralibus habitant, auferendo illis habitum ordinis.

13 Ego autem Reſolut. 75. q. 7. num. 35. tenui, Superiores Minorum habere iuriſdictionem ſuper huiuſmodi Tertiarios, & probaui multis. Tum ex ipſorum Regula debent habere Viſitatorem, qui illis de commiſſis exceſſibus iniungat pænitentiam ſalutarem; neceſſe eſt ergo quod habeat vim coactiuam ad exercendum hoc munus in caſu, quo Frater, qui deliquit, nollet ſuſcipere, & adimplere

24 plere pænitentiam; Viſitator enim ex quo eſt Viſitator habet ſuperioritatem, & iuriſdictionem, *Nauar. Conſil. 3. de Relig. domib. per cap. Auditis cap. Ex officij, de praſcript. cap. Romana, de conſil. in 6. GrilenZon. conſil. 20. num. 27. per cap. Conquerente, cap. Dilectus, de offic. ordin. Barboſa ad cap. Dilectus 26. de Reſcript. num. 2.* Eſt Viſitator, valet conſequentia, ergo habet iuriſdictionem coactiuam. Tum quia id colligitur ex officio, quod præſtare habet contra, & pro Fratribus, nam ex cap. 2. Regulæ Fratrum culpas denuntiatas punire debet. Ex cap. 18. poteſt illos diſpenſare ſuper abſtinentijs, & ieiunijs. Ex cap. 19. incorrigibilem expellit à Congregatione. Ex citatis Bullis poteſt priuare habitu, & mantello contumaces, & inobedientes, & volentibus ingredi hunc ordinem conferre habitum. Sed prædicta fieri nequeunt ſine vera, & propria iuriſdictione, vt omnibus peritis in hac arte conſtat, ergo eam iuriſdictionem habent. Tum quia ex allegatis Bullis ſuperiores Minorum poſſunt hos Tertiarios ſubterfugientes eorum obedientiam per cenſuras Eccleſiaſticas compeſcere, & ſibi ſubijcere, ergo habent ſuper illos poteſtatem iuriſdictionis. Nam Martinus V. id exprimit illis verbis: *Omnemq; aliam iuriſdictionem exercere valeant.* Et in Bulla Innocentij IV. mandatur, vt reformentur in capite, & in membris, quod exprimitur fere in alijs, vt corrigantur in capite, & in membris. Nicolaus V. in ſua Bulla incip. *Apoſtolica Sedis*, apud de Sillis fol. 41. indulſit, quod Genera-
25 lis Tertij Ordinis in diœceſi Leodienſi poſſet viſitare etiam Fratres habitantes in proprijs domibus, eos corrigendo, incarcerando, puniendo, cum cenſuris eccleſiaſticis, inuocato etiam ſeculari bracchio, ſi opus erit. Hæc autem exerceri non poſſunt ſine iuriſdictione coactiua, & proprie dicta. Ergo Tertiarij ſubduntur huic iuriſdictioni Minorum Superiorum, etiam Regularium Tertij Ordinis.

Et ex his patet ad rationes ſententiæ oppoſitæ; nam quod Tertiarii viuentes in proprijs domibus ſint ſeculares, non tollit, quin Papa poſſit eos ſubijcere Prælatis regularibus, qui in eos exerceant poteſtatem iuriſdictionis; poteſtas enim eccleſiaſtica, non ſolum ad clericos, ſed etiam ad laicos ſe extendit; habet enim Papa ſuper vtroſq; poteſtatem etiam temporalem, ex eo, quod vtrumq; gladium habet ſpirituale, & temporale, & gladium habet ſub gladio,

dio, temporale ſub ſpirituali. Neque Tertiarij iſti ſunt mere ſecu-
26 lares, ſed medij inter Clericos, & laicos, & magis participant de clericis in eo, quod ſemper alias habiti ſunt perſonæ eccleſiaſticæ ex eo, quod vſq; ad Concilium Lateranenſe ſub Leone X. exempti remanſerunt ab oneribus laicorum, vt id expreſſe cauetur in Bulla Sixti IV. incip. *Sacroſancta*, ſub datum 20. Nouembris 1473. apud de Sillis fol. 49. in noſtro Bull. CLXI. vbi vocantur perſonæ religioſæ, & eccleſiaſticæ gaudentes priuilegijs canonis, & fori ſicut cæteri eccleſiaſtici. Nec quis dicat, Papam loqui de Tertiarijs regularibus ſub tribus votis, aut etiam de illis, qui communiter viuunt in aliqua domo religioſa, ijs enim proprie conuenit exemptio eccleſiaſticorum, quam & illis confirmauit Concilium Lateranenſe, vt videri poteſt in Bulla incip. *Dum intra* 22. in B.N. §. 20. in noſtro Bull. CXCIX. non autem de Tertiarijs habitantibus cum ſuis parentibus in proprijs domibus. Quia Sixtus IV. loquitur potiſſimum de illis, qui primo à S. Franciſco inſtituti fuerunt, qui manent in proprijs domibus ex vi Regulæ, & quibus plures Summi Pontifices eius prædeceſſores conceſſerant priuilegia, & exemptiones, vt diſertis verbis dicitur initio Bullæ eiuſdem; nam controuerſia non erat multum diſputabilis ſuper alijs Tertiarijs collegialiter, ſeu regulariter degentibus ſub communi vita, pro quibus dictum Concilium confirmauit priuilegia exemptionis.

Nec obſtat, quod in eorum profeſſione nullum emittatur votum, quaſi ex negatiua voti ſui ſtatus non poſſint à Papa ſubijci rigoroſe prælatis regularibus, vt ſunt ſubiecti religioſi ex tribus votis. Id enim dicere vanum eſt, quia ad hoc vt quis dicatur ſubditus eccleſiaſticæ iuriſdictioni, & Prælato regulari non eſt neceſſe, vt ſubijciatur ratione voti obedientiæ, cum poſſint ſubijci alio titulo eiuſdem obedientiæ virtutis, ſicut omnes fideles ex baptiſmo ſunt ſubiecti Pontifici Romano, & alijs ſuperioribus ſuis; ex illo Decalogi præcepto deſumitur quoq; ſubiectio minorum ad maiores. *In honorem habeas parentes.* Quo nomine *Parentum* veniunt omnes ſuperiores. Dum ergo Papa Tertiarios committit curæ ſuperiorũ Regularium; iſtis communicat eam poteſtatem, quæ neceſſaria eſt ad eorumdem gubernationem, & regimen non ſolum directiuum, ſed etiam coactiuum, vt iuriſdictio non ſit vana, nec infirma, ſed vtilis, & firma contra inobedientes.

Falſum

Falſum denique eſt, quod Tertiarii inobedientes ſuperioribus Minorum non peccent, ſunt enim eorum vere ſubditi,& dum requiſiti ſuper ſuis exceſsibus nolunt obedire ſubeundo pœnam, peccant leuiter, vel grauiter iuxta qualitatem culpæ, & pœnæ illi reſpondentis. Et peccare mortaliter, quando coguntur obedire ſub cenſuris, manifeſtum eſt apud omnes, nam excommunicatio ſupponit peccatum mortale, non enim imponitur pro leuibus culpis, ſed tantum pro mortalibus cap. Nemo 41. cap. Nullus 42, 11. q. 3. Quare errant ſupradicti doctores, dum tenent, hos non peccare inobediendo dictis ſuperioribus.

Idem Collector priuilegiorum exponit quandam Bullam Eugenij IV dantem poteſtatem,& iuriſdictionem ſuper Fratres Tertiarios viuentes extra communitatem, intelligendam eſſe de illis, qui fecerunt profeſsionem in communitate, & poſtea extra illam viuũt. Non vidi hanc Bullam, ideo non poſſunt ex illius tenore reſpondere; vnum ſcio quod Eugenius Tertiarios exemit à iuriſdictione Minorum ſiue tunc viuerent ſingulariter, ſiue communiter, & poteſtas Minorum ſuper Tertiarios in altera Bulla eſt gratioſa, & fauorabilis, non odioſa.

27 Habent ergo ſuperiores Minorum iurisdictionem ſuper Tertiarios ſingulariter viuentes tam coactiuam, quam gratioſam, vt hactenus viſum fuit; quod idem dicitur de viuentibus in communitate ſine ſolemni profeſsione; his autem noſtris temporibus non inueniuntur, ſed omnes qui viuunt in communitate ſunt profeſsi tria vota ſolemnia, nam Pius V. in ſua incip. *Lubricum vitæ* ſub datum 22. Nouembr. 1568. apud Rodr. Bulla 27. præcepit, vt omnes cum habitu religioſo uiuentes in communitate ſub obedientia uoluntaria deberent emittere profeſsionem de tribus uotis ſubſtantialibus, ſub pœnis in ea contentis, unde noſtris temporib. nulli inueniuntur Tertiarij, cuiuſcumq; ſint ordinis, in communitate uiuentes ſine ſolemni profeſsione, exceptis ijs, qui ſine caputio, uel etiam cum caputio uiuunt cum clauſtralibus religioſis, qui non ſunt comprehenſi in dicta Bulla, quæ loquitur tantum de Congregationibus conſtantibus perſonis omnibus ſine regulari profeſsione trium uotorum, quos Papa coegit in communitate manere uolentes ad emiſsionem profeſsionis ſolemnis illius religionis, ſub qua uiuebant ſine uotis.

C A-

CAPVT SEPTIMVM

De Hoſpitalitate exercita per Fratres.

1 *Hoſpitalitas alia ſanorum, alia infirmorum.*
2 *Lucius primogenitus S. Franciſci exercuit Hoſpitalitatem.*
3 *Hoſpitale Florentinum.*
4 *Romæ diuerſa hoſpitalia.*
5 *Florentinum, & Bononienſe.*
6 *Regienſe Fratrum de Paruolo.*
7 *Hoſpitalia Fulginei.*
8 *Iacobus pro tuendis hoſpitalibus martyr occubuit.*

1 Hoſpitalitas alia ſanorum peregrinantium, qui recipiuntur in propria domo gratis ſubminiſtrando eis neceſſaria. Alia infirmorum degentium in Xenodochijs. Hanc præcipue proſecuti ſunt ab initio Tertiarij, eam non ſpernentes. Hoc munus, & officium caritatis erga infirmos innatum eſt Fratribus primis huius Ordi-
2 nis. Nam S. Lucius primus huius inſtituti alumnus, Seraphici Patris primogenitus ſub hac Regula militans ab initio ſuæ conuerſionis cœpit hoc caritatis beneficium exercere in ægrotos, vt legitur in Cronicis par. 2. lib. 1. cap. 50. & apud Combonum cap 28. Habitu ergo Ordinis aſſumpto cum magno Spiritus feruore Deo ſeruiebat in operibus miſericordiæ diſtribuendo ſuos redditus, & prouentus in alendis peregrinis, & alijs pauperibus, quibus in defectum propriorum elemoſinas per Terras, & Villas quærendo ſuccurrebat. In æſtate cum aſino onuſto diuerſis medicinis, & alijs neceſſarijs pro infirmis peditabat per loca maritima prope Piſas, & villis Senarum infirmis pauperibus ſubueniebat. De ſubuentione pauperum per Fratres fecit mentionem Gregorius IX. in ſua ſub num. II. incip. *Deteſtanda* ex Honorio III. ſub datum 30. Martij 1228. illis verbis: *Nec fructus bonorum veſtrorum vos permittunt pauperibus erogare, licet debitis oneribus, quæ ſubire tenemini, nihil deperire contingat, alias vos plus debito, & amplius ſolito moleſtantes.* Illos eximit ab oneribus extraordinarijs, vt

pauperibus benefacere poſſent. Ex Bulla XII. Nicolai IV. incip. *Ad audientiam* 20, Septembris 1291. apud Vading. tom. 2. Bulla
3 60. colligitur, eoſdem Fratres ſpoliatos ab Epiſcopo Florentino, eo quod habitum griſeum mutauerant in album, reſumpto griſeo habitu proprio, reſtitutos fuiſſe, vt narratur in ea, ad ſua bona, & eorum adminiſtrationem, quæ erogabant in vſum pauperum, & habebant Hoſpitale, quod ſibi nonnulli ciues Florentini de conſilio Sancti Patris ædificarunt, recepto habitu huius Ordinis, vt in eo deuotius ſeruirent infirmis in eodem Hoſpitali, quod ſuis ſumptibus conſtrui procurauerant, de mandato Cardinalis Vgolini ibi legati Apoſtolici qui poſtea fuit Gregorius IX. ex Combono cap. 2. de vitis Sanctorum, & Beatorum huius Ordinis.

4 Romæ plura habebant Hoſpitalia, primo loco ſe offert Hoſpitale in Parochia S. Mariæ in Catinerijs, ex Bulla ſub num XL. Martini V. incip. *Religionis veſtræ.* Alia donatio facta fuit Fratribus Ferrarienſibus pro ſtructione Hoſpitalis à Martino V. confirmata, de qua Bulla 42. Georgius Henrici Procurator eiuſdem Ordinis cõfirmatur in regimine Hoſpitalis S. Stephani in Rotundo de Vrbe B. 49. Hoſpitale S. Mariæ Magdalenæ de Cereſal diæceſis Aſtoricenſis B. 72. in quo Hoſpitali morientibus conceditur Indulgentia plenaria ſeq. B. 73. Idem Martinus V. mandat, ne Fratres, & Sorores impediantur à ſeruitute infirmorum in Hoſpitali Foroliuienſi B. 83. Hoſpitale etiam erat vbi nunc noſtri conuentum habent ſub inuocatione S. Mariæ Vallis Viridis, vt conſtat ex Inſtrumento 9. Sorori Mariæ Gennenſi conceditur exercitium Hoſpitalitatis in ſua Domo prope Oratorium S. Geneſij cum electione confeſſarij pro ſe, & pauperibus B. 95. Mutinenſibus conceditur Eccleſia S. Brigidæ, vt in ea eleemoſinas pauperibus diſtribuere poſſint B. 85. Paulus II. in ſua 154. multa priuilegia concedit Sororibus Morinenſibus, in qua Bulla plura recenſentur Hoſpitalia ſub cura, & adminiſtratione Sororum. In alia ſub num. 169. Sorores admittuntur ad regendum Hoſpitale Ambianenſe.

Lucas Vadingus celeberrimus Trium Ordinum Croniſta tom. 6. ad annum 1454. num. 91. de Hoſpitalitate Fratrum Tertij Ordinis
5 hæc habet: *Magnum in magnis vrbibus Florentina, & Bononienſi fuiſſe Fratrum, & Sororum huius Ordinis numerum lego in varijs Pontificijs inſtrumentis, & in illa ciuitate inſigne habuiſſe & adminiſtraſ-*

ſe

ſe Hoſpitale S. Franciſci opulenter dotatum. In iſta vero aliud gubernaſſe, & poſſediſſe iuxta pontem S. Michaelis Arcangeli; eiſq; pingues facultates, & bona immobilia legaſſe Tadeum Aderati doctorem Florentinum, ex quibus illi nobiliſſimum Clariſſarum Parthenonem anno ſequenti ædificarunt.

De eodem Hoſpitali ſub inuocatione S. Franciſci in ciuitate Florentina vt mox dictum fuit, idem Vadingus eodem tomo ad annum 1456. num. fin. inquit: *Inſigne, & notabile, vt ait Pontifex, erat hoc tempore in vrbe Florentina Hoſpitale S. Franciſci alias S. Pauli Tertij Ordinis à Fratribus magna pietate miniſtratum.*

6 Regij in Lombardia Fratres, vt refertur, de anno 1238. cæperunt exercere opera miſericordiæ diſtribuendo pauperibus oſtiatim per ciuitatem panem, & vinum pauperibus, quod portabant in vaſe nuncupato *Paruolo*, à quo nomen receperunt *Frati del Paruolo*, qui ex elemoſinis, & redditibus piorum teſtantium ædificarunt locum ſatis decentem, & accommodatum pro aromataria, granario, farina, cella vinaria, pro alendis pauperibus tam infirmis, quam ſanis, prouidentes illis de Medicinis, Medicis, Chirurgis, & alijs pro ſubueniendis eorum neceſſitatibus, non ſolum ſecularibus, & clericis indigentibus, ſed etiam religioſis ſingulorum monaſteriorum Mendicantium. Locus autem pacis ab hinc annis diues abundanter factus eſt pauper, ne dicam deſolatus, & deſtitutus occaſione bellorum, qui vix miniſtros nunc ſuſtinere poteſt.

7 Circa annum 1300. Fratres plura cæperunt ædificare Hoſpitalia pro pauperibus tum ſanis, tum infirmis, & pro peregrinis, & iter agentibus, quorum nomina ſufficiat trium proferre in medium; vnum conſtruxerunt Fulginei ſub titulo S. Mariæ infra Portas, agente F. Ranutio di Michele nobili Fulginate, qui & ſecundum ſub inuocatione S. Ioannis Ieroſolimitani erexit in patria, & pro tertio Hoſpitale S. Petri de Colle Fiorito; quorum priorum locorum 1326. Paulus de Trincis Epiſcopus Fulginates regimẽ commiſit eidem F. Ranutio Tertij Ordinis, quem vocauit Rectorem, & Præceptorem dictorum Hoſpitalium; cui de anno 1347. ſucceſſit in gubernatione F. Branca eiuſdem Ordinis, & ciuitatis patritius; permanſerunt autem ea, & alia Hoſpitalia ſub cura, & dominio Fratrum Tertij Ordinis vſque ad annum 1418. & deinde

tranſierunt ſub dominio, & regimine Monachorum S. Mariæ in Campis Ordinis S. Benedicti. Ita accepi ex literis nobilis viri ſacerdotis D. Ludouici Iacobili Fulgin. de rebus Eccleſiaſticis benemeriti, qui annis prçteritis edidit vulgari idiomate pereleganti tomum primum Vitarum de Sanctis, & Beatis Prouinciæ Vmbriæ, ſecundus promiſſus cito in lucem prodibit.

8 Beatus Iacobus ſacerdos martyr occubuit pro defenſione iuris eccleſiaſtici cuiuſdam Hoſpitalis anno 1304. vt Auctoribus citatis refert Martyrologium Franciſcanum ad diem 15. Ianuarij.

Ex his habes; Fratres non ſolum bona ſua, ſed etiam propriam vitam expoſuiſſe pro tuendis pauperibus, & manutenendis pro eiſdem Hoſpitalibus, non tantum intra Italiam, ſed etiam vbique per vniuerſum orbem, vt videri poteſt apud Hiſtoricos, qui chriſtianam pietatem literis commendarunt. Hçc ſatis lectori, vt ex his diſcat ea pia opera, in quibus ab initio, & ſubſequenter Fratres Tertiarij ſe occupabant, cum Sororibus; non enim otioſi fuerunt, nec inutiles Eccleſiæ Dei, ſed iuxta eorum proprium ſtatum, & conditionem & ipſi in vinea Domini laborauerunt, & fructus dignos pænitentiæ retulerunt.

CAPVT OCTAVVM

De Tertio Ordine eleuato in Religionem remanente in vtroque eadem identitate.

1 *Tertius Ordo non fuit inſtitutus Religio.*
2 *Religioſus is proprie dicitur, qui profitetur tria vota.*
3 *Sanctus non prohibuit erectionem Tertij Ordinis in ſtatum religioſum.*
4 *Forma profeſſionis apud Flandrenſes.*
5 *Olim indicat tempus iam præteritum.*
6 *Sorores Morinenſes ante* 1440. *profitebantur tria.*
7 *Pariter Sorores Guardenſes diœceſis Tornacenſis illa emittebant.*
8 *Leodienſes item, & declarantur religioſi cum nullitate matrimonij.*
9 *Sorores Morinenſes recipiunt nouitias ſub profeſſione trium votorum.*
10 *Sixtus IV. anno* 1480. *declarat votum emiſſum eſſe ſolemne.*
11 *Innocentius Octauus dat licentiam emittendi tria vota.*
12 *Leo X. declarat Sorores ſub tribus votis veras religioſas antequam det illis Regulam.*
13 *Epiſcopus Leodienſis dat ſuis licentiam emittendi tria vota.*
14 *Anno* 1401. *emittebant votum ſolemne caſtitatis.*
15 *Ioannes XXIII. declarat illos veros religioſos, & perſonas eccleſiaſticas & illorum votum dirimere matrimonium anno* 1414.
16 *Martinus V. Sororibus in diœceſi Colonienſi viuentib. ſolemniter Caſtitatem, & Obedientiam prohibet matrimonium.*
17 *Initio igitur* 14. *centuriæ profitebantur ſolemniter.*
18 *Angelina de Corbara vouit ſolemniter anno* 1395.
19 *Certum eſt ab anno* 1400. *profeciſſe ſolemniter.*
20 *Falſum vero incepiſſe ſub Leone X.*
21 *Controuertitur, an cæperint vouere ſolemniter circa* 1300.
22 *Id probatur auctoritate Epiſcopi Leodienſis.*
23 *Proficiebant ſolemniter ante annum* 1323.
24 *Multis probatur coniecturis eorum ſtatus regularis antiquus.*

25 *Communem vitam facere cæperunt viuente Sancto Patre.*
26 *Sanctus Corradus habitum recepit à F. Ariſtide in conuentu Gorgolarij diœceſis Placentinæ.*
27 *Vita communis arguit ſtatum religioſum.*
28 *Silueſter Marulus ponit eos cæpiſſe viuere tempore Nicolai IV.*
29 *Regula facit Regularem ſi profitens exprimit vota.*
30 *Ordo cognoſcitur eſſe Religio, ſi habet Regulam, Profeſſionem, Habitum, & ſuperiorem.*
31 *Cur in Regula non fit mentio de tribus votis?*
32 *Non poteſt quis nouam Religionem inuenire tit. de Relig. domibus.*
33 *Tertius Ordo inſtitutus anno 1221. ſtatim approbatus à Honorio III. & Gregorio IX.*
34 *Tit. de Relig. domib. confirmatur in Concilio Generali.*
35 *Fratres Tertij Ordinis non comprehenduntur ſub illis iuribus.*
36 *Tertiarij ſemper potuerunt habere redditus, & poſſeſſiones.*
37 *Aliud eſt erigere Ordinem approbatum cum Regula in ſtatum regularem, aliud eſt inuenire nouam religionem.*
38 *Confirmatio reſpicit præteritum confirmatum non futurum.*
39 *Confirmatio retrotrahitur ad illud tempus, quo res primo facta fuit.*
40 *Confirmatio ſpecifica ſupplet defectum iuris humani, & purgat vitium formæ.*
41 *Confirmatio retrotrahitur, ac perinde habetur, ac ſi ab initio adfuiſſet.*
42 *Declaratio retrotrahitur ad illud tempus quo actus geſtus fuit.*
43 *Valent prædicta etiam in materia Religionis.*
44 *Confirmatio profeſſionis pro vna natione valet pro omnibus.*
45 *Adulphus aſſerit duxiſſe vitam religioſam 1323.*
46 *Votum ſolemne approbatum pro vna natione valet pro alijs.*
47 *Confirmatio non extenditur ad non expreſſa.*
48 *Fratrum votum approbatur non vt ſunt talis nationis, ſed vt ſunt Fratres de Tertio Ordine.*
49 *Ordo S. Franciſci de Paula inſtitutus 1471.*
50 *Comparantur ad inuicem duo ordines iſti quo ad exordium.*
51 *Retrotractio habet locum in præcedentia.*
52 *Itali cur non profitentur Regulam Leonis X?*
53 *Regula Leonis eadem cum Regula Nicolai 63.*
54 *Reformatio non tollit identitatem Ordinis 71.*

55 *Fratres Tertiarij ſe erexerunt profeſſione ſolemni in ſtatum religioſum.*
56 *Ordo eleuatus in regularem non fuit deſtructus, ſed magis perfectus.*
57 *Inter Ordines Sacramenti vnus alium perficit.*
58 *Aquirens nouum gradum priorem non perdit, ſic monachus factus Abbas remanet monachus.*
59 *Tertiarij Regulares cum ſecularibus faciunt idem corpus, & eandem ſeruant identitatem, & connexionem inter ſe.*
60 *Identitas nominis indicat identitatem rei.*
61 *Regula plurium Ordinum illos non ſpecificat, ſed quæ eſt ſingularis.*
62 *Profeſſionis forma eadem in vtriſq;*
63 *Regula ambæ eadem ſunt* 53.
64 Eandem *importat identitatem.*
65 *Habitum eundem portant vtriq; Tertiarii quo ad colorem.*
66 *Amictus hominis anunntias de eo.*
67 *Tertiarii Regulares deſcendunt à ſecularibus.*
68 *Succeſſor & prædeceſſor reputantur eadem perſona.*
69 *Tertiarii vtrique per eandem ſcalam Regulæ gradiuntur.*
70 *Tertius Ordo per erectionem in Regularem non dicitur in rigore reformatus.*
71 *Reformatio non tollit identitatem Ordinis reformati* 54.
72 *Rita diſtinguit eſſentialiter ſeculares à Regularibus.*
73 *Falſum eſt Regulares exordium habuiſſe à Leone X.*
74 *Regula non obligat neq; ad ventale.*
75 *Ab vna ſpecie iuriſdictionis non arguitur ad aliam.*
76 *Identitas probatur aperte per tres Bullas.*
77 *Tertiarii ſunt diuerſi, & diſtincti à Minoribus.*
78 *Ad identitatem ſufficiunt duæ demonſtrationes.*
79 *Tertiarii non ſunt membra, nec partes, nec nati ex Minoribus.*
80 *Olim incedebant ſub cruce Minorum.*

1 Certum eſt apud omnes, Tertium Ordinem prout ab initio inſtitutum, & fundatum à S. Patre Franciſco non fuiſſe in ſtatu regulari, nec pro tali approbatum fuiſſe à Nicolao IV. anno 1289. ſed erectum ſub quodam modo bene viuendi, & quidem meliore, quam quiuis alius non religioſus, vt clare colligitur ex eiuſdem Ordinis Regula, de qua dictum fuit ſub cap. 3. hic. Tertius ergo Ordo non eſt religio, nec ſuum profeſſum facit religioſum, cum illi non præſcribat profeſſionem trium votorum Paupertatis, Caſtitatis, & Obedientiæ, quorum profeſſione quis conſtitui-
2 tur vere, & proprie religioſus, cap. *Cum ad monaſterium 6. de ſtatu mon. D. Thom. 2. 2. q. 186. art. 7. in corpore ibi: Ex his trib. votis integratur religionis ſtatus. Couar. in cap. Alma mater, Relect. par. 2. §. 2. num. 8. Scotus in 4. diſt. 38. Bellarm. de Monach. lib. 2. cap. 9. & 20. Sanch lib. 8. diſp. 8. num. 12. & lib. 5. cap. 1. num. 16. Nouar. conſil. 12. de Regul. & tom. 2. Annot. 1. de Regul. num. 17. Graff. tom. 1. conſil. 9. de voto num. 8. Abbas cum Decio in cap. Eccleſia S. Marię de conſtit. num. 50. Gloſ. v. obedientiam Clem. 1. de relig. domib.* vbi Sorores Tertij Ordinis promittunt obedientiam, & habent Regulam non proprie quo ad tria ſubſtantialia, ſed quendam viuendi modum per Sedem Apoſtolicam approbatum, quod idem dicitur per Gloſ. v. Tertio Clem. 3. de ſent. excom. Tertium ergo Ordinem S. Franciſcus non inſtituit religionem, ſed ſimplicem modum viuendi meliorem modo viuendi ſecularium. *Ita Rodriq. tom. 3. q. 62. art. 1. concl. 1. cum ſuo Compend. Reſol. 136. num. 1. Miranda tom. 1. q. 39. ar. 3. Portellus v. Tertiarii num. 4. Barboſa lib. 1. de iure eccl. cap. 41. num. 178.*

3 Eſto Sanctus Pater Tertium Ordinem non erexerit in Religionem ſicut in eum ſtatum inſtituit reliquos duos, nihilominus tamen non prohibuit eius eleuationem in ſtatum regularem, cum id tam quam bonum, & perfectionem prohiberi nequeat, ſed potius perſuaderi, ideo nonnulli Fratres huius Ordinis affectantes viam perfectionis ab eo ſtatu gradum fecerunt ad ſtatum religioſum profeſſione ſolemni trium votorum ſubſtantialium, cum enim iam haberent Regulam à ſancto viro compoſitam, & à Nicolao IV. approbatam, nihil illis videbatur deeſſe niſi profeſſioni antiquæ illorum eiſdem præſcriptæ cap. 2. Reg. adiungere vota Paupertatis, Caſtitatis, & Obedientiæ ſub communi vita per ip-

ſos

ſos inſtituta, etiam fere ab origine huius inſtituti, ex dictis cap. 2. num. 22. quod etiam infra latius patebit.

In probationem, & oſtenſionem prædictorum, quod ſcilicet Tertius Ordo eleuatus fuerit in Religionem profeſſione ſolemni referuntur Bullæ Pontificiæ id clare dicentes; & poſtmodum quo tempore id acciderit, demonſtrabimus.

Ioannes XXIII. cui fuerat nomen Baltaſſar Coſſa Neapolitanus nonnulla ſtatuta cum forma Profeſſionis edita in partibus Flandriæ pro Fratribus, & Sororibus confirmauit per ſuã Bullam XXXVII. incip. *Perſonas vacantes* ſub datum 26. Auguſti 1413. approbata poſtmodum à Martino V. per ſuam Bullam LXVII. incip. *Ex Apoſtolica* 19. Iunij 1430. Verba autem formæ profeſſionis ſunt hæc: *In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti Ego N. voueo, & promitto Deo, & Beatæ Mariæ Virgini, Beato Franciſco, & omnibus Sanctis, & tibi pater N. omnibus diebus vitæ meæ eſſe obediens Domino Ioanni Papæ, & ſuis ſucceſſoribus canonice intrantibus, & viuere in Obedientia, Paupertate ſine proprio, & in Caſtitate, & obſeruare Regulam Tertii Ordinis Beati Franciſci, ſecundum declarationem Sanctæ Romanæ Eccleſiæ factam, & traditam per prædictum D. Nicolaum Papam, & cætera omnia, quæ huic modo viuendi ad ſalutem animæ conueniunt ad diſcretionem meorum ſuperiorum.*

Hæc forma ad verbum inſeritur in eadem Bulla Ioannis Papæ, & ab eo confirmatur, & ſubſequenter à Martino V. Flandrenſes autem Fratres, vt facilius inducerent illum Pontificem putatum antipapam, ſeu ſaltem dubium alios duos, qui omnes abdicarunt in Concilio Conſtantienſi, ad confirmationem ſuorum ſtatutorum, promiſerunt illi obedientiam, non quod ea exprimenda eſſet in forma profeſſionis, nullibi enim id præſcribitur eiſdem Tertiarijs.

Veriſimile autem eſt, quod ea forma erat in vſu ante annum illum confirmationis de anno 1413. vt colligitur ex illis verbis; *quod*
5 *ipſi olim*, referentibus tempus præteritum, & elapſum, non ſolum pro tempore ipſius Ioannis, qui electus fuerat menſe Maio 1410. ſed antea quoq; quia illud verbum *olim* refert præteritum tempus longe iam elapſum, Calepinus olim vertit *longo tempo* facit Tiraq. de Retractu lig. par. 1. gloſ. 9. num. 51.

6 Eugenius IV. in ſua Bulla C. incip. *Dum reducta mentis* ſub datum

27.

27. Decembris 1440. licentiam per Vicarios Generales Morinenſes conceſſam Miniſtræ, & Sororibus S. Catarinæ extra portam Altipontis oppidi S. Audomari eiuſdem diæceſis Morinenſis, viuendi in communi ſub tribus votis ſolemnibus confirmat ſupplendo omnes defectus; indulgendo, quod Miniſter eiuſdem Ordinis, aut Viſitator, aut Miniſtra, illis nolentibus, nouitias recipiat ad habitum, & profeſſionem ſolemnem. Ex quibus quoq; colligitur, eum vſum profitendi eſſe multo tempore ante, cum in Bulla fiat mentio non tantum de vno, ſed pluribus Vicarijs Generalibus, qui dederant licentiam emittendi profeſſionem ſolemnem illis Sororibus.

7 Idem Eugenius in alia Bulla CXXVIII. incip. *Annuere ſolet*, ſub datum 26. Maij 1445. profeſſionem ſolemnem trium votorum, quam etiam iuratam multis annis præteritis Sorores Monaſterij S. Ioannis Gaudenſis diæceſis Tornacenſis faciebant in manibus Viſitatoris eiuſdem Ordinis, approbat cum facultate deinceps eandem emittendi ſolemniter.

8 Nicolaus V. in ſua Bulla CXXXIV. incip. *Gratioſa benignitas*, ſub datum 19. Auguſti 1447. ad Leodienſes, refert, quod Fratres illius diæceſis tria vota ſubſtantialia conſueuerunt emittere, & emittunt in ſuis Domibus, in quibus infimul viuūt. In alia CXXXVIII. incip. *Apoſtolicæ Sedis*, ſub datum 23. Aprilis 1450. mandat executoribus, quod ordinem pro Leodienſibus approbent, & confirment cum tribus votis ſubſtantialibus, & alijs obſeruantijs, & tamquam Ordinem approbatum declarent etiam Fratres eſſe perſonas eccleſiaſticas, & religioſas; vbi quo ad tria vota ſubſtantialia citatur Eugenius IV. cuius Bulla CVI. incip. *Iniunctum nobis*, ſub datum 6. Februarij 1442. directa ad Hiſpanos Legionis, & Caſtellæ eiſdem prohibet matrimonium, & præſcribit obedientiam ſuis ſuperioribus, & factionem teſtamenti ante profeſſionem.

9 Paulus II. in ſua Bulla CLIV. incip. *Deuotionis*, ſub datum 12. Septembris 1465. Sororibus Morinenſibus indulget receptionem nouitiarum cum profeſſione trium votorum.

10 Sixtus IV. nonnullis dubitantibus de huiuſmodi votis, an eorum profeſſione Ordo eſſet eleuatus in Religionem, & an huiuſmodi votum ſolemne produceret eos omnes effectus in profitentibus

hunc

hunc Ordinem, quos producit eadem ſolemnis profeſſio in aliis Ordinibus, occurrit per ſuam Bullam CLXVIII. incip. *Ad Chriſti*, ſub datum Calendarum Decembris 1480. ſic decernendo. *Decernimus, & ſtatuimus votum præfatum ſic, vt præmittitur, emiſſum, vel quod emittetur in futurum de cætero habeat vim, & valetudinem voti ſolemnis, ac omnem inducat effectum, quem inducit votum ſolemne factum cuicunq; de religionibus à Sede Apoſtolica approbatis.* Ex quo ibidem prohibet matrimonium ſub pœna excommunicationis & attentatum mandat declarari irritum. Et initio Bullæ refertur, quod ipſemet Pontifex antea eiſdem Fratribus conceſſerat licentiam profitendi ſolemniter Paupertatem, Caſtitatem, & Obedientiam, ſed eam conceſſionem inuenire non potui in his terminis.

11 Innocentius VIII. in ſua Bulla CLXXIII. incip. *Sedis Apoſtolicæ*, ſub datum 12. Octobris 1487. dat facultatem Sorori Ioannæ Hermoſillæ in Domo Vallisoletana diæceſis Palentinæ cum alijs emittendi profeſſionem trium votorum ſubſtantialium.

12 Leo X. in ſua CCII. incip. *Ea quæ per ſedem*, ſub datum 31. Aug. 1517. declarat Sorores Tertij Ordinis in communi viuentes eſſe veras religioſas, & gaudere priuilegijs Religioſorum. Idem autem Summus Pontifex Regulam Nicolai IV. pro Tertiarijs ſecularibus accommodauit eiſdem Regularibus, quam ex eo ſam habet ſub CCVII. Priorem Bullam eiuſdem Leonis confirmauit Clemens VII. in ſua CCXI. incip. *Decet*, 27. Martii 1526.

13 Ioannes Epiſcopus Leodienſis conceſſit Fratribus licentiam emittendi profesſionem trium votorum ſubſtantialium, vt videri poteſt in eius literis ſub Inſtr. 4. num. 3. ſub datum 22. Iunij 1435.

14 Ante ſupradicta tempora nonnulli emittebant ſolemne votum caſtitatis, hoc indulſit Bonifacius IX. in ſua Bulla XXXIV. incip. *His, quæ diuini cultus*, ſub die 18. Ianuarij 1401.

15 Supra dictus Ioannes XXIII. in ſua Bulla XXXVIII. incip. *Paſtoralis officii cura*, ſub datum 30. Martij 1414. ad duo dubia pro Fratribus Traiectenſibus, ad primum de ſolemnitate voti caſtitatis an dirimat matrimonium? ad ſecundum, an ſint perſonæ eccleſiaſticæ, & religioſæ, reſpondet affirmatiue, & declarat votum caſtitatis obligare eos, ſicut obligantur profeſſi aliorum ordinum

approbatorum, & eoſdem eſſe proprie, & vere religioſos, & perſonas eccleſiaſticas; conceditq; eiſdem priuilegia tam à iure, quam ab homine conceſſa alijs religioſis, & perſonis eccleſiaſticis aliorum Ordinum.

16 Martinus pariter V. ſupra citatus in ſua Bulla LV. incip. *Humilibus*, ſub die 25. Aprilis 1427. Sororibus Domus Dugſburgenſis diæceſis Colonienſis vouentibus obedientiam ſolemniter, & Caſtitatem prohibet matrimonium.

17 Ex his auctoritatibus Summorum Pontificum manifeſtum eſt, initio decimæ quartæ centuriæ fuiſſe in vſu votum ſolemne profeſsionis inter Fratres Tertij Ordinis S. Franciſci. Et ita ſentiunt Cronica par. 3. lib. 1. cap. 38. Rodriq. tom. 3. q. 72. art. 1. Miranda tom. 1. q. 36. art. 1. Martyrol. Franciſcanum in Prologo §. Cum igitur, ad 25. Decembris §. 7. dicentes Fratres Tertij Ordinis ad exemplum Beatæ Angelinæ de Corbara, quæ ſub tribus votis ſo-
18 lemniter ſe Deo conſecrauit Fulginei in conuentu S. Annæ anno 1395. ex Ludouico Iacobillo in ſuo libro vulgari de vitis Sanctorum, & Beatorum Fulginei ibidem expreſſo anno 1628. incæperunt, inquiunt Illi, dare initium Religioni profeſsione ſolemni trium votorum ſubſtantialium.

19 Certum ergo eſt, & extra controuerſiam initio præfatæ centuriæ decimæ quartæ ordinem Tertium tunc fuiſſe, & deinceps eleuatum in Religionem, & Fratres eiuſdem Ordinis profeſsione ſolemni euaſiſſe, & in dies euadere religioſos, vere, & proprie tales eſſe, & nuncupari, quicquid dicat Rota Deciſ. 1. nu. 48. & Deciſ. 3. num. 80. extenſis infra cap. 12. n. 44. aſſerens Tertiarios Regulares originem habuiſſe à Leone X. qui illis propriam præſcripſit
20 Regulam; ſed illud omnino falſum eſt, cum ante Leonem X. eſſent Tertiarij Regulares, quibus iam exiſtentibus in rerum naturam, nouam non præſcripſit Regulam, ſed antiquam eiuſdem S. Patris à Nicolao IV. confirmatam adaptauit, & accomodauit eiſdem Religioſis ſeparando ea, quæ propria erant Tertiariorum coniugatorum, & aliorum in proprijs domibus exiſtentium, vt per hoc ſcirent Regulares, quæ pertinerent ad eorum ſtatum Regularem; nouam ergo Regulam eis non dedit, ſed antiquam pro eis moderatus eſt. Lege initium eius Regulæ, & hæc omnia eſſe certa perſpicies.

21 Controuertitur vero, an antea Fratres Tertij Ordinis profiterent ſolemniter tria vota ſubſtantialia, & id videtur probari poſſe tum auctoritate, tum ratione.

22 Auctoritate quidem Epiſcopi Leodienſis nuncupati Ioannis cognomine Erkel, ſeu Arkel, patria de Cibel, qui electus Leodij Epiſcopus anno 1364. obijt Calendis Iulij 1378. ex Cronicon Gualteri Belgæ, vbi enumeratur 77. Epiſcopus illius Eccleſiæ; iſte autem Epiſcopus Fratribus Leodienſibus nonnullas ordinationes, & priuilegia fecit, & conceſſit, quæ omnia poſtmodum Nicolaus V. in ſua Bulla CXXXVIII. incip. *Sedis Apoſtolicæ*, ſub datum 23. Aprilis 1450. confirmauit eiſdem. In qua quidem Bulla bis fit mentio de profeſſione eorum trium votorum, primo loco de conceſſione facta ab Eugenio IV. profitendi ſolemniter, vt ſuperius dictum fuit; ſecundo loco habentur ſequentia: *Necnon prædictum Ordinem de Pœnitentia nuncupatum cum tribus votis ſubſtantialibus annexis, & alijs ſalutaribus obſeruantijs, approbare, & confirmare, & tamquam Ordinem approbatum inſtituere, dictoſq; Fratres religioſos, & eccleſiaſticos eſſe, &c.* Quæ hic dicuntur de tribus votis referuntur ad ordinationes factas per dictum Epiſcopum Leodienſem confirmata à Nicolao V. in dicta Bulla; & cum ille vixerit Epiſcopus inter annos 1364. & 1378. ante id tempus Fratres ſolemniter profeſſionem ſolebant emittere de tribus votis, ac proinde eſſe religioſi proprie dicti, nã in eius inſtrum. 2. Collect. Inſtrum. habet hæc verba: *Fratres prædictarum Domorum, & locorum viuere in eiſdem in continentia, & ſub obedientia regulari.* Patet ergo eorum ſolemnis profeſſio etiam ante annum 1372. quo ille Epiſcopus fecit Religioſis priuilegium.

Deinde Adulphus pariter Epiſcopus Leodienſis in ſuo Diplomate
23 ſub inſtrum. 1. ſub datum 1323. in octaua Pentecoſtes, quæ eo
anno fuit 22. Maij, ſupponit eos religioſos, dum ait illos elegiſſe
vitam religioſam, igitur valde probabile eſt, illos cæpiſſe circa annum 1300. viuere ſub tribus votis.

24 Ratione autem probatur deſumpta ex triplici capite, primo ex communi vita horum Tertiariorum; ſecundo ex approbatione Regulæ; tertio ex confirmatione, & declaratione eorum profeſſionis ſecundum tria vota ſubſtantialia hos Tertiarios conſtituentia in ſtatu religioſo.

25 Communem vitam Fratres Tertij Ordinis agere cæperunt ab initio fere Ordinis, viuente adhuc Sancto Patre, vt inſinuaui cap. 3. num. 22. in Hoſpitali Florentino, quod & teſtatur Lucas Vading. ad annum 1222. num. XXII. de F. Bartolomeo his verbis: *Nouo ſuo diſcipulo ob pietatem, & ſingularem rerum agendarum prudentiam vir Dei tanto charitatis adhæſit affectu vt ſocios ei dederit, ex Fratribus, qui illi cohabitarent; auctoritatem inſuper addiderat alios ad ordinem recipiendi, & girouagos eidem reconciliandi.* In partibus Alemaniæ vitam degebant in communi ex Bulla XV. Bonifacij VIII. incip. *Cupientes* ſub datum die 2. Iulij 1295. ſex annis poſt confirmationem Regulæ illis verbis: *Propoſitum fuit coram Nobis, quod vos plures domos, & loca in diuerſis partibus Alemaniæ ſuperioris obtinetis, in quibus ſub communi vita degitis in obſequentia Ordinis de Pænitentia.* De eadem communi vita in diuerſis alijs locis fit mentio in Bullis XXVIII. XXIX. XXXI. XXXIV. XXXVI. LIII. LXIX. CVI. CXII.

26 Petrus Maria Campus olim Canonicus Cathedralis Placentiæ nunc in Domino defunctus in vita S. Conradi Regularis huius Ordinis fol. 25. refert, hunc Dei ſeruum recepiſſe habitum Tertij Ordinis in loco, qui dicebatur *Gorgolare* in diæceſi Placentina circa annum 1315. vbi communiter viuebant Fratres huius Ordinis ſub obedientia F. Ariſtidis, qui eidem Corrado contulit habitum ſui Ordinis, prædicendo illius futuram ſanctitatem; *hæc Campus refert ex Hieronimo Apulo, & ex Vincentio Litara in Corrad. lib. 3.* Nullatenus ergo dubitandum eſt de hac communi vita, quam agebant Fratres ab exordio Ordinis, & in qua continuo perſeuerarunt Deo diuinis officijs inſeruientes, ex quo deduci iure poteſt Fratres huiuſmodi ad minus poſt acceptam ſuæ Regulæ confirmationem cæpiſſe in ea vita communi nuncupare tria ſubſtantialia vota Omnipotenti Deo; communis enim vita id efficaciter

27 arguit, cum profeſſio regularis, & ſtatus religionis eſſe non poſſit ſine illis tribus votis, nec communitas conſeruari poteſt ſine capite, cui promittitur obedientia Deo, quem repræſentat, aliter cenſenda eſſet acephala; & cum ab huiuſmodi communitate virorum arcendæ, & prohibendæ ſint mulieres, infertur in eiſdem votum caſtitatis, ad cuius cõſeruationem, & cuſtodiam optimum medium, & efficax principium eſt ipſummet continentiæ votum.

Demum

Demum ita Paupertatis votum neceſſarium eſt ad conſeruandam communem vitam, vt ſine eo diu conſiſtere non poſſit, dum enim vnuſquiſq; ſibi aquirit, & non communitati, impoſſibile eſt in communi viuere, quia nihil commune reperitur diuidendum inter Fratres, dum quiſq; ſibi appropriat id, quod in communitate reponendum eſt. Communis ergo vita, in qua Fratres continuo permanſerant, arguit eam per ipſos traductam fuiſſe ſub profeſſione trium votorum, ſine quibus diu conſeruari non potuiſſet, vt hactenus conſeruata eſt, & in futurum, dante Deo, & coadiuuāte, vſq; in finem & in diem iudicij perſeuerabit. Confirmatur id, quia Doctores, qui ſcripſerunt in cauſa præcedentiæ, quæ vertebatur inter Canonicos Lateranenſes Regulares, & Monachos Caſſinēſes tempore Pij IV. ſtatus religioſi exordium deduxerunt ex vita communi, quæ ſine profeſſione trium votorum diu durare non poteſt, *Scipio Lancellotus in ſua Allegatione apud Tamb. tom.* 1. *de iure Abbat. diſp.* 25. *q.* 1. *à num.* 33. *ad* 40. ergo nos idem concludere poſſumus de Tertio Ordine, qui à S. Franciſco licet fuerit inſtitutus ſine ſtatu religioſo, & amē conſtat eſſe eleuatum in ſtatum regularem, & ignoratur exordium huius eleuationis, ideo illud coniecturis aſſequi poſſumus fundatis in vita communi, quam Fratres exercebant etiam ante annum 1300. vt viſum fuit. Nec argumentum hoc plus probat, quam velit, dum ſuperius oſtenſum fuit, ab exordio Ordinis introductam fuiſſe vitam communem, quia ex communis vita cum tunc careret Regula approbata non erat ſufficiens argumentum inferendi ſtatum regularem, in quem Ordo eleuari non poterat ante approbationem Regulæ factam per Nicolaum IV. anno 1289.

28 Silueſter Marulus, ſeu Mauroſicus in ſuo opere inſcr. *Mare Oceano di tutte le Religioni del mondo* lib. 4. cap. 2. fol. 259. ſequentia habet in confirmationem prædictorum.

Doppo Nicolo Papa IV. à petitione d'alcuni li conceſſe il Capucio, e coſi s'incominciorono ad vnire tutti inſieme, & ad edificare noui Monaſterij, promettendo li tre voti eſſentiali, & dall'iſteſſo Pontefice li fù conceſſo vn Protettore, e per vn tempo ſtettero ſotto la protettione de Zoccolanti.

Hic approbo præciſe dictum de profeſſione trium uotorum, quod facit ad præſentem materiam, cætera ſuis locis ſunt examinanda.

Idem.

Idem ſupponit Collector priuileg. v. Tertiarij poſt num. 24. his uerbis: *Eſt inſuper ſciendum, quod huiuſmodi Tertiarij ſcilicet ſeculares non gaudent priuilegijs temporalibus Fratrum Minorum. Unde videtur quod non extendantur ad eos communicationes priuilegiorum, quas fecerunt Tertiarijs Nicolaus IV. & Sixtus IV. ſed ſolum intelligi debent de Tertiarijs, qui ſunt religioſi:* Ergo ſi Nicolaus IV. conceſſit Tertiarijs priuilegia, quæ conuenire non poſſunt ſecularibus, iam ſuo tempore erant in eccleſia alij Tertiarij religioſi, quibus talia priuilegia fuerunt conceſſa.

29 Regulæ approbatio per Nicolaum IV. anno 1289. aptiſſimum eſt argumentum aſſerendi tunc temporis Fratres ſuæ profeſſioni tria uota ſubſtantialia addendi occaſionem ſumpſiſſe, ſicut enim Religio ſine Regula conſiſtere nequit, cum per Regulam qualibet Religio ſpecificetur, ita uidetur conſentaneum, immo neceſſarium, ut Regula ſtare non poſſit ſine ſuo effectu formali, qui eſt ſpecificare, & dare eſſe Religioni, petita per Fratres profeſſione

30 uotorum. Confirmatur, quia aliquem Ordinem eſſe religioſum proprie acceptum cognoſcitur ex quatuor, nempe Regula, Superiore, Profeſſione, & Habitu; ſed Tertius Ordo ex eo tempore habuit illa quatuor approbata, & autenticata à Nicolao IV. ut patet legenti Regulam ab eodem confirmatam, in quo fit mentio de Superiore, Profeſſione, & Habitu & licet in ea non præſcribatur profeſſio trium uotorum, non inde inferunt eorum promiſſionem fuiſſe Fratribus interdictam, ſed omiſſa fuit, ex eo, quod Regula

31 exhibeatur communis, & indifferens omnibus, qui uolebant aſſumere illum ſtatum iuxta conditionem ſingulorum, ſiue erant ſoluti, & liberi, ſiue coniugati, & obligati, ita quod Sanctus Pater, & Summus Pontifex ſuper uotis nihil diſpoſuerunt, ſed reliquerunt ingredientes in ſua libertate addendi tria ſubſtantialia uota profeſſioni eorum præſcriptæ cap. 2. Regulæ. Et cum nulla eſſet prohibitio addendi profeſſioni uota prędicta, ueriſimile eſt, ea tunc incæpiſſe eidem adiungere, Ordo enim ipſe iam ab initio ſui ortus 1221. approbatus fuit à Summis Pontificibus, ſucceſſiue quampluribus priuilegijs munitus, & alijs prærogatiuis commendatus, & tandem Regula eiuſdem ab initio Fratribus ſuis propoſita, & obſeruata, tandem à præfato Pontifice Romano Nicolao IV. commendata, confirmata, & approbata fuit, ex quo

cauſam

cauſam ſuadentem,& inuitantem, exhortantem,excitantem quoque ne dicam impellentem ad tam ſalubre conſilium nuncupandi Deo vita religioſa habebant.

32 Prædictis obſtare videtur conſtitutio Innocentij III. relata ſub titulo de relig. domib. facta in Concilio Lateranenſi celebrato anno 1215. in hæc verba: *Ne nimia Religionum diuerſitas grauem in Eccleſiam Dei confuſionem inducat, firmiter prohibemus, ne quis de cætero nouam Religionem inueniat, ſed quicunq; ad Religionem conuerti voluerit, vnam de approbatis aſſumat. Similiter qui voluerit religioſam Domum de nouo fundare, Regulam, & inſtitutionem accipiat de approbatis.*

33 Sed Tertius Ordo licet conſtitutus fuerit anno 1221. à S. Franciſco,& ab Henrico III. & Gregorio IX. confirmatus, vt patet ex Bullis initio noſtri Bullarij extenſis, non tamen vt Religio, ſed vt quidam ſpecialis modus bene viuendi melior, quam ſint modi viuendi laicorum; non potuerunt ergo ijdem Fratres ſolemni profeſſione ſuum ordinem erigere in nouam Religionem contra conſtitutionem illius Concilij.

Accedit, quod in Concilio Lugdunenſi celebrato ſub Gregorio X. electo anno 1271. defuncto vero 1276. factum fuit aliud decretum præfatæ conſtitutionis confirmationum tenoris ſequentis.

34 *Religionem diuerſitatem, &c. diſtrictius inhibentes, ne aliquis de cætero nouum Ordinem, aut Religionem adinueniat, vel habitum nouæ Religionis aſſumat. Cunctas affatim Religiones, & Ordines Mendicantes poſt dictum Concilium adinuentos, qui nullam confirmationem Sedis Apoſtolicæ meruerunt perpetuæ prohibitioni ſubijcimus, & quatenus proceſſerant reuocamus. Confirmatos autem per ſedem eandem, poſt idem tamen Concilium inſtitutos, quib. ad congruam ſuſtentationem redditus, aut poſſeſſiones habere profeſſio, ſiue Regula quælibet interdicunt, ſed per quaſtum publicum ſolet tribuere victum incerta mendicitas, decernimus ſubſiſtere infraſcripto, videlicet: profeſſoribus eorundem Ordinum, ita liceat in illis remanere ſi velint quod nullum ad eorum profeſſionem admittant, nec de nouo Domum, vel aliquem locum aquirant; nec Domos, ſeu loca, quæ habent, alienare valeant, ſine ſedis eiuſdem licentia ſpeciali. Nos enim ea diſpoſitioni Sedis Apoſtolicæ reſeruamus in Terræ Sanctæ ſubſidium, vel pauperum, vel alios pios vſus per locorum ordinarios, vel eos, quibus Sedes Apoſtolica commiſerit conuertenda. Si vero ſecus præſumptum fuerit, nec perſonarum*

receptio, nec Domorum, vel locorum aquiſitio, aut ipſorum, cæterorumq; bonorum alienatio valeat, & nihilominus contrarium facientes ſententiam excommunicationis incurrant. Nouus ergo Ordo, noua Religio prohibetur, & ſi receperit approbationem à Sede Apoſtolica, adhuc alios recipere ad profeſſionem non poteſt, nec nouos conuentus aquirere, ſed tantum permanere in aquiſitis, aliter incurrunt excommunicationem.

35 Sed his non obſtantibus, Fratres Tertij Ordinis ſine tranſgreſſione prælibatarum conſtitutionum poterant ſolemniter profeſſionem emittere, & ad eandem nouitios recipere, & aquirere nouos conuentus, ſine alia licentia, quia vt aperte conſtat, ſupradicta prohibitio, afficit tantum illos, qui ex profeſſione, vel Regula prohibebantur habere redditus, aut poſſeſſiones; certum autem eſt

36 Tertium Ordinem ab initio, & ſemper potuiſſe habere redditus, & poſſeſſiones, cum nullo modo prohibeatur habere in communi, & in particulari, quatenus pro eo tempore eius profeſſores non promittebant votum Paupertatis, quod eſt abdicatio proprietatis. Ita Peyrin. ad Conſtitut. Pyrrhi num. 3. Deinde Ordo iſte ab Honorio III. & ſubſequentibus Papis continuo confirmatus fuit, non ſolum poſt Concilium Lateranenſe, ſed etiam poſt Lugdunenſe ſub Gregorio X. à Bonifacio VIII. Bulla XV. qui illis loca plura habentib. in partibus Alemaniæ ſub communi vita conceſſit oratoria, & Sacramentorum vſum, abſq; vlla derogatione dictornm Conciliorum, argumentum euidens, quod ſub illorum conſtitutionibus Fratres Tertiarij non comprehenduntur. Nicolaus IV. Paulo ante Bonifacium eiſdem confirmauerat Regulam, & ſecundum eam nouitios recipere poſſent, nulla facta mentione de dictis Conſtitutionibus. Inſuper aliud eſt inuenire nouam Religionem ſimpliciter, quæ ante erectionem nihil antiquitatis ha-

37 bet ante ſe; aliud eſt ordinem approbatum cum ſua Regula, & profeſſione eleuare in Religionem, & in ea profiteri ſolemniter, illud enim prohibetur, non vero hoc poſterius, quod ſimpliciter non eſt inuenire nouam Religionem, aut Regulam, cum antiqua profiteatur, qualis eſt Tertia S. Franciſci, dicit enim Concilium Lateranenſe: *Qui voluerit Religioſam Domum de nouo fundare, Regulam, & inſtitutionem accipiat de approbatis.* Certum autem eſt, quod Fratres Tertiarij circa annum 1300. volentes fundare Do-

mum

mum Religioſam, acceperunt Regulam, & inſtitutum ex approbatis; ſiquidem Ordo, & Regula Tertia S. Franciſci erant approbata eo tempore, vt luce clarius eſt. Potuerunt ergo Fratres ſolemniter profiteri, & ſuum Ordinem erigere in Religionem, quod nouum non erat, dum vetus, & aliquid noui legitime coniunguntur ad inuicem, ſine deſtructione alterius. Demum concedamus conſtitutiones vtriuſq; Concilij habere locum in Tertio Ordine, quod non admittimus propter argumenta adducta, adhuc noſtra ſententia ſubſiſtit, nimirum, Tertium Ordinem fuiſſe eleuatum in Religionem circa annum 1300. dum Summi Pontifices ſolemnem profeſſionem, vt vidimus, approbarunt, & decreuerunt, vota ſubſtantialia Paupertatis, Caſtitatis, & Obedientiæ emiſſa per Fratres in hoc Ordine, producere eoſdem effectus, quos eadem vota efficiunt in alijs Ordinibus, & Religionibus, nam per huiuſmodi approbationem, confirmationem, & declarationem retrotrahitur in eorumdem votorum, & profeſſionis ad illud tempus, quo cœperunt Deo nuncupari.

Confirmatione ergo & declaratione factis per Summos Pontifices, vt ſuperius dictum fuit, profeſſio per Tertiarios emiſſa ante habita fuit ſolemnis, ac proinde ipſorum Ordinem tunc temporis eleuatum, & erectum fuiſſe in Religionem dictis confirmatione, & de-
38 claratione. Nam confirmatio reſpicit præteritum, non futurum, neq; enim confirmari poteſt, quod nondum eſt, ac proinde Sixtus IV. confirmando votum profeſſionis emiſſum à Tertiarijs corroborauit illud retrotrahendo actum confirmationis ad illud tempus, quo primum Fratres vota emiſerunt, & eſto pro illo tunc carerent ſolemnitate, tamen per ſuperuenientem confirmationem
39 ſolemnitas retro trahitur, & afficit vota, ac ſi emiſſa fuiſſent cum qualitate ſolemnitatis, ſi illa tunc carebant, quia ea confirmatio non fuit vulgaris, & in forma communi, ſed ſpecialis, & in forma ſpecifica, cum præciſe Papa decreuerit votum emiſſum per Tertiarios eſſe ſolemne, forma enim ſpecifica ſupplet omnem defe-
40 ctum iuris humani, & purgat vitium formæ, perſonæ, & ſolemnitatis, *Angel. in l. Adoptio non iure facta ff. de adopt. Oldrad. conſil. 257. gloſ. in cap. Frater 17. q. 4. ex illis Ioannes Baptiſta Coſta de Retrotract. cap. 8. num. 12.* Confirmatio igitur retrotrahitur regulariter

41 ad tempus actus confirmati, ac proinde habetur, ac ſi ab initio adfuiſſet, *l. ſi donata §. Si Sponſus ff. de donat. inter vir. & vxor. l. fin. C. Si maior factus alien. Bald. in cap. 1. de fide inſtrum. allegatus Coſta num. 3.*

Adde, quod Sixtus IV. in præcitata Bulla non ſolum confirmauit, ſed ſimul etiam declarauit, vota per Fratres, de quibus dubitabatur an eſſent ſolemnia, an non, emiſſa fuiſſe ſolemnia, ac proinde eam ſolemnitatem in ſe habuiſſe ab initio, quo per Fratres nuncupata fuerunt Deo, nam declaratio in omni

42 actu retrotrahitur ad tempus diſpoſitionis declaratæ, etiam ſi extrema non ſint habilia, *l. Hæredes palam, §. Si quid poſt, ff. de teſtam. vbi Caſtrenſis, Imola, & Aretin. Iaſon. in l. Si is, qui in fundi vocabulo ff. de legat. 1. num. 53. Surd. deciſ. 29. numero 4. & 8. Gabriel in ſuis communibus tit. de Regul. iur. concl. 3. num. 9. ex illis Ioannes Baptiſta Coſta de Retrotr. cap. 8. num. 1.*

43 Quod confirmatio retrotrahat ad tempus actus geſti, ac ſi tunc confirmatus fuiſſet, etiam in præſenti materia Religionis, & votorum, *ex Baldo in l. 1. C. de teſtam. manu. Pariſ. par. 1. conſil. 19. num. 37. docet Tamb. tom. 1. de iure Abbatum diſp. 25. q. 1. num. 290. §. Præterea dicitur*, licet autem illi nihil tangant de materia præſenti, tamen Aduocati in cauſa præcedentiæ inter Canonicos, & Caſſinenſes illos citant, & applicant eorum doctrinam ad præſentem materiam, quam nos præ manibus habemus.

44 Reſtat difficultas non leuis, an confirmatio, & approbatio votorum facta pro Fratribus vnius nationis ſe extendat ad totum Ordinem? Exempligratia Ioannes Vigeſimus Tertius de anno 1413. 26. Auguſti confirmauit Flandrenſibus Formam profitendi ſolemniter cum tribus votis, vt dictum fuit, confirmauit Statuta Leodienſibus emanata à Ioanne Erkel continentia tria vota, ſub his verbis: *Necnon prædictum Ordinem de Pœnitentia nuncupatum cum tribus votis ſubſtantialibus annexis, & alijs ſalutaribus obſeruantijs approbare, & confirmare, & tamquam Ordinem aprobatum inſtituere, dictoſque Fratres religioſos, & eccleſiaſticos eſſe, &c.*

Modo

Modo ad rem noſtram Adulphus Epiſcopus Leodienſis ſupra n. 23. aſſerit de anno 1323. Fratres vitam religioſam degere; pariter
45 eius ſucceſſor Ioannes Erkel de anno 1372. dixit, illos viuere ſub obedientia, & regulari diſciplina ſub communi vita degentes, in continentia, & ſub obedientia regulari. Et Bonifacius VIII. de quo ſupra ſub num. 25. ait eos in partibus Alemaniæ anno 1295. habere plures Domos, in quibus ſub communi vita degunt in obſeruantia Ordinis, quæ verba plane indicant, illos tunc temporis profiteri tria vota ſubſtantialia. Quare concludendum eſt, confirmationem factam non ſolum à Sixto IV. ſed etiam à Nicolao V. & ab alijs Pontificibus Romanis, declarando eos veros religioſos, & perſonas Eccleſiaſticas ſub tribus votis ſubſtantialibus, eſto alias illa ſolemniter emittere non potuiſſent, quod negamus, retrotraxiſſe efficaciam, & vim ſolemnitatis votorum, ac ſi huiuſmodi confirmatio facta fuiſſet de anno 1300. quo aſſerimus hunc Ordinem eleuatum fuiſſe in religionem emiſſione profeſſionis trium votorum.

46 Sed redeundo ad difficultatem, an ſcilicet profeſſio ſolemnis approbata, & confirmata pro Flandrenſibus, & Leodienſibus, affecerit ſimpliciter Ordinem hunc, vt dicatur tunc eleuatus abſolute in Religionem? Ratio dubitandi pro negatiua eſt, vt illi Fratres tantum ſupradictarum nationum ſint vere religioſi, & non alij, quorum profeſſio non fuit à Sede Apoſtolica approbata, præſertim in Italia, niſi à tempore Sixti IV. qui ſimpliciter, & abſolute decreuit, & declarauit votum alias emiſſum eſſe ſolemne. Illæ ergo confirmationes vt ſpeciales comprehendere non poſſunt totum Ordinem, maxime cum, vt aiunt Doctores, confirmatio non
47 extendatur ad non expreſſa in confirmato, *ad l. Aurelius* §. *In teſtamento ff. de liber. agnoſc. Bald. in l. Nominatione C. de appellat. Corneus vol. 3. conſil. 224. num. 1. Ruin. vol. 1. conſil. 154. num 10. Farin. vol. 4. deciſ. 119. num. 10. alios citat Coſta cap. 8. de Retrotract. num. 11.*

Sed huic difficultati occurrendum eſt primo, dicendo Sixtum IV. generaliter, abſolute, & ſimpliciter approbaſſe votum emiſſum in Tertio Ordine habuiſſe in præteritum, & in futurum emittendum, eſſe habiturum vim voti ſolemnis ſicut habent profeſſiones, quæ in alijs Religionibus emittuntur, & hac ratione tollitur ratio du-

bitandi, quia confirmatio facta per Sextum IV. non dicitur ex-
tendi, ſed immediate, & directe ex intentione Romani Pontificis
comprehendere omnes, & ſingulos Fratres profeſſionem emit-
tentes in Tertio Ordine. *Secundo* in confirmationibus ſupradictis,
in quibus fit mentio de Flandrenſibus, & Leodienſibus, ac etiam
Alemanis, duo ſpectantur, Fratres talium nationnm, qui confir-
mationem petierunt, & res confirmata, nimirum eorum profeſſio
approbata, & perſonæ ſic profitentes declaratæ religioſæ, & per-
ſonæ eccleſiaſticæ; confirmatio non refertur ad Fratres prout ta-
48 lis, & talis nationis, ſe enim habent demoſtratiue, ſed in ratione
Fratrum Tertiariorum profitentium, quorum vota, & ſtatus ap-
probantur vti perſonæ eccleſiaſticæ, eorum ergo ſtatus, & pro-
feſſio decernitur, approbatur, & declaratur religioſus, eccleſiaſti-
cus, & ſolemnis profeſſio, qui ſicut communis eſt omnibus Ter-
tiarijs, & alijs volentibus aſſumere hunc ſtatum ſub tribus vot's,
ita pro omnibus indifferenter approbatur. Flandrenſes ergo, &
Leodienſes non vt talium nationum, ſed vt Fratres Tertij Ordinis
eleuati in religioſum ſtatum declarati ſunt perſonæ religioſæ, &
eccleſiaſticæ, conſequenter Ordo ipſe ſuos repræſentans Fratres
indiſtincte, ſiue huius, ſiue alterius nationis declaratur, & confir-
matur Religio. Declaratio igitur & confirmatio huiuſmodi ex-
tenſiua non eſt, ſed comprehenſiua Fratrum quotquot ſunt Ter-
tij Ordinis pro quolibet tempore eleuati in ſtatum religioſum.

Ex hactenus adductis certum omnino eſt Tertium Ordinem, qui ab initio à S. Franciſco inſtitutus fuit ſine ſtatu religioſo, & ſine trib. votis, poſtmodum eleuatum fuiſſe, & erectum in Religionem, & ſtatum religioſum, & eccleſiaſticum ſub tribus votis per ſolemnem profeſſionem Paupertatis, Caſtitatis, & Obedientiæ. Initium vero huius eleuationis incertum eſt, nam illud nonnullis coniecturis deduximus ab anno 1300. certitudinem vero eiuſdem temporis notauimus ſupra ſub num. 17. eleuationem in ſtatum religioſum profeſſione trium votorum incepiſſe, ſeu potius extitiſſe de anno 1372. dum Ioannes Eikel in ſuo diplomate mentionem facit de Obedientia, & Continentia Fratrum.

Sed quid concludendum eſt in controuerſia præcedentiæ, in qua vna religio habet certitudinem euidentem circa initium ſuum, altera vero non habet, niſi ex coniecturis, vel ex tali tempore no-

tum

tum eſt eius exordium? Ponam exemplum inter meam Religionem, & illam Minimorum S. Franciſci de Paula. Congregatio
49 S. Franciſci de Paula confirmata fuit Religio ſub tribus votis à Pyrrho Archiepiſcopo Coſentino ſub datum 30. Nouembris 1471. quæ cum ſuis priuilegijs ab eodem conceſſis confirmata fuerunt de ordine Sixti IV. per Epiſcopum S. Marci, ſed de tempore confirmationis non conſtat, ſed tantum de commiſſione facta dicto Epiſcopo, ſub datum 19. Iunij 1473. poſtea idem Sixtus prædicta omnia ex certa ſcientia confirmauit anno 1474. die 27. Maij. Hæc in longum refert Peyrinus tom. 1. priuileg.
50 Tertius Ordo Sancti Franciſci inſtitutus anno 1221. approbatus ab Honorio III. Gregorio IX. cum Regula ab eodem ſancto dictata, & confirmata à Nicolao IV. anno 1289. tranſiuit in Religionem circa annum 1360. vt ex conjecturis, & ex retrotractione diuerſarum confirmationum colligitur, ac proinde longe prius eſt quoad ſtatum religioſum Religione Minimorum, quæ exordium habuit ab anno 1471. Si vero inſpiciamus confirmationes, & approbationes prout ex nunc, ideſt, pro eo tempore, quo factæ fuerunt, adhuc Tertius Ordo in ratione Religionis prior eſt ordine regulari Minimorum, nam Ioannes XXIII. anno 1413. approbauit formam profeſſionis Tertiariorum, ſub tribus votis, de quo ſupra num. 15. Poſtmodum Nicolaus V. vt ſub num. 22. viſum fuit, anno 1450. mandauit approbari eandem ſub trib. votis, & declarari ſic profitentes eſſe vere perſonas eccleſiaſticas, & religioſas, ergo Religio Tertij Ordinis longe ante fuit priuſquam S. Franciſcus de Paula Ordo fuerit approbatus, cuius confirmatio facta fuit anno 1471. à Pyrrho, & 1474. à Sixto IV.

Sed pro Minimis objici poteſt, quod allatæ confirmationes Tertij Ordinis regularis per Ioannem XXIII. & Nicolaum V. fuerũt non totius Ordinis, ſed Fratrum nationum Flandriæ, & Leodienſium, Confirmatio vero totius Ordinis ſub tribus votis facta fuit à Sixto IV. de anno 1480. qui decreuit, votum Obedientiæ, Paupertatis, & Caſtitatis poſt annum probationis emiſſum, de quo dubitabatur an eſſet ſolemne, & obligaret vt tale, eſſe ſolemne, ac omnẽ inducere effectum, quem inducit votum ſolemne factum in qualibet religione à Sede Apoſtolica approbata. Dum ergo ante annum 1480. dubitabatur, an eſſet ſolemne, ſignum eſt, tunc

temporis hunc Ordinem non fuiſſe ſtatum religioſum. Nihilominus reſpondendum eſt, Tertium Ordinem ante Congregationem Minimorum erectum fuiſſe in Religionem, vt probatum fuit;nec obſtat, quod in confirmationibus Ioannis XXIII.& Nicolai V. fiat mentio de ſolis Flandrenſibus, & Leodienſibus, quia ipſi petierunt non ſolum pro ſe, ſed etiam pro Ordine vt ſic, quatenus ſcilicet Tertij Ordinis Fratres poſſent profiteri tria vota ſubſtantialia, vt amplius in præcedentibus probatum fuit. Deinde ignorantia, & dubium perſonarũ idiotarum non debent nocere huic Ordini,quin dicatur erectus antea in ſtatum religioſum, quia huiuſmodi ſtatus iam exiſtens perturbari non debet errore, & ignorantia aliquorum cum ab illis non dependeat, ſed ab approbatione, & confirmatione Apoſtolica, de qua ſuperius conſtat. Demum Papa Sixtus IV. approbat eorum votum vt ſolemne non ſolum in futurum emittendum,ſed etiam in præteritum emiſſum,quod conſtat emiſſum fuiſse,antequam exiſteret Congregatio S. Franciſci de Paula.

51 Et quod in materia præcedentiæ approbatio, & ratificatio prout ex tunc locum habeat docui pluribus in Theatro Præced. q. 144. ad quem locum remitto lectorem. Et in ſtatu præſenti non debet eſse aliqua difficultas, quia Papa apertis verbis decernit votum non ſolum emittendum, ſed etiam antea emiſsum pro ſolemni habendum eſse; conſequenter huiuſmodi decretum, ſeu declaratio ſpectanda eſt non ſolum prout ex nunc in futurum,ſed etiam prout ex tunc reſpectu votorum emiſsorum, cum fiat mentio in Bulla de vtroque.

52 Et prædicta procedunt ,ſiue Fratres Tertiarij profiteantur Regulam Leonis X. exhibitam anno 1521. ſiue Regulam Nicolai IV. quam ſibi accommodauerunt Itali, qui in ſua profeſſione nullam mentionem faciunt de Regula Leonis X. & quidem cum ſuo fundamento,nam Tertiarij Regulares extra Pontificatum Pij V. in Italia nonquam fuerunt ſubiecti Minoribus de Obſeruantia, quibus Tertiarios Regulares ſupponit Regula Leonis X. eſſe ſubiectos, ideo illis non expediebat profiteri eam Regulam, ne manerent ſubiecti Minoribus de Obſeruantia. Non ſolum igitur Itali, qui nonquam agnouerunt Regulam Leonis, ſed ſemper profeſſerunt Regulam Nicolai, ac proinde ſemper ſeruarunt antiquitatem, &

iden-

identitatem Ordinis. Verum etiam alij Tertiarij extra Italiam profitentes Regulam Leonis ſeruant eandem antiquitatem, quam
53 Itali, quia Regula Leonis non eſt noua, nec diuerſa à Regula Nicolai, ſed omnino eadem, demptis quibusdam, quæ repugnat ſtatui religioſo, vt dicitur in proæmio eiuſdem, ibi: *Pretioſum à vili ſeparantes eandem Tertiam Regulam in modum, qui ſequitur diſtinctam de nouo confirmamus.* Non diuerſam, ſed eandem Nicolai IV. confirmat ſeparando ab ea vile à pretioſo, ideſt, ea quæ ſunt coniugatorum, & aliorum, quæ non ſpectant ad ſtatum religioſum. Leo igitur X. nouam Regulam non dedit diuerſam à priori Nicolai IV. ſed eam tantum reformauit, & accommodauit Tertiarijs Regularibus, quod fecit ad inſtantiam Minorum de Obſeruantia,
54 vt hac ratione ſibi ſubijcerent etiam Tertiarios Regulares; ſed reformatio ex genere ſuo non tollit identitatem, & ſubſtantialia rei reformatæ, cum per ea res magis perficiatur, non deſtruatur, ſeu in aliud non mutetur, *Tambur. tom. 1. diſp. 25. q. 1. poſt num. 190. §. Et licet, ex doctrina Romani conſil. 198. per l. Approbatur ff. de iudic.* igitur eius Regula eadem eſt cum Regula Nicolai.
55 Tertius autem Ordo non ab alijs, quam ab eiſdem Tertiarijs erectus fuit in Religionem, qui iam profeſſi ſimpliciter Regulam ſuam ad formam capitis ſecundi Regulæ eiuſdem profeſſioni poſtmodum addiderunt votum ſolemne Paupertatis, Caſtitatis, & Obedientiæ ſuis Superioribus Tertiarijs. Et quod ita ſit ſuadetur. Quia cum tribus votis obſeruabant Regulam prædictam, & dicunt ſe eſſe de illis, quos inſtituerat S. Franciſcus, vt aſſeritur in Bulla XXXVII. his verbis: *Sane dilectorum filiorum vniuerſorum Fratrum, & dilectarum in Chriſto filiarum vniuerſarum Sororum Tertij Ordinis de Pœnitentia nuncupati, quem Beatus Franciſcus inſtituit in partibus Flandriæ degentium petitio continebat, quod ipſi olim, vt quietius, & ſalubrius animas ſuas Deo lucrifacerent, viuendo etiam iuxta Regulam, ac modum viuendi per felicis recordationis Nicolaum Papam IV. ordinarunt, vt fieret per ipſos profeſſio in hac verba.* Quæ retulimus ſupra ſub num. 4. Manifeſte patet ex his Tertiarios tunc temporis de genere eorum, quos inſtituit Sanctus Franciſcus ſine nuncupatione votorum, poſtmodum emiſſione votorum additorum profeſſioni tranſiſſe ad ſtatum religioſum, & ſuum ordinem per eoſdem erectum fuiſſe in Religionem.

Idem

Idem quoq; probatur ex Bulla CXXXVIII. Nicolai V. qui mandauit anno 1450. Præpoſitis Eccleſiarum Cameracenſis, & S. Gelτrudis Louanienſis, & officiali Leodienſi, vt Fratres Tertij Ordinis declararent veros religioſos, & perſonas eccleſiaſticas ſub tribus votis, initio Bullæ ſupponendo eoſdem eſſe Tertiarios S. Franciſci, qui profeſſionem votorum huiuſmodi tunc temporis emittebant, in hæc verba: *Nobis expoſito, quod in ciuitate, & diœceſi prædictis erant quamplures tam eccleſiaſticæ, quam ſeculares perſonæ dictum Ordinem profeſſæ, quarum aliquæ ſingulariter in earum proprijs, quædam vero maioris Religionis zelo ſuccenſæ inſimul in certis Domibus in communi ſub Obſeruantia Regulari eidem Altiſſimo famulabantur.* Ecce quod Tertiarij Regulam Nicolai IV. profitentes erant inter ſe diuiſi quod ad modum viuendi, nam aliqui eorum degebant in proprijs domibus cum ſola profeſſione Regulæ, alij vero ſe receperant in communem Domum, & Conuentum profeſſioni eiuſdem Regulæ adiungentes tria vota ſubſtantialia, ex quo Papa mandauit iſtos declarari perſonas eccleſiaſticas, & religioſas. Sed ſuper his immorandum non eſt probandis, quia clara ſunt.

56 Sed modo quærendum eſt, an erectione huius Ordinis in Religionem deſtructus remaneat, & extinctus idem Tertius Ordo prout primo inſtitutus fuit à S. Franciſco?

Manifeſtum eſt apud omnes, adhuc vigere hunc Ordinem, quem vocamus ſecularem earum perſonarum, quæ manent in proprijs domibus cum proprijs bonis ſine profeſſione ſolemni, cum ſola profeſſione Regulæ, ad diſtinctionem eorum Tertiariorum qui tria ſubſtantialia vota addunt eidem Regulæ per eoſdem obſeruatæ, ex quo idem Ordo nuncupatur Regularis. Per huiuſmodi vero eleuationem Ordo maiorem recepit perfectionem, dum ſibi addidit ſtatum religioſum, non amittendo perfectionem priorem bene, & honeſte, ac meliori modo viuendi, quam perſonæ mere ſeculares, addita enim fuit perfectio perfectioni mutatione perfectiua, non deſtructiua S.Thom. 2.2.q. 185.art.8. in corp. Et id

57 demoſtratur à ſimili in ſuſceptione Ordinum, nam Hoſtiariatus, qui inter minores, eſt inferior coniunctione cum alijs non ſolum minoribus, ſed etiam maioribus ſibi adiunctis perficitur, non deſtruitur. Sic in propoſito, adiectione profeſſionis trium votorum

ſub-

ſubſtantialium facta Regulæ Tertij Ordinis, in qua non exprimebantur, neq; ab eadem excludebantur, Ordo ipſe de perfectione in perfectionem iuit, iuxta illud Pſalmi 83. 8. *Ibunt de virtute in virtutem.*

58 Similiter ſicut Monachus factus Abbas non deſinit eſſe monachus, *cap. fin. de ſimonia, cap. Ex ore, de priuilegijs.* Item Rector venit ſub nomine Scholarium, quia ex quo factus eſt Rector non deſinit eſſe Scholaris, *Bald in l. Nec patronus, C. de noui oper. nunt. cum alijs Tambur. tom. 1. de iure Abbat. diſp. 1. q. 7. num. 2. & 3.* Item Epiſcopus effectus Archiepiſcopus non deſinit eſſe Epiſcopus eiuſdem loci erecti in Archiepiſcopatum *Sanch. lib. 8. diſp. 25. num. 23.* Item dignitas ſuperueniens priorem non tollit, nec mutat, *cap. Maior, de præbend. cum alijs cit. à Puteo lib. 3. deciſ. 100. num. 2.* Item dignitas maior non facit ceſſare minorem, cui ſuperadditur, ideo remanet Baro, qui aquirit Comitatum, *Marin. Frecc. in com. Feudor. §. Quis dicatur Comes num. 40. Facit gl. Clem. 1. de bapt.* Item remanet miles effectus Capitaneus. *l. Quod conſtitutum ff. de teſtam. mil.* Remanebat pariter Senator quicumq; erat creatus Imperator, *l. Ius Senatorum C. de dignit. lib. 12.* Generales demum Regulares creati Cardinales non perdunt dignitatem ordinis, ſed quandoq; proſequuntur regimen ſui ordinis, donec de Generali prouideatur. A minori ergo perfectione fit gradus ad maiorem ſine prioris deſtructione, ſed potius cum eiuſdem perfectione. Ordo ſecularis Tertius vti ſub minorum perfectione non potuit mutari, nec corrumpi per ſuperuenientem perfectionem maiorem ſtatus religioſi nuncupatione trium votorum, ſed eleuari, erigi, & magis perfici ſtatu regulari eidem adiuncto. Hinc deſumitur efficax argumentum aſſerendi vtriuſq; ordinis eandem eſſe identitatem, vt reſtat probandum.

59 Tertius Ordo Regularis in ſubſtantia non eſt diuerſus ab eodem primo Ordine à S. Franciſco inſtituto, ſed vtriuſq; eadem eſt identitas, vt multis id perſuadetur. Primo ab eadem denominatione Ordinis 2. ab vnitate Regulæ vtriuſq; Ordinis 3. ab eadem forma profeſſionis. 4. ab eodem habitu. 5. à deſcendentia, & dependentia vnius ab alio. 6. à gradu inferiori ad gradum ſuperiorem, à ſtatu perfecto ad perfectionem. 7. ex Reformatione eiuſdem.

60 Primo ab vnitate, & identitate denominationis, & inuocationis Ordinis; nam iſte Ordo tam ſecularis, quam regularis nuncupatur Ordo Tertius S. Franciſci, vt clare habetur in Bullis Pontificijs, quæ loquentes de Fratribus, & Sororibus tam manentibus in proprijs domibus, quam in conuentibus regularibus, appellant eoſdem indifferenter, & indiſtinctè Fratres, & Sorores Tertij Ordinis S. Franciſci, lege Bullarium, quod habes in Archiuio noſtro nuper edito. Confirmatur id, quia identitas nominis indicat identitatem rei, l. *Si idem 7. C. de Codicillis Rub. tom. 3. deciſ. 64. num.* 18. *Sacrati Romana Domus* 14 *Decembris* 1618 Vterque autem Ordo vocatur Tertius S. Franciſci, ideo vnus eſt idem cum altero.

61 Secundo ab vnitate Regulæ, nam vterque eandem ſeruat Regulam, quam S. Pater edidit, dum eandem Fratres vtriuſq; Ordinis profitentur; promittendo ſe ſeruaturos Regulam approbatam à Nicolao IV. Regula autem quandoq; non ſpecificat Ordinem, cum plures Ordines ſub eadem Regula militare poſſint, nam Ordo S. Dominici cum multis alijs ſunt ſub Regula S. Auguſtini, quos magno numero citat *Tambur. tom. 2. de iure Abbat. diſp. 24. q. 4. per totam*, ſub vna ergo Regula poſſunt eſſe diuerſi Ordines, & quidem in ſubſtantia, & eſſentia, quando ſcilicet diuerſi ſunt fundatores, vt patet in Ordinibus S. Dominici e.g. Seruorum, Ieſuatorum, Barnabitarum, Theatinorum, & aliorum, qui militant ſub eadem Regula S. Auguſtini, & tamen eſſentialiter diuerſi ſunt inter ſe ratione fundatorum, quorum vnus ab alio non dependet. In meo autem Ordine Regula ita eſt ſingularis, & propria vtriuſq; Tertiarijs vt in ea omnes conueniant ſub vno, & eodem patrono inſtitutore, & fundatore.

62 Tertio probatur vtriuſq; identitas à forma profeſſionis, quia Fratres exiſtentes in proprijs domibus, quam in conuentibus ad præſcriptum Capitis 2. Regulæ promittunt ſe ſeruaturos mandata Dei, & Regulam Nicolai IV. & Regulares, qui gradum faciunt ad perfectiorem ſtatum, eidem profeſſioni adiungunt tria vota ſubſtantialia, quæ non præſcribuntur primis Tertiarijs, quia eorum ſtatus id non poſtulat. Nec obſtat Regula Leonis X. qui pauca quædam propria Tertiarijs ſecularibus expunxit à Regula Nico-
63 lai IV. dum illam accommodauit Tertiarijs Regularibus, quia in ſubſtantia mutata non fuit, ſed tantum alterata in paucis accidentibus,

tibus, quæ alteratio vti accidentalis non tollit identitatem rei alteratæ, id quod inſinuat idem Leo in proæmij fine his verbis: *Eandem Tertiam Regulam in modum, qui ſequitur, diſtinctum, de nouo confirmamus, & approbamus.* Confirmat ergo pro Tertiarijs Regularibus eandem Regulam Nicolai IV. accommodatam Reli-
64 gioſis vtriuſque ſexus, viris, & mulieribus, vt etiam illud pronomen *Eandem* ſatis clare idem demonſtrat, quia importat ſubſtantiam, & conſtantiam eiuſdem rei *gl. in l. cum hi, §. Si vni v. obligatus de tranſact. Gratus conſil. 9. num.* 88. *Bart. in l. Si vnius §. Pactus ne peteret in lect. 2. ff. de pactis num. 6. in terminis noſtris Deciſ.* 4. à nobis extenſa infra cap. 12. num. 88.
65 Quarto probatur ab identitate habitus, qui debet eſſe reſpectu vtriuſq; de humili, & vili panno, ex Regulis Nicolai IV. cap. 3. Leonis cap. 2. ſimile diſt. 21. q. 4. Et facit illud Eccli 19. 27. *Ami-*
66 *ctus hominis annuntiat de eo*; demonſtrat enim cuius Ordinis ſit geſtans illum. Identitas autem habitus huius Ordinis attenditur in eo, quod ſit griſei, ſeu beretini coloris tendentis magis ad nigredinem, quam ad obedientiam ad differentiam habitus, quem deferunt Franciſcani ſub prima Regula militantes. De hoc habitu dicam latius infra ſub proprio capite.
67 Quinto demonſtratur identitas ex deſcendentia, & dependentia Fratrum Regularium à Tertiarijs degentibus in proprijs domib. Nam ſuperius ſub num. 55. probatum fuit, religioſos ab illis deſcendere quia Fratres habitantes in proprijs domibus primo ſe Deo dedicarunt ſub profeſſione trium votorum, vnde deſcendentes ab illis primis, cum eiſdem ſeruauerunt eandem identitatem Ordinis, ſub quo militabant aſcendentes, & deſcendentes. Confirmatur, quia ſicut ſecundum naturalem generationem deſcendentes gradatim per eandem rectam, & tranſuerſalem dicuntur eſſe eiuſdem ſanguinis in eo capite, à quo deſcendunt, ita ſecundum generationem ſpiritualem profeſſione Regulæ omnes deſcendentes immediate, ſeu mediate ab eodem capite, & ſtipite, ſeu fundatore dicuntur cum eo ſeruare identitatem in eo, in quo dependent ab illo. De qua deſcendentia ſpirituali, quæ cognoſcitur per notitiam generationis naturalis, dixi cap. 3. num. 34.
68 Deinde vbi eſt ſucceſſio vnius ad alterum, ibi datur identitas vtriuſq; vnde dicitur, quod ſucceſſor reputatur eadem perſona

41 ad tempus actus confirmati, ac proinde habetur, ac ſi ab initio adfuiſſet, *l. ſi donata §. Si Sponſus ff. de donat. inter vir. & vxor. l. fin. C. Si maior factus alien. Bald. in cap. 1. de fide inſtrum. allegatus Coſta num. 3.*

Adde, quod Sixtus IV. in præcitata Bulla non ſolum confirmauit, ſed ſimul etiam declarauit, vota per Fratres, de quibus dubitabatur an eſſent ſolemnia, an non, emiſſa fuiſſe ſolemnia, ac proinde eam ſolemnitatem in ſe habuiſſe ab initio, quo per Fratres nuncupata fuerunt Deo, nam declaratio in omni

42 actu retrotrahitur ad tempus diſpoſitionis declaratæ, etiam ſi extrema non ſint habilia, *l. Hæredes palam, §. Si quid poſt, ff. de teſtam. vbi Caſtrenſis, Imola, & Aretin. Iaſon. in l. Si is, qui in fundi vocabulo ff. de legat. 1. num. 53. Surd. deciſ. 29. numero 4. & 8. Gabriel in ſuis communibus tit. de Regul. iur. concl. 3. num. 9. ex illis Ioannes Baptiſta Coſta de Retrotr. cap. 8. num. 1.*

43 Quod confirmatio retrotrahat ad tempus actus geſti, ac ſi tunc confirmatus fuiſſet, etiam in præſenti materia Religionis, & votorum, *ex Baldo in l. 1. C. de teſtam. manu. Pariſ. par. 1. conſil. 19. num. 37. docet Tamb. tom. 1. de iure Abbatum diſp. 25. q. 1. num. 290. §. Præterea dicitur*, licet autem illi nihil tangant de materia præſenti, tamen Aduocati in cauſa præcedentiæ inter Canonicos, & Caſſinenſes illos citant, & applicant eorum doctrinam ad præſentem materiam, quam nos præ manibus habemus.

44 Reſtat difficultas non leuis, an confirmatio, & approbatio votorum facta pro Fratribus vnius nationis ſe extendat ad totum Ordinem? Exempligratia Ioannes Vigeſimus Tertius de anno 1413. 26. Auguſti confirmauit Flandrenſibus Formam profitendi ſolemniter cum tribus votis, vt dictum fuit, confirmauit Statuta Leodienſibus emanata à Ioanne Erkel continentia tria vota, ſub his verbis: *Necnon prædictum Ordinem de Pænitentia nuncupatum cum tribus votis ſubſtantialibus annexis, & alijs ſalutaribus obſeruantijs approbare, & confirmare, & tamquam Ordinem aprobatum inſtituere, dictoſque Fratres religioſos, & eccleſiaſticos eſſe, &c.*

Modo

Modo ad rem noſtram Adulphus Epiſcopus Leodienſis ſupra n. 23. aſſerit de anno 1323. Fratres vitam religioſam degere; pariter
45 eius ſucceſſor Ioannes Erkel de anno 1372. dixit, illos viuere ſub obedientia, & regulari diſciplina ſub communi vita degentes, in continentia, & ſub obedientia regulari. Et Bonifacius VIII. de quo ſupra ſub num. 25. ait eos in partibus Alemaniæ anno 1295. habere plures Domos, in quibus ſub communi vita degunt in obſeruantia Ordinis, quæ verba plane indicant, illos tunc temporis profiteri tria vota ſubſtantialia. Quare concludendum eſt, confirmationem factam non ſolum à Sixto IV. ſed etiam à Nicolao V. & ab alijs Pontificibus Romanis, declarando eos veros religioſos, & perſonas Eccleſiaſticas ſub tribus votis ſubſtantialibus, eſto alias illa ſolemniter emittere non potuiſſent, quod negamus, retrotraxiſſe efficaciam, & vim ſolemnitatis votorum, ac ſi huiuſmodi confirmatio facta fuiſſet de anno 1300. quo aſſerimus hunc Ordinem eleuatum fuiſſe in religionem emiſſione profeſſionis trium votorum.

46 Sed redeundo ad difficultatem, an ſcilicet profeſſio ſolemnis approbata, & confirmata pro Flandrenſibus, & Leodienſibus, afficerit ſimpliciter Ordinem hunc, vt dicatur tunc eleuatus abſolute in Religionem? Ratio dubitandi pro negatiua eſt, vt illi Fratres tantum ſupradictarum nationum ſint vere religioſi, & non alij, quorum profeſſio non fuit à Sede Apoſtolica approbata, præſertim in Italia, niſi à tempore Sixti IV. qui ſimpliciter, & abſolute decreuit, & declarauit votum alias emiſſum eſſe ſolemne. Illæ ergo confirmationes vt ſpeciales comprehendere non poſſunt totum Ordinem, maxime cum, vt aiunt Doctores, confirmatio non
47 extendatur ad non expreſſa in confirmato, *ad l. Aurelius* §. *In teſtamento ff. de liber. agnoſc. Bald. in l. Nominatione C. de appellat. Corneus vol. 3. conſil. 224. num. 1. Ruin. vol. 1. conſil. 154. num 10. Farin. vol. 4. deciſ. 119. num. 10. alios citat Coſta cap. 8. de Retròtract. num. 11.*

Sed huic difficultati occurrendum eſt primo, dicendo Sixtum IV. generaliter, abſolute, & ſimpliciter approbaſſe votum emiſſum in Tertio Ordine habuiſſe in præteritum, & in futurum emittendum, eſſe habiturum vim voti ſolemnis ſicut habent profeſſiones, quæ in alijs Religionibus emittuntur, & hac ratione tollitur ratio dubitan-

tum eſt eius exordium? Ponam exemplum inter meam Religionem, & illam Minimorum S. Franciſci de Paula. Congregatio

49 S. Franciſci de Paula confirmata fuit Religio ſub tribus votis à Pyrrho Archiepiſcopo Coſentino ſub datum 30. Nouembris 1471. quæ cum ſuis priuilegijs ab eodem conceſſis confirmata fuerunt de ordine Sixti IV. per Epiſcopum S. Marci, ſed de tempore confirmationis non conſtat, ſed tantum de commiſſione facta dicto Epiſcopo, ſub datum 19. Iunij 1473. poſtea idem Sixtus prædicta omnia ex certa ſcientia confirmauit anno 1474. die 27. Maij. Hæc in longum refert Peyrinus tom. 1. priuileg.

50 Tertius Ordo Sancti Franciſci inſtitutus anno 1221. approbatus ab Honorio III. Gregorio IX. cum Regula ab eodem ſancto dictata, & confirmata à Nicolao IV. anno 1289. tranſiuit in Religionem circa annum 1300. vt ex coniecturis, & ex retrotractione diuerſarum confirmationum colligitur, ac proinde longe prius eſt quoad ſtatum religioſum Religione Minimorum, quæ exordium habuit ab anno 1471. Si vero inſpiciamus confirmationes, & approbationes prout ex nunc, ideſt, pro eo tempore, quo factæ fuerunt, adhuc Tertius Ordo in ratione Religionis prior eſt ordine regulari Minimorum, nam Ioannes XXIII. anno 1413. approbauit formam profeſſionis Tertiariorum, ſub tribus votis, de quo ſupra num. 15. Poſtmodum Nicolaus V. vt ſub num. 22. viſum fuit, anno 1450. mandauit approbari eandem ſub trib. votis, & declarari ſic profitentes eſſe vere perſonas eccleſiaſticas, & religioſas, ergo Religio Tertij Ordinis longe ante fuit priuſquam S. Franciſcus de Paula Ordo fuerit approbatus, cuius confirmatio facta fuit anno 1471. à Pyrrho, & 1474. à Sixto IV.

Sed pro Minimis obijci poteſt, quod allatæ confirmationes Tertij Ordinis regularis per Ioannem XXIII. & Nicolaum V. fuerũt non totius Ordinis, ſed Fratrum nationum Flandriæ, & Leodienſium, Confirmatio vero totius Ordinis ſub tribus votis facta fuit à Sixto IV. de anno 1480. qui decreuit, votum Obedientiæ, Paupertatis, & Caſtitatis poſt annum probationis emiſſum, de quo dubitabatur an eſſet ſolemne, & obligaret vt tale, eſſe ſolemne, ac omnẽ inducere effectum, quem inducit votum ſolemne factum in qualibet religione à Sede Apoſtolica approbata. Dum ergo ante annum 1480. dubitabatur, an eſſet ſolemne, ſignum eſt, tunc

temporis hunc Ordinem non fuiſſe ſtatum religioſum. Nihilominus reſpondendum eſt, Tertium Ordinem ante Congregationem Minimorum erectum fuiſſe in Religionem, vt probatum fuit;nec obſtat, quod in confirmationibus Ioannis XXIII.& Nicolai V. fiat mentio de ſolis Flandrenſibus, & Leodienſibus, quia ipſi petierunt non ſolum pro ſe, ſed etiam pro Ordine vt ſic, quatenus ſcilicet Tertij Ordinis Fratres poſſent profiteri tria vota ſubſtantialia, vt amplius in præcedentibus probatum fuit. Deinde ignorantia, & dubium perſonarũ idiotarum non debent nocere huic Ordini,quin dicatur erectus antea in ſtatum religioſum, quia huiuſmodi ſtatus iam exiſtens perturbari non debet errore, & ignorantia aliquorum cum ab illis non dependeat, ſed ab approbatione, & confirmatione Apoſtolica, de qua ſuperius conſtat. Demum Papa Sixtus IV. approbat eorum votum vt ſolemne non ſolum in futurum emittendum,ſed etiam in præteritum emiſſum,quod conſtat emiſſum fuiſse,antequam exiſteret Congregatio S. Franciſci de Paula.

51 Et quod in materia præcedentiæ approbatio, & ratificatio prout ex tunc locum habeat docui pluribus in Theatro Præced. q. 144. ad quem locum remitto lectorem. Et in ſtatu præſenti non debet eſse aliqua difficultas, quia Papa apertis verbis decernit votum non ſolum emittendum, ſed etiam antea emiſsum pro ſolemni habendum eſse; conſequenter huiuſmodi decretum, ſeu declaratio ſpectanda eſt non ſolum prout ex nunc in futurum,ſed etiam prout ex tunc reſpectu votorum emiſsorum, cum fiat mentio in Bulla de vtroque.

52 Et prædicta procedunt ,ſiue Fratres Tertiarij profiteantur Regulam Leonis X. exhibitam anno 1521. ſiue Regulam Nicolai IV. quam ſibi accommodauerunt Itali, qui in ſua profeſſione nullam mentionem faciunt de Regula Leonis X. & quidem cum ſuo fundamento,nam Tertiarij Regulares extra Pontificatum Pij V. in Italia nonquam fuerunt ſubiecti Minoribus de Obſeruantia, quibus Tertiarios Regulares ſupponit Regula Leonis X. eſſe ſubiectos, ideo illis non expediebat profiteri eam Regulam, ne manerent ſubiecti Minoribus de Obſeruantia. Non ſolum igitur Itali, qui nonquam agnouerunt Regulam Leonis, ſed ſemper profeſſerunt Regulam Nicolai, ac proinde ſemper ſeruarunt antiquitatem, &

iden-

identitatem Ordinis. Verum etiam alij Tertiarij extra Italiam profitentes Regulam Leonis ſeruant eandem antiquitatem, quam
53 Itali, quia Regula Leonis non eſt noua, nec diuerſa à Regula Nicolai, ſed omnino eadem, demptis quibusdam, quæ repugnat ſtatui religioſo, vt dicitur in proæmio eiuſdem, ibi: *Pretioſum à vili ſeparantes eandem Tertiam Regulam in modum, qui ſequitur diſtinctam de nouo confirmamus.* Non diuerſam, ſed eandem Nicolai IV. confirmat ſeparando ab ea vile à pretioſo, ideſt, ea quæ ſunt coniugatorum, & aliorum, quæ non ſpectant ad ſtatum religioſum. Leo igitur X. nouam Regulam non dedit diuerſam à priori Nicolai IV. ſed eam tantum reformauit, & accommodauit Tertiarijs Regularibus, quod fecit ad inſtantiam Minorum de Obſeruantia,
54 vt hac ratione ſibi ſubijcerent etiam Tertiarios Regulares; ſed reformatio ex genere ſuo non tollit identitatem, & ſubſtantialia rei reformatæ, cum per ea res magis perficiatur, non deſtruatur, ſeu in aliud non mutetur, *Tambur. tom. 1. diſp. 25. q. 1. poſt num. 190. §. Et licet, ex doctrina Romani conſil. 198. per l. Approbatur ff. de iudic.* igitur eius Regula eadem eſt cum Regula Nicolai.
55 Tertius autem Ordo non ab alijs, quam ab eiſdem Tertiarijs erectus fuit in Religionem, qui iam profeſſi ſimpliciter Regulam ſuam ad formam capitis ſecundi Regulæ eiuſdem profeſſioni poſtmodum addiderunt votum ſolemne Paupertatis, Caſtitatis, & Obedientiæ ſuis Superioribus Tertiarijs. Et quod ita fit ſuadetur. Quia cum tribus votis obſeruabant Regulam prædictam, & dicunt ſe eſſe de illis, quos inſtituerat S Franciſcus, vt aſſeritur in Bulla XXXVII. his verbis: *Sane dilectorum filiorum vniuerſorum Fratrum, & dilectarum in Chriſto filiarum vniuerſarum Sororum Tertij Ordinis de Pænitentia nuncupati, quem Beatus Franciſcus inſtituit in partibus Flandriæ degentium petitio continebat, quod ipſi olim, vt quietius, & ſalubrius animas ſuas Deo lucrifacerent, viuendo etiam iuxta Regulam, ac modum viuendi per felicis recordationis Nicolaum Papam IV. ordinarunt, vt fieret per ipſos profeſſio in hac verba.* Quæ retulimus ſupra ſub num. 4. Manifeſte patet ex his Tertiarios tunc temporis de genere eorum, quos inſtituit Sanctus Franciſcus ſine nuncupatione votorum, poſtmodum emiſſione votorum additorum profeſſioni tranſiſſe ad ſtatum religioſum, & ſuum ordinem per eoſdem erectum fuiſſe in Religionem.

Idem

Idem quoq; probatur ex Bulla CXXXVIII. Nicolai V. qui mandauit anno 1450. Præpoſitis Eccleſiarum Cameracenſis, & S. Geltrudis Louanienſis, & officiali Leodienſi, vt Fratres Tertij Ordinis declararent veros religioſos, & perſonas eccleſiaſticas ſub tribus votis, initio Bullæ ſupponendo eoſdem eſſe Tertiarios S. Franciſci, qui profeſſionem votorum huiuſmodi tunc temporis emittebant, in hæc verba: *Nobis expoſito, quod in ciuitate, & diæceſi prædictis erant quamplures tam eccleſiaſticæ, quam ſeculares perſonæ dictum Ordinem profeſſæ, quarum aliquæ ſingulariter in earum proprijs, quædam vero maioris Religionis zelo ſuccenſæ inſimul in certis Domibus in communi ſub Obſeruantia Regulari eidem Altiſſimo famulabantur.* Ecce quod Tertiarij Regulam Nicolai IV. profitentes erant inter ſe diuiſi quoad modum viuendi, nam aliqui eorum degebant in proprijs domibus cum ſola profeſſione Regulæ, alij vero ſe receperant in communem Domum, & Conuentum profeſſioni eiuſdem Regulæ adiungentes tria vota ſubſtantialia, ex quo Papa mandauit iſtos declarari perſonas eccleſiaſticas, & religioſas. Sed ſuper his immorandum non eſt probandis, quia clara ſunt.

56 Sed modo quærendum eſt, an erectione huius Ordinis in Religionem deſtructus remaneat, & extinctus idem Tertius Ordo prout primo inſtitutus fuit à S. Franciſco?

Manifeſtum èſt apud omnes, adhuc vigere hunc Ordinem, quem vocamus ſecularem earum perſonarum, quæ maneat in proprijs domibus cum proprijs bonis ſine profeſſione ſolemni, cum ſola profeſſione Regulæ, ad diſtinctionem eorum Tertiariorum qui tria ſubſtantialia vota addunt eidem Regulæ per eoſdem obſeruatæ, ex quo idem Ordo nuncupatur Regularis. Per huiuſmodi vero eleuationem Ordo maiorem recepit perfectionem, dum ſibi addidit ſtatum religioſum, non amittendo perfectionem priorem bene, & honeſte, ac meliori modo viuendi, quam perſonæ mere ſeculares, addita enim fuit perfectio perfectioni mutatione perfectiua, non deſtructiua S. Thom. 2.2.q. 185. art. 8. in corp. Et id

57 demoſtratur à ſimili in ſuſceptione Ordinum, nam Hoſtiariatus, qui inter minores, eſt inferior coniunctione cum alijs non ſolum minoribus, ſed etiam maioribus ſibi adiunctis perficitur, non deſtruitur. Sic in propoſito, adiectione profeſſionis trium votorum

ſub-

ſubſtantialium facta Regulæ Tertij Ordinis, in qua non exprimebantur, neq; ab eadem excludebantur, Ordo ipſe de perfectione in perfectionem iuit, iuxta illud Pſalmi 83. 8. *Ibunt de virtute in virtutem.*

58 Similiter ſicut Monachus factus Abbas non deſinit eſſe monachus, *cap. fin. de ſimonia, cap. Ex ore, de priuilegijs.* Item Rector venit ſub nomine Scholarium, quia ex quo factus eſt Rector non deſinit eſſe Scholaris, *Bald. in l. Nec patronus, C. de noui oper. nunt. cum alijs Tambur. tom. 1. de iure Abbat. diſp. 1. q. 7. num. 2. & 3.* Item Epiſcopus effectus Archiepiſcopus non deſinit eſſe Epiſcopus eiuſdem loci erecti in Archiepiſcopatum *Sanch. lib. 8. diſp. 25. num. 23.* Item dignitas ſuperueniens priorem non tollit, nec mutat, *cap. Maior, de prebend. cum alijs cit. à Puteo lib. 3. deciſ. 100. num. 2.* Item dignitas maior non facit ceſſare minorem, cui ſuperadditur, ideo remanet Baro, qui aquirit Comitatum, *Marin. Frecc. in com. Feudor. §. Quis dicatur Comes num. 40. Facit gl. Clem. 1. de bapt.* Item remanet miles effectus Capitaneus. *l. Quod conſtitutum ff. de teſtam. mil.* Remanebat pariter Senator quicumq; erat creatus Imperator, *l. Ius Senatorum C. de dignit. lib. 12.* Generales demum Regulares creati Cardinales non perdunt dignitatem ordinis, ſed quandoq; proſequuntur regimen ſui ordinis, donec de Generali prouideatur. A minori ergo perfectione fit gradus ad maiorem ſine prioris deſtructione, ſed potius cum eiuſdem perfectione. Ordo ſecularis Tertius vti ſub minorum perfectione non potuit mutari, nec corrumpi per ſuperuenientem perfectionem maiorem ſtatus religioſi nuncupatione trium vororum, ſed eleuari, erigi, & magis perfici ſtatu regulari eidem adiuncto. Hinc deſumitur efficax argumentum aſſerendi vtriuſq; ordinis eandem eſſe identitatem, vt reſtat probandum.

59 Tertius Ordo Regularis in ſubſtantia non eſt diuerſus ab eodem primo Ordine à S. Franciſco inſtituto, ſed vtriuſq; eadem eſt identitas, vt multis id perſuadetur. Primo ab eadem denominatione Ordinis 2. ab vnitate Regulæ vtriuſq; Ordinis 3. ab eadem forma profesſionis. 4. ab eodem habitu. 5. à deſcendentia, & dependentia vnius ab alio. 6. à gradu inferiori ad gradum ſuperiorem, à ſtatu perfecto ad perfectionem. 7. ex Reformatione eiuſdem.

60 Primo ab vnitate, & identitate denominationis, & inuocationis Ordinis; nam iſte Ordo tam ſecularis, quam regularis nuncupatur Ordo Tertius S. Franciſci, vt clare habetur in Bullis Pontificijs, quæ loquentes de Fratribus, & Sororibus tam manentibus in proprijs domibus, quam in conuentibus regularibus, appellant eoſdem indifferenter, & indiſtincte Fratres, & Sorores Tertij Ordinis S. Franciſci, lege Bullarium, quod habes in Archiuio noſtro nuper edito. Confirmatur id, quia identitas nominis indicat identitatem rei, l. *Si idem 7. C. de Codicillis Rub. tom. 3. deciſ. 64. num.* 18. *Sacrati Romana Domus* 14 *Decembris* 1618 Vterque autem Ordo vocatur Tertius S. Franciſci, ideo vnus eſt idem cum altero.

61 Secundo ab vnitate Regulæ, nam vterque eandem ſeruat Regulam, quam S. Pater edidit, dum eandem Fratres vtriuſq; Ordinis profitentur, promittendo ſe ſeruaturos Regulam approbatam à Nicolao IV. Regula autem quandoq; non ſpecificat Ordinem, cum plures Ordines ſub eadem Regula militare poſſint, nam Ordo S. Dominici cum multis alijs ſunt ſub Regula S. Auguſtini, quos magno numero citat *Tambur. tom. 2. de iure Abbat. diſp. 24. q. 4. per totam*, ſub vna ergo Regula poſſunt eſſe diuerſi Ordines, & quidem in ſubſtantia, & eſſentia, quando ſcilicet diuerſi ſunt fundatores, vt patet in Ordinibus S. Dominici e. g. Seruorum, Ieſuatorum, Barnabitarum, Theatinorum, & aliorum, qui militant ſub eadem Regula S. Auguſtini, & tamen eſſentialiter diuerſi ſunt inter ſe ratione fundatorum, quorum vnus ab alio non dependet. In meo autem Ordine Regula ita eſt ſingularis, & propria vtriuſq; Tertiarijs vt in ea omnes conueniant ſub vno, & eodem patrono inſtitutore, & fundatore.

62 Tertio probatur vtriuſq; identitas à forma profeſſionis, quia Fratres exiſtentes in proprijs domibus, quam in conuentibus ad præſcriptum Capitis 2. Regulæ promittunt ſe ſeruaturos mandata Dei, & Regulam Nicolai IV. & Regulares, qui gradum faciunt ad perfectiorem ſtatum, eidem profeſſioni adiungunt tria vota ſubſtantialia, quæ non præſcribuntur primis Tertiarijs, quia eorum ſtatus id non poſtulat. Nec obſtat Regula Leonis X. qui pauca quædam propria Tertiarijs ſecularibus expunxit à Regula Nico-
63 lai IV. dum illam accommodauit Tertiarijs Regularibus, quia in ſubſtantia mutata non fuit, ſed tantum alterata in paucis acciden-

tibus,

tibus, quæ alteratio vti accidentalis non tollit identitatem rei alteratæ, id quod inſinuat idem Leo in proœmij fine his verbis: *Eandem Tertiam Regulam in modum, qui ſequitur, diſtinctum, de nouo confirmamus & approbamus.* Confirmat ergo pro Tertiarijs Regularibus eandem Regulam Nicolai IV. accommodatam Reli-
64 gioſis vtriuſque ſexus, viris, & mulieribus, vt etiam illud pronomen *Eandem* ſatis clare idem demonſtrat, quia importat ſubſtantiam, & conſtantiam eiuſdem rei *gl. in l. cum hi, §. Si vni v. obligatus de tranſact. Gratus conſil. 9. num.* 88. *Bart. in l. Si vnius §. Pactus ne pereret in lect. 2. ff. de pactis num. 6. in terminis noſtris Deciſ.* 4. à nobis extenſa infra cap. 12. num. 88.
65 Quarto probatur ab identitate habitus, qui debet eſſe reſpectu vtriuſq; de humili, & vili panno, ex Regulis Nicolai IV. cap. 3. Leonis cap. 2. ſimile diſt. 21. q. 4. Et facit illud Eccli 19. 27. *Ami-*
66 *ctus hominis annuntiat de eo*; demonſtrat enim cuius Ordinis ſit geſtans illum. Identitas autem habitus huius Ordinis attenditur in eo, quod ſit griſei, ſeu beretini coloris tendentis magis ad nigredinem, quam ad obedientiam ad differentiam habitus, quem deferunt Franciſcani ſub prima Regula militantes. De hoc habitu dicam latius infra ſub proprio capite.
67 Quinto demonſtratur identitas ex deſcendentia, & dependentia Fratrum Regularium à Tertiarijs degentibus in proprijs domib. Nam ſuperius ſub num. 55. probatum fuit, religioſos ab illis deſcendere quia Fratres habitantes in proprijs domibus primo ſe Deo dedicarunt ſub profeſſione trium votorum, vnde deſcendentes ab illis primis, cum eiſdem ſeruauerunt eandem identitatem Ordinis, ſub quo militabant aſcendentes, & deſcendentes. Confirmatur, quia ſicut ſecundum naturalem generationem deſcendentes gradatim per eandem rectam, & tranſuerſalem dicuntur eſſe eiuſdem ſanguinis in eo capite, à quo deſcendunt, ita ſecundum generationem ſpiritualem profeſſione Regulæ omnes deſcendentes immediate, ſeu mediate ab eodem capite, & ſtipite, ſeu fundatore dicuntur cum eo ſeruare identitatem in eo, in quo dependent ab illo. De qua deſcendentia ſpirituali, quæ cognoſcitur per notitiam generationis naturalis, dixi cap. 3. num. 34.
68 Deinde vbi eſt ſucceſſio vnius ad alterum, ibi datur identitas vtriuſq; vnde dicitur, quod ſucceſſor reputatur eadem perſona

cum

cum prædeceſſore, *gl. v. Viueret, in fine cap. Significauit 36. de reſcr. & gl. v. contra, cap. Dilecti 17. de foro compet. quia fungitur eodem officio, quo ille gl. v. ſuccedat cap. 11. de off. ordin.* Itaque Fratres Regulares Tertiarij ſucceſſerunt ex parte Tertiarijs ſecularibus, quia vt viſum fuit, tranſierunt de illo primo ſtatu ad ſtatum regularem, & quodammodo illis ſucceſſerunt in eo, quod funguntur eodem officio, in quantum profitentur, & obſeruant eandem Regulam, quam illi primi obſeruabant, & modo obſeruant. Dixi ex parte, & quodam modo, quia non eſt adæquata ſucceſſio, cum ex illis primis multi remanſerint in ſuo ſtatu, & adhuc exiſtant, quia Religioſi non ſucceſſerunt illis defunctis, aut extinctis, ſed per id, quod deſcenderunt ab illis, quorum aliqui cæperunt ſuæ profeſſioni adiungere tria vota ſubſtantialia.

69 Sexto probatur identitas à gradu ad gradum per aſcenſum, vt ita dicam, ſuper eandem ſcalam, nam illi primi Tertiarij percurrentes obſeruationem ſuæ Regulæ gradum fecerunt à ſtatu minus perfecto ad gradum & ſtatum magis perfectum, qui eſt ſtatus Religionis, ſolemni profeſſione eiuſdem Regulæ, quæ quaſi vt Scala ſe habet, ducens Fratres per eam gradientes in obſeruatione præſcriptorum in eadem, ad vitam æternam. Sicut ergo Scala materialis, ſuper quam aſcenditur gradatim, eſt eadem in omnib. ſuis gradibus tam minoribus & inferioribus, quam maioribus, & ſuperioribus, ita & ſpiritualis Scala Regulæ Tertij Ordinis, per cuius gradus profeſſionis, & obſeruationis Fratres aſcendunt, modo per minores, & inferiores, vt Tertiarij ſeculares, modo per maiores, & ſuperiores, dum fiunt Regulares ſolemni profeſſione, non diuerſificatur, ſed eadem remanet ſeruans identitatem ſui Ordinis in vtriſq; Pariter ſicut gradus Scalæ materialis ſe inuicem compatiuntur ordine debito, ita quod ſuperiores gradus non deſtruunt, nec corrumpunt inferiores, ſed ſimul conſiſtunt; ita Fratres in proprijs domibus, & gradibus inferioribus manentes, & poſtea per profeſſionem ſolemnem aſcendentes non corrumpunt in ſeipſis inferiorem gradum, dum eandem ſeruant Regulam in ſuis ſtatutis, quæ tot ſunt gradus, per quorum obſeruationem aſcenditur ad cælum. Faciunt dicta ſuperius de duab. perfectionibus in eodem ſubiecto, quarum ſuperueniens alteram priorem non deſtruit, ſub num. 57. & 58.

70 Septimo demum ex Reformatione probatur identitas eiuſdem Ordinis ſic. Nam licet eleuatio huius Ordinis in ſtatum religioſum proprie reformatio non ſit, quia in Regula huiuſmodi ſtatus non exigitur, à quo Fratres proinde non deuiarunt, conſequenter erectio eius in Religionem reformatio in rigore dici non poteſt; nihilominus multum illi affinis eſt in eo præſertim, quod reformatio habet pro fine perfectionem ſtatus regularis, in hoc ergo Tertius Ordo dicitur reformatus, quia tranſiuit ad ſtatum perfectionis ſub obſeruatione trium votorum; ſed reformatio
71 non tollit identitatem Ordinis, nec ponit diuerſitatem, idem enim dicitur, non diuerſus *cap. Relatum ibi: in ſuo ordine Ne cler. vel monach. Abbas in cap. Inter quatuor, de relig. domib. Felin. in cap. Ad noſtram, de appellat. Tamb. tom.* 1. *diſp.* 25. *q.* 1. *num.* 119. *& num.* 190. § *Et licet.* Ergo ſi reformatio proprie dicta non tollit identitatem, multo minus eandem deſtruit reformatio improprie dicta.

Ex his igitur luce clarius eſt, Fratres Tertiarios habitantes in proprijs domibus, & eoſdem in conuentibus regularibus degentes habere identitatem, & connexionem ad inuicem, adeo quod Regulares vti poſteriores deſcendunt, & dependent à Tertiarijs ſecularibus in eo quod primum ipſi ſeculares ſe erexerunt in ſtatum regularem ſub ijſdem ſuis ſuperioribus Regula, habitu, & profeſſione cum adiectione votorum ſubſtantialium, ſunt ergo ambo Fratres vtriuſq; gradus facientes vnum, & idem corpus morale ſub Tertio Ordine S. Franciſci.

72 Rota Romana ſub Merlino Deciſ. 3. quam extendi ſub Capite 12. vt ſuum intentum, quod ſcilicet ius conferendi habitum Tertiarijs in ſuis domibus habitantibus ſpectat ſolum ad Generalem, & Superiores alios Minorum de Obſeruantia, probaret, docuit ſub num. .... Tertiarios Regulares cum ſecularibus non facere vnum corpus, ſed toto cælo deſtare ab illis, origine ſcilicet, quia S. Franciſcus inſtituit Tertiarios ſeculares de anno 1221. Regulares vero inſtituti fuerunt à Leone X. de anno 1521. Tertiarij Regulares emittunt vota ſolemnia religionis; ſeculares vero nequaquam. Tertiarij Regulares habent particularem habitum, degunt in clauſtris, mancipantur multis præceptis, & legib. quibus etiam obligantur ſub culpa lethali. E contra vero Tertiarij

rij ſeculares verſantur in foro, pugnant in caſtris, publiciſq; incumbunt negotijs, & licet aliquibus legibus, ſeu monitis ſe ligauerint, non tamen obligantur ad aliquam culpam mortalem ex cap. 20. Regulæ Nicolai IV.

Sed contra eſt, quia huiuſmodi diuerſitas, & diſtantia vti accidentalis non tollit identitatem ſubſtantialem Regulæ, & Profeſſionis, vt viſum fuit ſuperius, ſi enim Priores Tertiarij non ſunt Regulares vt poſteriores, neceſſe eſt inter vtroſq; ponere aliquam differentiam, ratione cuius diſtant ab inuicem ſine deſtructione identitatis in eodem corpore, & ſine diuiſione connexionis, quã habent ad inuicem. Prçterquamquod adducuntur nonnulla aperte falſa, vt mox conſtabit.

73 Nam quod primo dicit, Tertiarios Regulares fuiſſe inſtitutos à Leone X. anno 1521. omnino falſum eſt, quia, vt patet ex ſupradictis, erant religioſi ſub Ioanne XXIII. ſupra num. 15. ſub Eugenio IV. ſub Nicolao V. num. 22. ſub Sixto IV. num. 29. qua ergo ratione aſſeruntur inſtituti à Leone X. ſi multo tempore ante erant vti religioſi in rerum natura? Immo ipſemet Leo in Bulla CCII. Sorores, quarum vota, & Fratrum Sixtus IV. anno 1480. declarauerat ſolemnia, decernit eſſe veras religioſas, ſub datum 31. Auguſti 1517. approbando quicquid præfatus Sixtus IV. decreuerat circa profeſſionem ſolemnem tam Fratrum, quam Sororum Tertij Ordinis Regularis, cum antea talis eſſet. Quod Tertiarij ex primo inſtituto non profiteantur ſolemniter, id verum eſt, & per hoc diſtant ad inuicem, adhuc tamen ſunt idem iſti cum illis, & connexionem habent, quia illi primi ſe erexerunt in ſtatum regularem, vt probatum fuit.

Subiungit Rota, quod Regulares habent peculiarem habitum, degunt in clauſtris, obligantur multis ſub mortali; ſeculares vero verſantur in foro, in caſtris, in negotijs iam publicis, ſuis legibus non tenentur ſub culpa mortali. Hæ differentiæ probant eoſdem Tertiarios eſſe diuiſos in duas claſſes, non tamen ſimpliciter eſſe diuerſos, cum eæ differentiæ ſint accidentales iuxta eorum exigentiam, & conditionem. Et aliquæ patiuntur vitium falſitatis, nam quoad habitus colorem conueniunt, vt patet ex vtriſque Regulis, vt dictum fuit ſupra ſub num. 65. Falſum quoq; eſt Regu-
74 lares obligatos eſſe multis ſub mortali, cum Regula Leonis X. eadem

dem ſit cum illa Nicolai, expreſſe dicit ſub cap. X. *Omnia, & ſingula in præſenti Regula contenta ſunt conſilia ad facilius ſaluandas animas viatorum. Et nulla ſunt obligatoria ad peccatum mortale, vel veniale, niſi humano, vel diuino iure aliquis alias eſſe obligatus.* Ecce quod falſitas à nobis aſſerta nulla tergiuerſatione celari poteſt ex Regula Leonis.

In Deciſ. 2. ſub num. 27. obiectioni, quod Tertius Ordo Regularis ſemper fuerit idem cum illo vniuerſali, vt pars aduerſus Minores probabat ex duabus Bullis Eugenij ſcilicet, & Nicolai V. occurritur ab aduerſarijs dicentibus, quod quicquid agitur in Bulla Eugenij totum ſpectat ad Fratres in communi viuentes, & nihil pertinet ad Fratres, & Sorores degentes in proprijs domibus. Et cum ea emanauerit pro Regnis, Caſtellæ, & Legionis, non licet ab ea inferre ad vniuerſas ciuitates, & mundi loca; neq; ab vna ſpecie iuriſdictionis viſitandi ad aliam conferendi habitũ extẽdi poteſt.

Verum eſt, quod hæc Bulla Eugenij in noſtro Bullario CVI. nihil diſponit de primis Tertiarijs. ex hac tamen negatiua non deſtruatur identitas, & connexio Regularium cum illis, dum hos ſub initium Bullæ vocat *Fratres Tertii Ordinis S. Franciſci de Pænitentia*, & quidem de numero eor. qui militant ſub Regula Nicolai IV. vt colligitur ex verbis in calce Bullæ, vbi ſcribitur: *Non obſtantibus, quod Viſitator Fratrum, & Domorum prædictorum alterius Ordinis eſſe conſueuerit.* Loquitur ergo reſpectiue ad primos Fratres ſub prima Regula, in cuius cap. 16. Præſcribitur, quod eorum Viſitator ſit alterius Ordinis Põtifex ergo ſupponit Tertiarios Regulares eſſe de numero illorum, qui militant ſub Regula Nicolai IV.

Ex quo, ea, quæ ſubiungit, non facere ad rem. bene infertur, quia cum Bulla nihil diſponat de Tertiarijs ſecularib. ex hoc Regulares pro quib. ſolis decernit, nihil aquiſierunt pro eiſdẽ ſecularib. ex quo tamen eadem Bulla ſupponit Regulares eſſe de numero illorum, ſupponit quoq; ius habere pro illis. Et licet ea Bulla emanauerit pro illis regnicolis adhuc extenditur ad quoſcunq; religioſos eiuſdem Ordinis per totum orbem diſperſos, ex communicatione priuilegiorum, vt dicetur ſuo loco.

75 Dicit deniq; Rota, quod ab vna ſpecie iuriſdictionis v. g. viſitandi non fit extenſio ad aliam ſpeciem iuriſdictionis e. g. conferendi habitum. Sed contra ex eadem *Rota num.* 11. 37. & 40. in quibus

locis ſtabilitur, quod ad eum ſpectat dare habitum, qui eſt ſuperior Prælatus; ſed habens ius viſitandi eſt ſuperior eorum, quos viſitat, cum ea pendeat à iuriſdictione ordinaria, *Seraph. deci. 615. num. 2. Ferrus par. 1. quæſt. Vicar. q. 91. num. 9.* ergo hoc ipſo, quod quis eſt Ordinarius viſitator ius habet conferendi habitum, nec Rota diſcedit ab hac reſponſione in Dec. 3. num. 97. ad 99. & ſic falſa eſt ea doctrina in caſu quo vnum dependet ab alio.

In eadem Deciſ. 2. num. *69.* in qua pro Tertiarijs probabatur identitas, vnum corpus, & connexio cum primis Tertiarijs ex Bulla Nicolai V. 23. Aprilis 1450. non 1459. menſe Maij, vt perperam legitur ſub eodem num. *69.* Reſpondetur per Aduerſarios, eam Bullam eſſe in forma commiſſaria datam pro Lodienſibus in communi viuentibus; & licet plura ſtatuantur etiam pro Fratribus degentibus in proprijs domibus, tamen quia ea Bulla eſt localis, non admittit extenſionem.

Sed contra eſt, quia ea Bulla adæquate probat identitatem Regularium cum ſecularibus Fratribus, dum diſponit de vtriſq; iuxta eorum ſtatus, & conditiones, & quod ſubſint Viſitatori Generali eiuſdem Ordinis ſacerdoti profeſſo, cum ea clauſula: *Non obſtantibus, quod in eorum Regula prædicta continetur, videlicet, quod Viſitatorem habeant ſacerdotem, qui alicuius approbatæ Religionis exiſtat.* Quæ clauſula adiuncta non fuiſſet, ſi Fratres illi ſub tribus votis ſubſtantialibus viuētes non fuiſſent de eodem corpore Tertij Ordinis inſtituti à S. Franciſco. Nec obſtat, quod Bulla emanauerit pro Leodienſibus tantum, quia hoc non tollit identitatem, nec reſtringitur ad illos tantum, ſed communicabilis eſt alijs nationibus, vt probabo ſuo loco.

76 Hanc identitatem, idem corpus morale, & politicum, atq; connexionem Regularium cum Fratrib. primis eiuſdem Ordinis S. Frāciſci, Rota tandem tenuit in 4. Deciſ. & probat Bullis Clementis VII. & Pauli III. Illa ſub num. CCXII. initio hæc habet: *Quod ipſe Ordo, ne dum coniugatis vtriuſq; ſexus, verum etiam Fratribus, & Monialibus in communi viuentibus, ac tria vota ſubſtantialia ſolemniter emittentibus florere iamdiu cœpit, & in dies magis effloreſcit.* Idem ergo Ordo eſt, qui componitur ex coniugatis, religioſis, & monialibus, conſequenter idem corpus eſt omnium illorum ſtatuum ad inuicem identitatum, & connexionem habentes. Vnde Paulus

in ſua Bulla CCXXIV. per quam ſuſpenditur interdictum in feſtis Sanctorum Ordinis ſic incipit: *Dilectis filiis Miniſtro Generali, & Fratribus, & Monialibus Trium ſtatuum Tertii Ordinis S. Franciſci de Pænitentia nuncupati Regnorum Hiſpaniarum, & Portugalliæ ſalutem &c.* Et in alia Bulla idem Paulus CCXXV. tres Regulas accommodatas pro illis tribus ſtatib. Coniugatorum, Fratrum, & Monialium approbat, & ad rem noſtram hæc habet: *Ipſe Ordo ne dum in Fratribus, & Monialibus in communi viuentibus, ac tria vota ſubſtantialia emittentibus, verum etiam viris, mulieribus, & coniugatis, iamdudum floret.* Ex his tribus auctoritatibus manifeſte patet identitas harum perſonarum ſub vnico corpore vnius Tertij Ordinis de Pænitentia inſtituti à S. Franciſco. Vide Deciſ. 4. id alijs medijs probãtem, occaſione iuris conferendi habitum Tertiarijs.

77 Tertiarij demum vtriuſq; claſſis ita ad inuicem faciunt vnum corpus, & talem habent vnitatem, & connexionem inter ſe, quod omnino diuerſi, diſtincti, & ſeparati ſunt à Fratribus Minorum primi Ordinis, vt in nullo conueniant, niſi in Patre, & fundatore S. Franciſco, qui fuit communis Pater, & Patriarcha trium Ordinum, & ſicut in eorum inſtitutione ſolus fuit, & nullum habuit collegam in fundatione trium Ordinum, ita vnus Ordo ab alio non dependet, ſed ſinguli immediate ab eodem inſtitutore dependent.

Probatur diuerſitas huiuſmodi negatiua, & excluſiua identitatis, ex oppoſitis, nam identitatem oſtendunt vnitas Regulæ, & profeſſionis ſub eadem denominatione eiuſdem Ordinis, ex probatis ſupra, nam duæ demonſtrationes ſufficiunt ad probandam vnita-
78 tem, & identitatem alicuius, *l. Forma ff de cenſib. ibi gl. in v. Vicinos, Bart. in l. Demonſtratio falſa ff. de condit. & dem. num. 14. Alex. lib. 5. conſil. 35. num. 2. cum aliis Rubeus tom. 1. deciſ. 681. num. 5.* Sed Tertiarij nec Regulã, nec profeſſionem habent eandem, cum Minoribus, vt notum eſt cognitionem habentibus de vtroq; ordine, nam Fratres primi Ordinis habent propriam Regulam cum propria profeſſione multis præceptis compoſitam, ſub qua militant Conuentuales, Obſeruantes, & Capucini. Tertiariorum vero Regula nec ad veniale obligat, vt viſum eſt ſupra, ergo diuerſitatem ſubſtantialem habent inter ſe. Ita ſupponit Rota in prima Deciſ. num. 44. dicens, S. Franciſcum inſtituiſſe Tertium Ordinem ſeparatum, & independentem ab alijs, & ſeparatas Regulas præ-

ſcripſit. Et ſupponitur in 2. & 4. Deciſionibus infra ſub cap. 12. Nec obſtat, quod in Deciſione 3. dicatur, quod Tertiarij ſeculares habent aliquam dependentiam, & ſubiectionem ad Fratres Minores, ſub quorum protectione viuunt, cum ab eodem fonte S. Franciſco deſcendant. Et num. 12. vocantur membra Ordinis Minorum Tertiarij Regulares, qui ſub num. 41. dicuntur nati ex latere Minorum, eundem agnoſcunt parentem, & ducem, nempe Beatum Franciſcum, ſimillima veſte vtantur, & in proceſſionibus ſub eorum vexillo incedant tamquam membrum, & pars dicti Ordinis Minorum.

79 Nam contra eſt, quia multa aſſeruntur falſa, quæ ideo non probantur. Quia vx eo, quod à Sancto Franciſco procedunt, non dicuntur dependere ab Ordine Minorum, ſed tantum à Patre, qui immediate eos procreauit, non mediante aliquo filio primi Ordinis, ſiquidem clarum eſt ex Hiſtorijs, Sanctum Patrum dediſſe habitum multis in primis Lucio, deinde Bartolomeo, cui dedit facultatem recipiendi alios, vt ipſamet Rota teſtatur Deciſ. 2. non ergo dependent à Fratribus primi Ordinis, ſed tantum à Sancto Patre, neq; proinde poſſent dici nati ex latere Minorum illi primi Fratres, nec Fratres Regulares, qui immediate deſcendunt ex ipſis Tertiarijs ſecularibus, vt ſuperius probatum fuit ſub num. 55. Habent quoq; habitum diſtinctum in colore ex parte, & iu forma Caputij, vt patet oculis omnium, & de eorum habitu latius dicetur infra in proprio capite II. Quod olim in ali-
88 quibus locis inceſſerint noſtri ſub Cruce, mirum non eſt, quia id indicat identitatem cum primis Tertiariis, qui in hoc cogebantur incedere ſub Cruce Minorum, quod ex noſtris nonnulli fecerunt; & hoc non arguit identitatem, nec quod illorum ſint membra, aut partes, aliter Regulares quorumcumq; Ordinum eſſent partes & membra clericorum, dum in aliquibus locis in vſu eſt incedere omnes Regulares in funeralibus ſub cruce Clericorum. Vide Decr. 14. ſub Collect. 4.

C A-

CAPVT NONVM

An Tertius Ordo ſit de numero Mendicantium, & an poſſit poſſidere ſtabilia, & habere annuos redditus?

1 *Mendicantis etimologia.*
2 *Mendicitas alia neceſſitatis naturæ, aut vitij.*
3 *Salomon cur nolebat eſſe diues, nec pauper?*
4 *Mendicitas alia voluntaria.*
5 *Contentus eſſe debet fidelis victu, & veſtitu.*
6 *Mendicitas voluntaria eſt virtus inclinans ad abdicationem bonor.*
7 *Eſt titulus virtutis, & patrimonium paupertatis.*
8 *S. Franciſcus inter regulares primus adamauit paupertatem.*
9 *Titulus iſte Mendicantium capit ſub Bonifacio VIII.*
10 *Mendicantes dicuntur, qui carent ſtabilibus viuentes ex elemoſinis.*
11 *Mendicantes alij ex Regula, alij ex conſtitutionibus.*
12 *Tridentinum capaces fecit ſtabilium omnes Religiones præter Obſeruantes Minorum, & Capucinos.*
13 *Poſſidere indicat dominium, & proprietatem.*
14 *Fratres Tertij Ordinis ſeculares non ſunt Mendicantes.*
15 *Sed tantum Regulares qui ſemper habuerunt in communi.*
16 *Tertiarij nominantur Mendicantes à S. Congreg.*
17 *Quatuor ſunt Ordines præcipui Mendicantium.*
18 *Omnes Mendicantes capaces hæreditatis, legatorum, & ſucceſſionis præter Capucinos, & Obſeruantes.*
19 *Tertiarij gaudent priuilegio Tridentini poſſidendi bona ſtabilia.*
20 *Minor de Obſeruantia tranſiens legitime ad Tertiarios eſt capax ſucceſſionis.*
21 *Ius ciuile quid diſponat de bonis ingredientium.*
22 *Quicquid aquirit monachus aquirit monaſterio.*
23 *Etiam Capucinus tranſiens ſuccedit.*

1 Mendicitas ætimologia ſecundum quoſdam deducitur ex eo, quod mendicus dicitur à mente eius, quem fortuna feſellit; ſecundum alios à medendo, quia pauper quærendo oſtiatim ſtipem medetur vitæ ſuæ; Mendicitas ergo eſt inopia, & indigentia bonorum fortunæ, ideo pauper, & mendicus dicitur proprie, & in rigore, qui pedem in ſuo ponere non poteſt. Duplex autem eſt
2 mendicitas, alia neceſſitatis, alia voluntatis, illa malum eſt, vel naturæ, quo laborant filij à patre paupere procreati; vel vitij, cum diues ex mala gubernatione euadit pauper, vt filius prodigus, qui omnes ſuas facultates cum meretricibus conſumpſit, de iſta mendicitate Prouerb. cap. 30. 8. dicitur: *Mendicitatem, & diuitias ne*
3 *dederis mihi. Tribue tantum victui meo neceſſaria, ne forte ſatiatus, alliciar ad negandum, & dicam: Quis eſt Dominus; aut egeſtate compulſus furer, & periurem nomen Dei mei?* Salomon viam mediam percurrere cupiebat nec diues, nec pauper, quia diues Deum obliuiſcitur, pauper vero Dominum blaſphemat, & euadit fur. Procùl ergo ab his eſſe bonum eſt homini. De eadem aiebat Cic. *Paupertas, ſi malum eſt mendicus beatus eſſe non poteſt, quamuis ſit ſapiens.* Hæc igitur materia homini contingit contra eius voluntatem, qui quamuis bona ſua diſſipet, & diſtrahat, vt inordinato appetitui ſuo ſatisfaciat, nollet tamen fieri miſer, & mendicus.
4 Mendicitas alia dicitur voluntaria, qua homo diues, vel ſaltem non multum pauper libere abdicat à ſe bona, facultates, & fortunas huius mundi, & vult eſſe pauper propter amorem Ieſu Chriſti, quem vult imitari; hæc enim ratione Chriſtus pauper, & mendicus fuit, vt per eius os loquitur Dauid in Pſal. 39. 18. *Ego autem mendicus ſum, & pauper.* Qui ergo dat pauperibus ſuam ſubſtantiam, vel alio modo diuitias à ſe abdicat imitatur Chriſtum, & nihil illi deeſt, iuxta illud 2. Corinth. cap. 6. 10. *Sicut egentes, multos autem locupletantes, tamquam nihil habentes, & omnia poſſidentes,* illis enim, qui pro Chriſto ſuis omnibus renuntiauerunt, nihil deeſt, ſed omnia ſibi neceſſaria ad victum, & veſtitum, de quib. Apo-
5 ſtolus contentus erat 1. ad Timoth. 6. 8. *Habentes autem alimenta, & quibus tegamur, his contenti ſimus.* Prouidentur à Deo, vt teſtatur Dauid, dum ad prædictam ſententiam ſubiungit: *Dominus ſolicitus eſt mei.* Bonus prouiſor eſt Dominus, & ſolicitat ſubminiſtrare neceſſaria ſuis ſeruis, qui vale dixerunt mundo, & eius diuitijs,

uitijs, quæ fallaces ſunt. Relicto igitur primo genere mendicitatis, quod inuitus ſubit homo in hoc mundo, ſermo noſter erit
6 de Mendicitate voluntaria, quæ eſt virtus quædam inclinans hominem ad renuntiandum bonis ſuis propter Chriſtum, quem pro nobis pauperem factum imitari debemus, quantum poſſumus.
7 Mendicitas eiuſmodi eſt titulus virtutis, & patrimonium paupertatis, quod multum adamauit Sanctus Franciſcus, qui Religionem ſuam ſub altiſſima mendicitate, & paupertate fundauit, quaſi extrema, dum nihil poſſidere in hoc mundo decreuit, præter Chriſtum Dominum, quem ſibi elegit in patronum, in poſſeſſionem, & diuitias ſuas.
8 Sanctus ergo Franciſcus fuit primus omnium, qui titulum Mendicitatis dedit ſuæ Religioni, præcipiens ſuis Fratribus, ne quid poſſiderent tam in communi, quam in particulari, ſed oſtiatim ſibi victum, & veſtitum quærerent, vt hac via occurrerent ſuis indigentijs, & neceſſitatibus. Hinc Pontifices Romani gratum habentes huiuſmodi Sanctum inſtitutum Ordines S. Franciſci cum Dominicano, & alijs illuſtrarunt denominatione Mendicantium, eoſdem munientes diuerſis priuilegijs.
9 Puto hunc titulum Mendicantium cæpiſſe eſſe in vſu tempore Bonifacij VIII. vel paulo ante, vt videre eſt cap. Quorumdam 24. de elect. in 6. vbi religioſi Prædicatorum, Minorum, & Eremitarum S. Auguſtini cum alijs in genere, illi autem in ſpecie vocantur Mendicantes, ſicut in cap. 3. de Pactis in 6. idem Bonifacius, cuius eſt vtrumq; caput, eoſdem appellat Mendicantes.
10 Illi autem dicuntur Mendicantes, qui certas poſſeſſiones, vel redditus habere non poſſunt, ſed per quæſtum publicum eis victum præbet incerta mendicitas. Gloſ. v. Mendicantium, nam alij
11 ſunt, quibus ex Regula præciſe interdicitur poſſeſſio bonorum, & hi ſunt tantum Franciſcani ſub prima Regula militantes ad literam, ſine priuilegijs eam obſeruantes, cuiuſmodi ſunt Minores de Obſeruantia, & Capucini, qui ex illis deſcenderunt. Alij vero, qui non ex Regula, ſed ex conſtitutionibus Mendicantes ſunt, vt Dominicani, Auguſtiniani militantes ſub Regula D. Auguſtini, quæ non prohibet redditus, nec ſtabilia, pariter Carmelitæ ex conſtitutionibus Mendicantes ſunt, de quibus Azor. par. 1. lib.
12 12. cap. 24. Hinc eſt, quod S. Dominicus ad imitationem S. Franciſci,

ciſci, qui ambo eodem tempore confratres indiuidui Deo ſer-uiebant, per conſtitutiones factas Bononiæ 1220. & confirmatas Pariſijs 1228. abdicauit omnia bona immobilia, quæ vſq;ad illud tempus eius Fratres in communi poſſederant, vt refert idem Azor. loco citato. Et ideo ſuperius dixi titulum Mendicantium in re originem traxiſſe à S. Franciſco, qui fuit inſtitutor Regulæ cum prohibitione bonorum immobilium, & pecuniarum. Vide *Barboſ. lib. 1. de iure eccl. cap. 41. num. 208. & in tract. Var. de Appellat. v. Mendicantes.*

12 Tridentinum ſeſſ. 25. cap. 3. experientia duce, conſiderans, quod Religiones Mendicantium carentes ſtabilibus, & redditibus in communi, non poterant ita bene, & diligenter obſeruare vitam communem religioſis neceſſariam, quia abundantia obſeruantiam facit, & conſeruat, ſtatuit, *& concedit omnibus Monaſterijs, & Domibus tam virorum quam mulierum etiam Mendicantium, exceptis Domibus Fratrum S. Franciſci Capucinorum, & eorum, qui Minorum de Obſeruantia vocantur; etiam quibus ex conſtitutionibus ſuis erat prohibitum, aut ex priuilegio Apoſtolico non erat conceſſum, vt deinceps bona immobilia eis poſſidere liceat.* Exceptis ergo Obſeruantibus, & Capucinis cæteri Regulares in communi poſſidere poſſunt bona ſtabilia, conſequenter ex hoc verbo *poſſidere* aperte

13 colligitur ſingulas alias Religiones, & Ordines præter Capucinos, & Obſeruantes, ſpectatas in ratione vnius corporis politici ſingulæ in ſuis Conuentibus, & Domibus eſſe vere, & proprie patronas, dominas, & proprietarias ſuorum bonorum, & de ijs diſponere poſse iuxta earum ſtatuta, & conſtitutiones Apoſtolicas, & non aliter. Nam *poſſidere* non ſolum arguit partem proprietatis l. 4. de Vſufr. ſed etiam proprietatem ipſam, dum vtriuſq; diuerſi non ſunt domini, & poſseſsores, poſseſſio enim tunc ſequitur ſemper proprietatem gl. v. cauſa, in fine cap. Paſtoralis 5. de cauſa poſseſs. Et licet aliqui dicant, dominium, & proprietatem bonorum regularium eſse pænes Deum, & eorum adminiſtrationem apud Papam, *Rodr. tom. 3 q. 29. art. 5. Miranda tom. 1 q. 28. art. 5. concl. 7. cum alijs contra Tambur. tom. 3. diſp. 11. q. 2. qui cum Molina de iuſt. tom. 1. tract. 2. diſp. 142. Sanch. lib. 7. cap. 18. num. 10. & alijs* ſuſtinet, vt duximus, eſse apud totam communitatem Fratrum, & probat ex decreto Tridentino, & ex illa communi

regula:

regula: Quicquid aquirit monachus, aquirit Monaſterio non ſibi.

14 Fratres autem Tertij Ordinis in numero Mendicantium non ſcribuntur, quia Religioſi non ſunt, loquendo de Tertiarijs ſecularibus, qui in proprijs domibus vitam tranſigunt, ille enim titulus Mendicantium ſupponit ſtatum regularem in ijs Fratribus, qui
15 illo denominari poſsunt. Tertiarij autem Regulares eo titulo Mendicantium gaudent cum cæteris Religioſis, qui Fratres nuncupantur ad diſtinctionem aliorum Religioſorum, qui non Fratres, ſed Monachi appellantur; & quidem ex illis Mendicantibus ſunt, qui ſemper habuerunt in communi ex eo, quod deſcenderunt ab illis primis Tertiarijs, quibus nec ex Regula, nec ex conſtitutionibus aliquando prohibitum fuit poſsidere ſtabilia, & reddilus in communi; nec his obſtat dictum Gloſsæ ſuperius allatæ, quia loquitur de Mendicantibus, ſecundum quod tunc tales erant ex carentia bonorum non ſolum in particulari, ſed etiam in communi, nunc autem ſic appellantur potius ex titulo honorifico, quam ex abdicatione bonorum.

16 Tertiarij ergo Regulares Mendicantes ſunt, & hoc ſupponit Sacra Congregatio, dum declarat, eos tamquam Mendicantes non eſſe prohibendos à quæſtu elemoſinarum more aliorum Mendicantium. Decretum habes extenſum ſub Collect.3.Decr. 19. Et probatur, quia in cap. Quorundam 24.de elect.in 6.cap.3. de Pactis, & alibi in iure, & Pius V.in ſua 19. incip. *Romanus Pontifex*, apud Rodriq. declarat quatuor Ordines eſſe Mendicantes
17 *S. Dominici, & S. Franciſci, ac Eremitarum S. Auguſtini, necnon Carmelitarum, inter quos recenſeri volumus*, (inquit Papa) *Seruorum Beatæ Mariæ nominibus comprehenſos Fratres, eorumq; Domos, Monaſteria, & loca etiamſi in communi propria bona tam mobilia, quam immobilia, & ſtabilia, ac alia quæcunq; poſſederint.* Nulli autem dubium eſt Tertium Ordinem eſſe S.Franciſci, cum ipſe illum inſtituerit, nec prohibuerit erectionem eius in ſtatum religioſum, cum vtriuſq; idem ſit Ordo S. Franciſci, vt multis probatum fuit præcedenti capite. Tum quia in multis Bullis vt videre eſt in noſtro Archiuio, vocantur Fratres Tertij Ordinis Minorum non quo ad ſubiectionem, ſed quo ad denominationem tantum, quia Sanctus inſtitutor voluit, omnes ſuos Fratres ſiue de prima, ſiue

tertia

tertia Regula cùm Sororibus eſſe humiles, & minores reſpectiuè ad quoſcumq; aliorum Ordinum profeſſores, ergo cum cæteris Minoribus ſunt de numero Mendicantium. Tum quia Hiſtorici diſtinguunt omnes religioſos in duas claſſes in non Mendicantes, ſub quo nomine veniunt cæteri religioſi nuncupati præſertim Fratres, quorum inſtitutum eſt quærere elemoſinas ad ſubueniendum ſuis neceſſitatibus, quando redditus non ſufficiunt.

18 Inter Mendicantes alij ſunt capaces hæreditatis, legatorum, & ſucceſſionis, alij non, qui ſcilicet nuncupantur Minores de Obſeruantia, & Capucini, vt ſupra dictum fuit ex Tridentino. Cæteri ergo Fratres Mendicantes, immo & religioſi omnes aliorum Ordinum capaces ſunt prædictorum non ſolum de iure communi tum antiquo, tum nouo Tridentini, ſed etiam ex Regula, aut ex conſtitutionibus, quatenus non prohibent aquiſitionem bonorum.

19 De iure Tridentini patet ſuperius, in quo comprehenduntur Fratres Tertij Ordinis, dum ab ea exceptione excluduntur, non enim ſunt Zoccolantes, nec Capucini, ergo de numero eorum, qui poſſident in communi ſtabilia, & redditus, exceptio enim firmat regulam in caſibus non exceptis, *Auth. coll. 2. de non alien. §. Vt autem, cum alijs Barb Axiom. 85. num.* 4. Et probatur per eorum Regulam, in qua poſſeſſio bonorum non prohibetur, & habito reſpectu illorum primorum Fratrum res omnino certa eſt, quia illi etiam in particulari poſſident, & ſunt domini, & proprietarij ſuorum bonorum, cum per ipſos non emittatur votum Paupertatis, quod dicit abdicationem proprietatis; & hoc ius aquirendi, & poſſidendi in communi, non in particulari, propter votum Paupertatis emiſſum ab eiſdem vti religioſis, tranſiuit ad eoſdem erectos in ſtatum regularem, vt colligitur ex Bullis Pontificijs, præſertim Bulla CVI. Eugenij IV. num. 10. vbi præſcribitur, quod eorum bona, de quib. ante profeſſionem non diſpoſuerunt, aquirantur, & pertineant ad eorum conuentus, capaces quoq; ſunt legatorum, hæreditatis, & aliorum relictorum, ita conceſſum fuit Sororibus Senenſibus Bulla XCII. num. 5. Morinenſibus Bulla CLIV. num. 12. Pro Fratribus, & Sororibus Paulus IV. Bulla CXXIX. num. 11. Ex Statutis, quæ pro Regula habentur, idem clare colligitur, cap. 6. ibi: *Qui cænobijs bona procuret, & ſeruet, pre-*

ueniunt

uentuum curam habeat, cap. 16. *Bona autem è vita decedentium ſi quæ habere contigerit, illi cœnobio aquirantur, in quo eos profeſſionem emiſiſſe conſtabit*, cap. 17. clarius idem habetur, dum alienationes etiam ſtabilium prohibentur, quæ fiunt ſine debitis ſolemnitatib.

20 Et in confirmationem prædictorum, reſolutum fuit, vt teſtatur Aldanus in Compend. canon. reſol. lib. 3. tit. 8. num. 12. & ex eo Barb. ad dictum cap. 3. Trident. ſeſſ. 25. num. 11. in Nerotinenſi 22. Ianuarij 1622. Religioſum ex indulto à religione Minorum de Obſeruantia ad Tertium Ordinem S. Franciſci Regularem ex legitima cauſa translatum recuperare ius ſuccedendi in bonis ſibi ex teſtamento, vel ab inteſtato poſt translationem delatis. Et noſter de Sillis ad præfatum cap. 16. Statutorum, aſſerit, ita etiam Sacram Congregationem declaraſſe. *Horat. Cardinalis Lancellotus. Tambur. tom. 3. diſp. 7. q. fin. num. 7. §. Profeſſus. Ferentellus ad Deciſ. 756. tom. 3. Burati, num. 25.*

21 Hæc ſunt conformia iuri antiquo cap. 7. 19. q. 3. *Quia ingredientibus monaſterium conuertendi gratia, vlterius nulla ſit teſtandi, ſed res eorum eiuſdem monaſterij iuris fiant, aperta legis definitione decretum eſt.* Idest, profectorum bona de quibus non diſpoſuerunt, fiunt iuris monaſterij, ex decreto legis, *& Auth. Ingreſſi C. de epiſc. & cler.* autenticato per Gregorium Papam, cuius ſunt prædicta verba. Placet ſubiungere, *cap. Si qua 9. 19. q. 3. quæ eſt Auth. in Cod. de ſacroſ. eccleſ.* tenoris ſequentis.

Si qua mulier, aut vir monaſticam elegerit vitam, & intrauerit monaſterium, liberis non extantibus, monaſterio quod ingreditur res eius competere iubemus. Sed ſi perſona liberos habens, antequam de rebus ſuis inter eos diſponat, monaſterium intret, liceat ei poſtea inter eos diuidere, legitima non diminuta, & quod eis non dedit, monaſterio competet. Sed ſi poſt ingreſſum moriatur antequam inter eos diuidat, filij legitimam percipiant, reliqua ſubſtantia monaſterio competente.

In Auth. de Monachis conſt. 5. collat. 1. dicitur. *Nunc autem cum Monachus factus eſt, hoc ipſo res ſuas ceſſante lege diſponitur, vt ſi liberos habeat, in quos, aut nihil, aut minus legitima portione quoquo donandi titulo contulerit, eatenus ſubſtantiæ monaſterio deſtinatæ detrahatur, ne quid contingat circa liberos iniquum.*

Vide Doctores ſuper dictam Auth. ingreſſi poſt l. 13. C. de Epiſcopis, & clericis, quos refert ibi Barboſa more ſuo,

22 Eſt ergo certa regula, quod quicquid aquirit monachus aquirit monaſterio ſuo, intellige ſi eſt eius conuentus capax aquiſitionis, aliter nulli aquirit nec ſibi, nec monaſterio, de qua re vide *Nauar. tom.2.Comment.2.de Regul.à num. 3. Leſſium lib.2.cap.41.dub.11. Sãch.lib.7.cap.12.Donatus Dominicanus de Reb.Regul.par.2.tract. 11.de ſucceſſione monaſter.* per totum.

23 Quæ dicta ſunt de Fratre Obſeruante translato ad Ordinem Tertium recuperante ius ſuccedendi, ac ſi nonquam fuiſſet de primo Ordine S. Franciſci de Obſeruantia, locum ſibi vindicant in Capucino translato ad hunc eundem Ordinem, nam militat eadem ratio, ſiquidem Frater tam Capucinus, quam Obſeruans quandiu afficiuntur illis qualitatibus Capucini, & Obſeruantis, tandiu remanent incapaces ſucceſſionis, & aquiſitionis bonorum, id prohibente Religione, quam profeſſi ſunt, ergo ceſſante eorum profeſſione per ſubſequentem profeſſionem emiſſam in alio Ordine capaci aquiſitionis, non enim quis poteſt eſſe ſimul profeſſus in duobus ordinibus, cum per poſteriorem profeſſionem deſtruatur prior, incipit eſſe religioſus alterius Ordinis, quem profeſſus fuit, conſequenter aquirit ea omnia, & priuilegia, quæ habent profeſſi talis Ordinis, ad quem tranſiuit, paris enim cum illis debet eſſe conditionis, cum parem cum illis ſubeat onerum obligationem. Quare recuperat ea omnia bona, & iura, quibus capax eſt religio, ſi eam primo ingreſſus fuiſſet. Vide Donatum, Antonium de Marinis lib.2. Reſolut. Quotid. cap. 185. vbi de hac re.

CA-

CAPVT X.

De Superioribus huius Ordinis tam proprijs, quam extraneis.

1 *Tertiarij Regulares nonquam in Italia ſubfuerunt Minoribus, niſi tempore Pij T.*
2 *Sub proprijs ſuperioribus multum profecerunt teſtibus Pontificibus Romanis.*
3 *Tertiarij ex vi Regulæ non ſubſunt Minoribus.*
4 Conſulimus *non importat neceſſitatem.*
5 *Erectus in Religionem ſub proprijs ſuperioribus.*
6 *Referuntur diuerſi Generales iuxta diuerſitatem nationum.*
7 *Tres claſſes ſuperiorum, Generalis, Prouincialium, & Priorum, qui cur non vocentur Miniſtri, ſicut eos vocat Regula.*
8 *Bullæ loquentes de Tertiarijs ſubiectis Minoribus, intelliguntur de ſecularibus.*
9 *Itali non agnoſcunt Regulam Leonis X.*
10 *Miniſter Generalis Minorum circa confirmationem Generalis, & viſitationem.*
11 *Nihil modo poteſt, quia libertatem ab eo ſibi praſcripſerunt.*
12 *Primus Generalis reſtitutus à Sixto V. confirmatus fuit à Cardinali Protectore Benedictus Bellotus.*
13 *Multis probatur præiudiciale regimen Minorum Tertiarijs.*
14 *Eiuſdem profeſſionis ſuperior, & ſubditus.*
15 *Superiores de gremio eiuſdem eccleſiæ aſſumendi ſunt.*
16 *Cur ab exordio Ordinis aſſumebantur ſuperiores extranei.*
17 *Paſtoris, & mercenarij differentia.*
18 *Generali vni alij Minorum ſubiecti Generales.*
19 *Extranei ſuperiores dantur nouiter inſtitutis.*
20 *Multi docti in hoc Ordine.*
21 *Superiores non poſſunt bene regere alienas oues ſibi ignotas.*
22 *Damna illata recenſentur.*
23 *Tertiarii in Hiſpania ſoli Generali Minorum ſubiecti.*
24 *Grauamina illata Andaluſianis, & Granatenſibus.*

25 *Cur apud Minores Generalis, & Commiſſarius?*
26 *Reformati exempti à Prouincialibus de familia.*
27 *Tertiarij exempti à Minoribus propter vexationem horum.*
28 *Viſitator debet accedere ad perſonas viſitandas, non econtra.*
29 *Conuentus Tertij Ordinis ſibi vſurpare Minores prohibentur.*
30 *Galli, & Hiſpani votum actiuum habent in Capitulo Generali Minorum.*
31 *Generalis Minorum regit Tertiarios vt Generalis iſtorum.*
32 *Religioſus factus Parochus ſpectatur vt Clericus.*
33 *Generalis Minorum ex vi Regulæ ſolus pro primo Ordine.*
34 *Allegationes in cauſa extenduntur.*
35 *Conceſſio facta G. M. viſitandi Tertiarios Regulares.*
36 *Dubitatur an nunc poſſit viſitare.*
37 *Quia nunquam antea viſitauit ſpatio 62. annorum.*
38 *Nihilominus viſitare poteſt.*
39 *Quia lapſus etiam mille annorum non præiudicat in facultatiuis.*
40 *Vnde Princeps onerare poteſt vaſſalos, quos antea non vexauit.*
41 *Non vſus agendi diſcretiue non præiudicat quod ad futurum.*
42 *In his negligentia prædeceſſorum non nocet ſucceſſori.*
43 *Facultas hæc viſitandi eſt præſeruatio iuris præcedentis ex Bulla Pii V.*
44 *Reſpicit fauorem non ſolum G.M. ſed etiam totius Ordinis.*
45 *Ea facultas non potuit amitti per non vſum, ſtante priuilegio centenaria præſcriptionis.*
46 *Priuilegium habens tractum ſucceſſiuum non perditur per non vſum.*
47 *Tertiarii allegantes non vſum probare tenentur.*
48 *G. M. viſitat Gallos, Hiſpanos, Luſitanos, &c.*
49 *Per exercitium in vno loco conſeruatur ius in aliis.*
50 *Priuilegia communia etiam Tertiariis, vt ſubduntur illis.*
51 *Protectorem habent communem.*
52 *G. M. plures viſitarunt Tertiarios Italos.*
53 *Si omiſerunt, ratio eſt, quia vt plurimum reſident in Hiſpania.*
54 *Bordonus reiicitur.*
55 *Tertiarii non habent proprium Miniſtrum Generalem.*
56 *In cuius locum ſubrogatum fuit Generalis Obſeruantiæ.*
57 *Contra quem non poteſt præſcribi ex radice malæ fidei.*
58 *G.T. viſitauit, vt inferior ad G.M.*

59 *C. M. deducit ius ſuum ex Bulla Pii, non Sixti.*
60 *Calderinus, & Bereus loquuntur in aliis terminis.*
61 *Non vſum allegans probare tenetur.*
62 *Hoc ius viſitandi eſt impræſcriptibile cum ſit meræ facultatis, contra* 136. & 141.
63 *Epiſcopus non viſitans ideo non perdit ius ſuum.*
64 *Sixtus V. reſtituit Viſitatorem non Miniſtrum Generalem.*
65 *Non vſus non dat ius præſcriptionis, quia ſunt in mala fide.*
60 *G.M. hoc ius exercet in Hiſpania, & Gallia.*
67 *Memoriale ad Summum Pontificem.*
68 *Ius viſitationis competit ex priuilegio, non iure ordinario M.G.*
69 *Generalem proprium habent Tertiarii.*
70 *Qui præſcripſit viſitationem contra Gener. Minorum.*
71 *Præſcriptio viſitationis eſt ſemper priuatiue ad alios.*
72 *Intereſt religionis, ne ſubditi vexentur à pluribus Superioribus.*
73 *Ius facultatiuum præſcribitur competens ex vi contractus, legis, aut priuilegii.*
74 *Actio ex vi prædictorum proueniens præſcribitur.*
75 *Priuilegium habens ſui vſus libertatem perditur per non vſum.*
76 *Princeps cur non perdit ius onerandi ſubditos.*
77 *Quia eſt mere facultatiuum actioni non inhęrens.*
78 *Quęſtio eſt inter Superiorem proprium, & extraneum.*
79 *In actibus ſucceſſiuis pręſcriptio pręiudicat etiam futuris.*
80 *G. M. ſubrogatus Generali Tertiario.*
81 *Priuilegium ſpatio* 40. *annorum neglectum tollitur.*
82 *Conceſſum fuit ſoli G.M.*
83 *Non conſtat de acceptatione. & vſu huius priuilegii.*
84 *Priuilegium centenarię pręſcriptionis non habet locum hic,*
85 *Tertiarii habebant proprium Generalem ante Pium V.*
86 *Poſtea illis reſtitutum per Sixtum V.*
87 *Abrogata Bulla Pii V.*
88 *Generalis Tert. omnimodam habet poteſtatem in ſuos.*
89 *Conceſſio facta G.M. eſt poſt clauſulam:* ſublata, *& decretum.*
90 *Non eſt via reſeruationis poteſtatis ex Bulla Pii V.*
91 *Falſum eſt Tertiarios nunquam habuiſſe proprium Generalem.*
92 *Non obſtat confirmatio petenda à Generali Minorum.*
93 *Monſtruoſum eſt duo eſſe capita in eodem.*

94 *Priuilegium confirmandi, & viſitandi non facit prælatum imme-diatum.*
95 *Generalis T. Ord. venit ſub nomine Viſitatoris.*
96 *G. M. eſt tantum delegatus in Tertiarios.*
97 *Bullæ Pij, & Sixti ſunt leges priuatæ.*
98 *Allegans non vſum Bullæ probat, quando deducta fuit in vſum ab initio.*
99 *Lex cum clauſula, & decreto irritante non tollitur per non vſum.*
100 *Bulla Piana abrogata fuit.*
101 *Clauſula, & decretum non referuntur ad conceſſionem G. M.*
102 *Bulla cum illo decreto nondum acceptata non ligat.*
103 *G. M. viſitat Tertiarios Vltramontanos.*
104 *Bulla Pij ſublata quo ad Italos tantum.*
105 *Mala fides hic non impedit præſcriptionem.*
106 *Teſtes de obſeruantia non probant.*
107 *Teſtes viui non petuntur, cum per mortuos probetur.*
108 *Melius viſitat proprius Paſtor, quam extraneus.*
109 *Extraneus ſuperior infenſus non ſibi ſubditis.*
110 *Minorum de Obſeruantia Tertiarijs.*
111 *G. M. per ſe ſuum Ordinem non poteſt viſitare.*
112 *Cur Sixtus V. reſtituit Generalem Tertiarijs.*
113 *Conceſſio facta G. M. eſt extra partem diſpoſitiuam.*
114 *Priuilegium per non vſum perditur ſpatio etiam decennij.*
115 *Clauſula, & decretum non includunt hanc conceſſionem.*
116 *Conceſſio facta fuit G.* M. *in eius tantum fauorem.*
117 *Diſpoſitio cum clauſula, & decreto per non vſum tollitur.*
118 *Facultas ſimplex præſcribitur, licet non libera.*
119 *Verbum* poſſit *importat ſimplicem facultatem.*
120 *In Bulla Sixti nulla verba importantia libertatem.*
121 *Probatur non vſus, quando conſtat de acceptatione legis.*
122 *Viſitatio præſcribitur contra extraneum.*
123 M. *G. non fuit ſubrogatus in locum* M. *G. Tertiariorum.*
124 *Cur viſitat Vltramontanos, non Italos?*
125 *Inconuenientia ſequuntur ex viſitatione G.* M.
126 *Viſitatio præſcribitur reſpectu vnius Prælati.*
127 *Et quando eſt ex priuilegio.*
128 *Spatio* 40. *annorum inter hos duos ordines.*

129

129 *Viſitatio eſt neceſſitatis, ideo non valet quod ſit actus facultatis.*
130 *Verbum* Poſſit *hic importat neceſſitatem.*
131 *Facultatiuum quid dicatur?*
132 *Habentia tractum ſucceſſiuum præſcribuntur etiam quoad futurum.*
133 *G.M. hac facultas non competit iure proprio.*
134 *Priuilegium centenariæ præſcriptionis non habet locum hic.*
135 *G. M. per non vſum 62 perdidit ius viſitandi.*
136 *Facultatiui actus ſimplices præſcribuntur.*
137 *Non præſeruatio poteſtatis, ſed merum priuilegium.*
138 *Priuilegio conceſſo etiam ordini renuntiatur poſita præſcriptione.*
139 *G.M. non poteſt vti priuilegio centenariæ præſcriptionis.*
140 *Viſitatio præſcribitur contra aliqualem ſuperiorem.*
141 *Ius viſitandi non eſt mera facultas.*
142 *Præſcripta viſitatio contra G.M.*
143 *Negligentia prædeceſſoris nocet ſucceſſori.*
144 *Conceſſio facta G.M. non eſt præſeruatio iuris anterioris.*
145 *G.M. non eſt ſupremus ſuperior Tertiariorum.*
146 *Sed ſubrogatus illorum Generali.*
147 *Viſitator eſt vere, & proprie Generalis.*
148 *Cum habeat poteſtatem alijs Generalibus ſimilem.*
149 *Cum vocetur Viſitator.*
150 *Viſitatio G. M. eſt magis nociua, quam vtilis.*
151 *Eſt contra iura.*
152 *Centenaria præſcriptio non communicatur G.M.*
153 *Referuntur verba vtriuſque Bullæ.*
154 *G. de Obſeruantia poſt Bullam Sixti non eſt amplius M. Tert.*
155 *G. Tert. quouis nomine vocetur parum refert.*
156 *G.M. modo nullum ius habet contra Tertiarios.*
157 *Impoſſibilis vſus viſitationis à M.G.*
158 *Quadriennij viſitatio impoſſibilis.*
159 *Ex conditione confirmationis.*
160 *Diſpoſitio regulatur ex fine.*

161 *Nullus M.G. vmquam viſitauit.*
162 *Fratres de Obſer. teſtes eſſe non poſſunt.*
163 *Priuilegium per non vſum duobus modis perditur.*
164 *Præſcriptibilis eſt iuriſdictio G. M.*
165 *Mala fides non obſtat præſcription.*
166 *Bulla Sixti non continet legem vniuerſalem.*
167 *G.M. cur exercuerit viſitationem vltra montes.*
168 *Ex inceptione viſitationis probatur impoſſibilitas.*
169 *Extraneus Paſtor non curat de alienis ouibus.*

1 In meo libello de antiquitate Tertij Ordinis Regularis impreſſo Bononiæ apud Iacobum Montium 1644. & tom. 2. Reſol. 87. quæſt. 12. Probaui Religionem Tertij Ordinis, præſertim in Italia nonquam ſubiectam fuiſſe Minorum Superioribus, niſi tempore Pij V. ab anno 1568. vſq; ad annum 1586. qui per ſuam Bulla CCXXXIII. apud nos extinguendo Generalem, & Prouinciales per vniuerſum orbem, Fratres, & Sorores ſubiecit regimini, & curæ Minorum de Obſeruantia, apud quos cum nihil profecerint, in vinea Domini, ſed varij abuſus circa obſeruationem Regulæ irrepſerint, ex eo, quod Minores cognitionem aliquam non haberent de illorum Regula, & modis viuendi ſecundum eorundem ſtatuta; ideo Sixtus Quintus de ijs omnibus plene edoctus, reſtituit per ſuam Bullam CCXLI. eandem Tertij Ordinis Religionem in priſtinam libertatem cum ſuis ſuperioribus Generali ſcilicet, & Prouincialibus in partibus tantum Ita-
2 liæ, ſub quibus Fratres religioſe, & cum magno exemplo, & vtilitate ſpirituali eccleſiarum vitam tranſigunt in obſeruantia regulari, vt teſtatur Clemens Octauus in ſua CCXLV. his verbis: *Cum autem dictus Ordo in varias Prouincias benedicente Domino diffuſus, & auctus ad præſens exiſtat* Melius, & ad rem latius vberes fructus, quos in Eccleſia militanti Fratres Tertij Ordinis, referunt, enarrat Paulus V. in ſua Bulla CCLII. in noſtro Bullario, his verbis: *Prouide conſiderans multiplices fructus, qui in militantis Eccleſia agro ex perſonarum diuinis beneplacitis ſub ſuaui Religionis iugo mancipatarum, exemplari vita, ſana doctrina, & ſpiritualibus functionibus, præſertim infidelium confeſſionibus audiendis, Sacramentis eccleſiaſticis miniſtrandis, & verbi Dei concionibus habendis*

bendis prouenire noſcuntur. Lege Bullarium noſtrum, in quo Romani Pontifices paſſim teſtantur Ordinem, & Religionem hanc eſſe fidelibus valde vtilem, & proficuum.

Vt autem in re magni momenti recto ordine procedam in primis probandum eſt, quod iſte Ordo ex primæua ſui inſtitutione non fuit fundatus à S. Franciſco ſub regimine Minorum. *Secunda*, patebit, quod idem Ordo vti Regularis non fuit ab initio ſubiectus Minoribus primi Ordinis, ſed regebantur, & reguntur à ſuperioribus natiuis, & proprijs profeſſoribus eiuſdem Ordinis Tertij. *Tertio*, quod regimen Minorum plus obeſt, quam prodeſt eiſdem Regularibus Tertiarijs. *Quarto* quo iure, & titulo Superiores Minorum ſe ingerunt in gubernatione Tertiariorum?

3 Primum, quod iſte ordo fundatus non fuerit ſub regimine Minorum, probatur de veriſimili intentione Sancti Franciſci, ex textu Regulæ ab ipſo dictatæ cap. 16. conſulendo illos, vt aſſumant in viſitatorem vnum Sacerdotem alicuius approbatæ religionis, nullam in ſpecie exprimendo illis verbis. *Sacerdotem habeant Viſitatorem, qui alicuius approbatæ religionis exiſtat.* Et licet Nicolaus Quartus eiuſdem Regulæ Tertiariorum approbator. in eodem capitulo ſubijciat hæc verba. *Quia præſens viuendi forma à Beato Franciſco prælibato inſtitutionem ſuſcepit conſulimus, vt Viſitatores, & informatores de Fratrum Minorum Ordine aſſumantur, quos Cuſtodes, & Guardiani eiuſdem ordinis, cum ſuper hoc requiſiti fuerint, duxerint aſſignandos.* Tamen in proprio originali à Sancto Patre conſcripta, hæc clauſula non habetur, vt videre eſt apud Vadingum tom. 1. ad annum 1289. Annalium Minorum, ſed appoſita fuit à Nicolao prędicto in illius confirmatione, propter honorem erga ſanctum, & exaltationem religionis. Neque ex vi huiuſmodi Regulæ Tertiarij habent obligationem recipiendi in viſitatorem aliquem ex Minoribus Sacerdotem, quod probatur; Tum quia nullum ex illius capitibus obligat ad culpam, vt dictum cap. 20. Tum quia

4 legiſlator vtitur verbo *conſulimus*, quod nullum importat præceptum, ſed merum uoluntatis arbitrium, iuxta illud. *Vbi conſilium datur offerentis arbitrium eſt.* Gregorij in Epiſt. ad Iouin. relati cap. fin. 14. q. 1. Tum quia id eſſe conſilium expreſſit idem Nicolaus, etiam in alia Bulla incip. *Vnigenitus Dei filius.* Dat. 8.

Aug. 1290. ad hoc acceptandum communicatione priuilegiorum Minorum eoſdem Tertiarios alliciendo, ſi de illis aliquem in Viſitatorem aſſumpſiſſent.

Ex his ergo manet probatum ordinem Tertiariorum in primo ſtatu antequam eleuaretur in religionem, neceſſario non fuiſſe ſubiectum Prelatis Minoribus, & ſi poſtea à diuerſis Pontificibus Maximis fuit ſubiectatus. Vt probatum fuit ſupra ſub cap. 6.

5 Secundum, quod idem Ordo eleuatus in ſtatum regularem non fuerit ſubiectus Minoribus de Obſeruantia, aut alijs extraneis ſuperioribus, ſed à ſuis proprijs rectus, & gubernatus ſit. Probatur quia Terriarij Regulares per vniuerſum orbem diſperſi ſemper habuerant proprium Generalem ſinguli in ſuis Nationibus cum alijs ſuperioribus, & ab illis ſucceſſiue gubernati fuerunt;
6 nam Eugenius IV. in ſua CVI. incip. *Iniunctum nobis.* Dat. 6. Febr. 1442. Hiſpanorum Nationi conceſſit proprium Generalem eligendum ab ipſis. Nicolaus Quintus in ſua CXXXIII. incip. *Paſtoralis officij.* Dat. 20. Iunij 1447. noſtris Italis conceſſit Generalem eligendum ex proprio ordine, vnde primus Generalis vocatus fuit Fr. Bartholomęus Bonamatus de Peruſia Sacerdos Tertiarius vitę integritate, & eruditione religioſa clarus electus in Conuentu S. Rochi Caſtri de Montefalco anno 1448. die 25. Iulij. Idem Nicolaus in alia CXXXVIII. incip. *Apoſtolica Sedis.* Dat. 23. Apr. 1450. nationi Leodienſi conceſſit proprium Generalem eligendum ab ipſis ex propria profeſſione. Hi autem tres Generales dominium habent abſolutum, ſinguli ſupra ſuos ſubditos independenter omnino à Generali Minorum, ſeu alterius religionis, imo cum expreſſa prohibitione, quod nullus Magiſter, Miniſter, aut alius Prelatus Minorum, aut alterius ordinis, vel locorum ordinarij audeant illos, vt de Tertio Ordine viſitare, aut moleſtare, & ſibi ſubijcere, communicando eidem priuilegia conceſſa, & concedenda eidem ordini, vel aliorum Mendicantium ordinibus, vt videre eſt in Bulla Clem. VII. CCXII. incip. *Ad vberes fructus.* Dat. 15. Martij 1526. nec dicas eam Bullam eſſe ad inſtantiam Tertiariorum in Regnis Hiſpaniarum, & Portugallię, quia omnes Teriiarij cuiuslibet nationis ad inuicem communicant in priuilegijs ex eadem Bulla, & alijs Summorum Pontificum, quod vt notorium probatione non eget. Nec

Nec obſtat, quod ea Bulla Clementis reducta fuerit ad terminos iuris communis per aliam CCXIX. Pauli III. ad inſtantiam Minorum, quia ius commune non negat, nec tollit Generalem.

7 Secundo, Superiores huius Ordinis, ſicut in alijs Religionibus ſunt in triplici differentia, nam alij vocantur locales, qui ex Regula Nicolai, & Leonis nuncupantur Miniſtri, licet ex vſu vocitantur Priores hic in Italia, & quandoque dicuntur Guardiani ex abuſu introducto, dum erant ſub Minoribus de Obſeruantia tempore Pij V. nomen autem Miniſtri ſublatum fuit à nonnullis ægreferentes, quod nomen ſuperiorum maiorum apud Minores ex prima Regula S. Franciſci extenſum fuit ad Tertiarios locales ſuperiores, cui ex vſu ſucceſſit vocabulum Prioris. Alii vocantur Prouinciales ex propriis profeſſoribus aſſumpti ad regimen ſuarum propriarum ouium, de quibus Leo X. in Regula cap. 5. de quibus etiam in Statutis, quæ pro Regula habentur cap. 3. & 4. de Generali, & Prouinciali etiam Sixtus IV. in ſua CLXIV. mentionem facit, ſicut & in præcedentibus dictum fuit. De Prouincialibus, & Generalibus, quorum Catalogum infra regiſtrabimus, ſuis locis agendum eſt.

Ex his inferendum eſt Tertium Ordinem Regularem à propriis ſuperioribus gubernatum fuiſſe, & non ab extraneis, dum conſtat de exiſtentia huiuſmodi ſuperiorum. Et de Generali, qui continuo ſucceſſiue gubernauit, præter tempore Pii V. manifeſte conſtat ex Catalogo eorundem inferendum in hoc opere, qui præfuerunt Ordini in Italia, & adiacentibus inſulis.

Tertio, quamuis neganti non incumbat probatio cap. Accuſator 2.6.q.5. cap. Quoniam 11. de probat. cap. Super hoc 5. de renunt. id enim onus ſpectat ad affirmantes aduerſarios, tamen quia poſſent pro ſe adducere diuerſas Bullas Summorum Pontificum, eiſdem mox ſubiiciendis reſpondendum eſt, dicendo in genere

8 illas loqui de Tertiariis ſecularibus, maxime cum in illis fiat mentio de ablatione habitus mantelli, de eiectione ab ordine, de adminiſtratione Sacramentorum, & ſpirituali cura præſtanda circa dictos Tertiarios, quæ Tertiariis regularibus nequaquam applicari poſſunt, ergo neq; prædictæ Bullæ, lex enim non applicatur illis, quibus nec verba applicari poſſunt, cap. Indemnitatibus 43. de elect. in 6. §. fin. l. 4. §. Toties, ff. de damn. infecto; neq;

enim Prælati religioſos profeſſos eijcere paſſim poſſunt, ſed tantum, cum incorrigibiles effecti ſunt, de qua & conſtare debet, neq; indigent Tertiarij regulares ſpirituali inſtructione Prælatorum alterius ordinis, cum intra eorum religionem ſuperiores, & religioſos viros habeant, qui etiam extraneos diſciplinis regularibus imbuere poſſent, ſi occaſio ſeſe offerret.

9 Quarto in ſpecie non obſtat Regula Leonis X. cap. 10. ibi. *Qui miniſtri, & matres obediant per omnia, quæ ad præſentem Regulam ſpectant, Provincialibus Miniſtris ordinis Minorum.* Quia Tertiarij Itali eam non agnoſcunt Regulam, ſed profitentur, & obſeruant Regulam Nicolai IV. prout reperitur comprehenſa in Statutis eiuſdem religionis, quæ continent ſubſtantiam Regulæ dicti Nicol. vt aſſerit, & approbat Pius V. mox citandus; & quod non ſeruent Regulam Leonis certum omnino eſt, ex eorum forma ſpeciali profeſſionis, in qua fit mentio de Regula ſolius Nicolai, non Leonis, & huius cauſam deduxi cap. 8. num. 52.

Quinto multum vrget Bulla CCXXXIII. Pij V. incip. *Ea eſt officij noſtri.* Dat. 3. Iulij 1568. in qua Generali, qui antea vſq; ad illud tempus abſolutum ſuæ religionis regimen ſuſtinuerat, extincto, Ordinem Tertium per vniuerſum orbem diffuſum ſubiecit Prælatis Minorum de Obſeruantia, & quamuis poſtea Sixtus V. Generalem eidem Tertio Ordini, vt prius reſtituerit in ſua CCXLI. incip. *Romani Pontificis.* Dat. 29. Martij 1586. per vniuerſam Italiam ſuper Fratres Tertiarios regulares exiſtentes cum omnibus ſuis iuribus, hoc onere adiecto, quod infra bimeſtre a die ſuæ electionis computando confirmationem à Generali de Obſeruantia peteret, qua non obtenta, vel denegata idem Generalis ex Tertio Ordine cenſeretur confirmatus authoritate Apoſtoli-
10 ca; addendo, quod Miniſter Generalis de Obſeruantia per ſe ſolum ſingulo quadriennio poſt viſitationem factam à Generali Tertiario, eundem Tertium Ordinem poſſet viſitare. Ex quo apparet dependentia huius ordinis à Generali de Obſeruantia ratione confirmationis, & viſitationis; nihilominus tamen, quia conſtat Generalem de Obſeruantia nunquam antea confirmaſſe noſtrum Generalem, neq; illius ordinem viſitaſſe, ſufficienter religio Tertij Ordinis præſcripſit legitime dictam confirmationem,
11 & viſitationem, nam præterierunt pluſquam anni quadraginta,

fere

fere 56. vt probaui ex hoc præſcriptionis titulo tom. 1. mearum Variar. Reſol. 26. de electionib. celebr. inter regul. q. 43. Et quia in hac poſtrema Bulla multum difficultatis facere poſſent aduerſarij, ideo rationibus confirmandum eſt id, quod ibidem ſuccinctè probaui.

Confirmatur ergo non amplius Tertiarios regulares eſſe ſubiectos virtute Bullæ Sixti V. Tum quia ſicut vna Eccleſia contra aliam ſpatio quadraginta annorum non interrupto præſcribit cap. Ad aures 6. de præſcript. & domus religioſa, ſeu monaſterium contra aliud monaſterium, & religioſam domum eodem præſcribit ſpatio, cap. 2. & 3. 16. q. 4. ita vnus Prælatus cum ſuis ſubditis contra alium præſcribere poteſt, valet enim argumentum à rebus, & locis ad perſonas, Barboſa loco 95. iura, & Doctores allegans. Tum quia quęlibet res facile reuertitur ad ſuum priſtinum principium, & ius, quod ante habebat, cap. Ab exordio d. 35. l. ſi vnus, §. pactos, ff. de pact. Nauar. conſil. de cauſa poſſeſſ. num. 4. dicens, quod reditio ad ius priſtinum eſt fauorabile; ſed ius Tertij Ordinis priſtinum, & antiquum eſt habendi ſuperiores, etiam Generalem ex proprio ordine independentem à Prælatis Minorum, ergo facili negotio per hanc præſcriptionem potuit ad eandem exemptionem redire, & de iure rediit in priſtinum ſtatum regiminis deſpotici, & abſoluti. Tum quia poſſunt præſcribi præcepta regulæ, quæ tamen illius ſubſtantiam non continent, Nau. cap. 12. nu. 50. Rodr. tom. 1. q. 69. art. 2. Peirin. tom. 1. priuileg. ad conſtitut. 4. Iulij II. num. 21. ergo & ſubiectio erga ſuperiorem maxime extraneum, & delegatum, cui nunquam obedientia promiſſa fuit.

Neque obſtant cap. Cum non liceat 12. de præſcript. de obedientia non præſcribenda contra Prælatum, & cap. Cum ex officij 16. eod. de viſitatione non præſcribenda. Quia his reſpondetur, primum quidem non facere contra Generalem, quia aliud eſt præſcribere obedientiam, quod ibi interdicitur, aliud confirmationem, quæ quid diuerſum eſt ab obedientia, & cum ex diuerſis non fiat illatio, ex vulgaris iuribus, non valet inferre ab obedientia, cui negatur præſcriptio ad confirmationem. Secundum caput non obſtat Generali, quia in Bulla Sixti V. non dicitur illum eſſe ſubiectum viſitationi Generalis de Obſeruantia, qui ſolum poterat viſitare ordinem, Fratres, domos, &c. ſub quibus verbis

generalibus non poteſt comprehendi Generalis Tertij Ordinis, vt clarum eſt ex contextu verborum, & quia in odioſis non venit ſub nomine Fratrum, cum habeat nomen elegans ſpeciali nota dignum,& ſit perſona priuilegiata, quæ non comprehenditur ſub diſpoſitionibus odioſis, niſi exprimatur, vt in ſimili dixit Trimarchus de ſolicitat.in confeſs. Sacram. diſp. 11.num.43. Neutrum vero caput facit contra determinata reſpectu Tertiariorum ſubditorum,tum quia in prætallegatis capitibus ſermo eſt de obedientia,& viſitatione non præſcribendis contra prælatum ordinarium, ſed Generalis de obſeruantia non eſt proprius, & ordinarius prælatus, ſed tantum delegatus à Sede Apoſtolica, ergo diſpoſitio dictorum capitum non intrat in caſu noſtro. Tum quia in illis capitibus reprobatur præſcriptio contra omnem ſuperiorem in cauſis obedientiæ,& viſitationis,non autem contra aliquem Prælatum, vt colligitur ex illa clauſula. *Et ſi alius contra eum præſcribere poſſet vtrumque.* in 2.cap.& ita docet Barboſa de poteſt.epiſc. part.3.alleg.129.à num.11.& tenuit Rota vol.1.in Recent.deciſ. 394.num.2.quos pro ſe citat Tambur.tom.1.diſp.19.q.3.in caſu autem non agitur de præſcriptione obedientiæ, & viſitationis reſpectu omnium ſuperiorum, ſed tantum contra vnum in ſpecie extraneum, & alterius ordinis. Tum quia ratio cur non poſſint illa duo præſcribi, eſt, quia huiuſmodi præſcriptio impediret correctionem morum, & reformationem diſciplinæ regularis, conſuetudo autem, quæ huiuſmodi impedit morum emendationem, & neruum eccleſiaſticæ diſciplinæ diſrumpit, irrita omnino eſt, Cap. cum inter. 5. de conſuetud. & conſequenter præſcriptio hæc operaretur effectum contrarium, cum fuerit introducta in bonum publicum non autem in eius præiudicium; ſed Religioſi Tertij Ordinis non obſtante præſcriptione contra Prælatos Minorum, adhuc ſubiecti ſunt ſuis ſuperioribus proprijs, & natiuis, qui eos in regularibus diſciplinis erudiunt continentes in officio ſpiritualis obſequij erga cultum diuinum. Demum cum Generalis de obſeruantia nunquam Tertium Ordinem viſitauerit ſuum cenſetur perdidiſſe priuilegium viſitationis.

Conſtat igitur ex præcedentibus Tertium Ordinem regularem à principio ſuæ inſtitutionis ſtatus religioſi,vſq;ad præſens tempus maxime in Italia nunquam rectum, nec gubernatum fuiſſe ſub re-

gimine

gimine Prælatorum de Obſeruantia, vel alterius ordinis, niſi ab anno 1568. ſub Pio V. vſq; ad Sixtum V. de anno 1586. & ſic per annos circiter 28. & cum nihil ſub illis profeciſſet, ſed multum perdidiſſet, ideo eiſdem ſuum reſtituit Generalem cum illa ſubiectione, quoad confirmationem generalis, & viſitationem quadriennalem modo legitima præſcriptione, vt probatum eſt, ſublata.

De hac præſcriptione, per quam modo Generalis Minorum de Obſeruantia non poteſt confirmare Generalem noſtrum, nec Ordinem viſitare ad formam dictæ Bullæ Sixti V. fuſe inf. à num. 47. ex reſponſis diuerſorum Doctorum.

12 Addam, quod dixi Reſol. 80. num. 39. Generalem de Obſeruantia virtute Bullæ Sixti V. nonquam ius aquiſiuiſſe confirmandi Generalem noſtrum, neq; viſitandi Ordinem; nam loquendo de Confirmatione primi Generalis electi virtute dictæ Bullæ, ea facta fuit per Ferdinandum Cardinalem de Medicis præſidentem vti Protectorem in Capitulo Generali, in quo in conuentu Sanctorum Coſmæ, & Damiani in Vrbe die Sabbati 24. Vigilia Pentecoſtes electus fuit Generalis P. Benedictus Bellotus Cremonenſis, religioſus integritate vitæ ſincerus, & morum, & ſcientiæ virtutibus clarus, atq; ideo in curia Romana gratus, & ab eodem Cardinali ſtatim confirmatus, adeo quod nullus ex Generalibus de Obſeruantia vſus fuit gratia ſibi facta à Sixto V. nec Minores probare poſſunt Tertium Ordinem aliquando viſitatum fuiſſe per aliquem Generalem ſui Ordinis.

13 Tertium, quod regimen Minorum magis obfuerit, quam ſit pro futurum noſtris, probatur, & primo loco, deſumo argumentum ex cauſa finali, quæ Sixtum V. mouit ad reſtituendum noſtris proprium Generalem illis verbis. *Nos itaque, quibus nuper innotuit, quod Fratres Tertij Ordinis huiuſmodi ſub obedientia Miniſtri Generalis, & Prouincialium Fratrum de Obſeruantia prædictorum manentes, nihil in vinea Domini profecerunt, immo in eodem Tertio Ordine varij abuſus, tam circa Regulæ obſeruationem quam etiam Fratrum dictæ Regulæ tranſgreſſorum, & alias delinquentium caſtigationem irrepſerunt.* Ecce quod Sanctus Pontifex proprio ore confitetur, quod ſub regimine illorum de Obſeruantia, quid ſperamus in futurum? nam Minores de Obſeruantia Prælati illis temporibus, non erant

ita

ita occupati in gubernatione propriæ religionis, ſicut ſunt hac tempeſtate ſub ſuo regimine habentes non ſolum Fratres de Familia, verum etiam Reformatos ſtrictioris Obſeruantiæ, ergo nulla ratio ſuadet Tertiarios deinceps eſſe bene regendos à Minoribus, ſi antea minus occupatis inutiliter gubernabantur.

Confirmatur ex his, quæ Plato in libro de Regno habet his verbis. *Cæterum multorum adminiſtrationem omnibus in rebus debilem, & infirmam.* Et quod ex eodem Marſil. Ficinus dicit his verbis. *Gubernare feliciter ciuitatem impoſſibile eſt, ex tam multis, & diuerſis compoſitam, cui quotidie innumerabiles, incertiq; imminent caſus.* Quod ſine dubio appoſite applicari poteſt Prælatis de Obſeruantia, eo quod eius ordo ex diuerſis compoſitus eſt reformationibus, & infinitis quotidie ſubiectus caſibus, ita quod ſatis eſt, ſi ſuum proprium ordinem laudabiliter regere poſſunt.

14 Secundo Prælatus ſuperior neceſſario aſſumendus eſt ex profeſſione eiuſdem regulæ, cui ſe ſubiecerunt, quos regere debet cap. Cum ad noſtram 37. de elect. eo quod in eadem religione profeſſus eſt inſtructus non ſolum regula, ſed etiam moribus aliorum Fratrum, quibus imbutus non eſt ille, qui eam nunquam profeſſus fuit cap. Officij tui 38. eod. vbi gloſa dicit, quod eiuſdem profeſſionis debent eſſe Prælatus, & ſubditi, vt iuxta Regulæ, & ſtatutorum, quorum habet cognitionem, praxim, ſuos ſubditos regere, & gubernare poſſit. Modo Prælati Minorum nullam cognitionem de Regula, & ſtatutis Tertiariorum, & ſi quam ea occaſione addiſcerent, non ſufficeret ſpeculatiua, cum in regimine potius attendatur practica iuxta illud Chriſti Domini. *Capit facere, & poſtea docere*, quam cognitio ſpeculatiua. Confirmatur, quia Deus inſinuare volens ſe populo ſuo eſſe daturum bonum Prælatum, & regem ſuper ipſos zelantem, alium meliorem putauit non eſſe, quam virum de eodem populo, & profeſſione, qua erant ipſi Hebræi. Deuter. cap. 1. 13. *Date ex vobis viros ſapientes, & gnaros, & quorum conuerſatio ſit probata in tribubus veſtris, vt ponam eos vobis Principes.* Item cap. 17. 15. *Conſtitues, quem Domi-*
15 *nus Deus tuus elegerit de numero Fratrum tuorum.* Debent ergo Prælati eſſe de gremio eiuſdem Eccleſiæ, & Ordinis, & non extranei ſunt aſſumendi ad regendos alios extraneos, quia ad inuicem cognitionem, nec conuenientiam habent, ex quo ſequi poſſit

vtile

vtile regimen;& id eſt conforme iure communi,cap.Nec emeritis 12.cap.Nullus 13. diſt.61.cap. Cum dilectus 8.fine, de conſuet. cap. Cum inter 21. cap. Ne pro defectu 41.de elect. Rem hanc, quod Prælatus aſſumendus ſit de gremio eiuſdem eccleſiæ, proſequitur latiſſime Barboſa Voto 33. Nec te pigeat legere ipſum, qui multa ſcitu digna congerit ad propoſitum.

16 Nec quis dicat, Regula Nicolai IV. cap. 16. præſcribit, vt aſſumantur Viſitatores de alieno ordine, ergo id ſeruandum eſt à Tertiarijs Regularibus, dum eandem Regulam profitentur. Nam præter ſuperius dicta, reſpondetur, tunc temporis ratio ſuadebat, vt extranei reciperentur, quia Tertius Ordo puſillus erat grex, carens perſonis eccleſiaſticis, & doctis de propria Ordinis profeſſione, ideo merito Summus Pontifex decreuit, vt Sacerdotem alicuius approbatæ Religionis aſſumerent in Viſitatorem, conſulendo, non præcipiendo, vt vterentur Minoribus propter honorem S. Franciſci vtriuſq; Ordinis mirificus inſtitutor. Poſtquam autem facer iſte Ordo eleuatus eſt in Religionem ſemper habuit ſacerdotes doctos, prudentes, & in diſciplina regulari æque verſatos, non minus ac aliorum Ordinum profeſſores, merito igitur ſuperiores ex eodem Ordine aſſumendus eſt, qui cognitionem Regulæ, & Conſtitutionum habet, & notitiam perfectam Fratrum; cum quibus conuerſantur ſub eodem modo viuendi in regulari obſeruantia.

Debent ergo Prælati eſſe de gremio eiuſdem Eccleſiæ, & ordinis, & non extranei, de quibus dicit S. Thomas. *Tales ſolent parum affici ad gentem, cui præficiuntur, & per conſequens curare de eis.* Et mirum non eſt, ſi eo tempore, quo erant ſub regimine Minorum de Obſeruantia pleriq; errores, & abuſus irrepſerant in ordine, nam cum Tertiarij ſint per vniuerſum orbem diſperſi, & diuerſa habeant ſtatuta, & modos viuendi iuxta diuerſitates nationum, ideo impoſſibile eſt, quod bene gubernari poſſint ſub diſciplina alienorum Prælatorum, qui non poſſunt cognoſcere diuerſos eorum modos viuendi.

Tertio Minores de Obſeruantia nunquam conuerſati fuerunt apud Tertiarios, etiam ſub Pio V. ſed ſolum tempore viſitationis tranſeuntes præteribant, & iuxta informationes ſibi datas ſiuè bonas, ſiue malas, quod ignorabant, corrigebant, & emendabant quandoq;

doq;bonos,loco malorum, quos pro bonis præmijs,& honoribus afficiebant, hos honorabant, illos deprimebant, ita quod de huiuſmodi Prælatis, qui raro, aut nunquam agnoſcunt vultum pecoris ſui, dicta ſint hæc verba. *Nihil intolerabilius, quam ignotus quiſpiam, qui vix hoſpitem ſalutauit, ſtatim hoc, vel illud in domo corrigere conatur, & emendare.* Thom. Sagr. in Diatr. vnde de iſtis dici poteſt illud Ierem. 12. *Paſtores multi demoliti ſunt vineam meam.* Confirmatur, qu a Prælatus alienus non curat de ouibus alienis, ſatis eſt ſi proprias cognoſcat, quomodo ergo poterit corrigere vitia, & inducere virtutes, ſi neſcit diſcernere inter bonos, & malos, neq; enim nomen boni paſtoris habere poteſt ille paſtor, qui omnes oues non cognoſcit, ex ſententia Chriſti Domini illis verbis Ioan. 10. 14. *Ego ſum paſtor bonus, & cognoſco oues meas.* Vbi illa particula copulatiua *Et*, exponi poteſt illatiue hoc
17 modo. Cognoſco oues meas, ergo ſum bonus. Ad quod facit etiam illud Plat. de Reip. Germ. præcep. *Morum ignoratio impedit, irritaq; facit conſilia in ciuilibus negotijs.* Ne ergo Prælati Minorum tanquam Mercenarij ſe ingerant in gubernio Tertiariorum, aliter de illis dici poterit, quod de Mercenarijs dictum fuit à Chriſto Domino. *Mercenarius autem, & qui non eſt paſtor, cuius non ſunt oues propriæ, videt lupum venientem, & dimittit oues, & fugit & lupus rapit & diſpergit Mercenarius autem fugit quia mercenarius eſt, & non pertinet ad eum de ouibus.* Vt dicitur ibidem 10. Nota ea verba: *Lupus rapit & diſpergit oues.* Sic facit Mercenarius, qui lanam tundet, & animam non ſanat gregis ſibi commiſſi. Sit tamen id dictum cum pace legentium, & ſine admiratione ſequentium.

18 Quarto Franciſcani ſub prima Regula militantes in diuerſa regularis diſciplinæ agmina diuiſi ab origine ſuæ inſtitutionis ſubiecti erant in aliquo alter alteri Generalis, nam Generalis Conuentualium aliquam ſubiectionem habebat ad Generalem Obſeruantiæ, ex Bulla Leonis X. incip. *Omnipotentis Dei.* Dat. id. Iun. 1517. illi vero nempe Conuentualium ſubditus erat Generalis Capucinorum, exemptus poſtmodum à Paulo V. vt refert Bouerius tom. 2. Annal. Capuc. pag. mihi 979. videntes autem religioſi ſingulorum huiuſmodi agminum ſpiritualium ſe non multum proficere in ſubordinatione huiuſmodi ſuperiorum vnius

refor-

reformationis ad alteram, tandem ex gratia Sedis Apoſtolicæ ſe ſe ab inuicem ſeparantes ſinguli abſolutum regimen ſuper proprios ſubditos obtinuerunt, experti cum Ariſtotele, quod non eſt bona pluralitas principatuum. Si ergo Franciſcani ordinis primi ſub ea Generalium ſubordinatione in vinea Domini multum proficere non poterant, licet omnes ſub eadem regula, quam profitentur, vitam degerent communem, à fortiori Tertij Ordinis Fratres multo minus proficiunt ſuppoſiti regimini Fratrum Minorum, cum propriam Regulam, profeſſionem, ſtatuta, habitum, & multa alia omnino diuerſa ab eiſdem Obſeruantibus, & ab alijs ſub prima Regula militantibus habeant.

19 Quinto, tunc religionibus dantur Prȩlati extranei, quando illȩ nouæ ſunt quoad inſtitutionem, vel alia ratione carent hominib. expertis in diſciplinis regularibus, ex his, quȩ habet cap. In ſingulis 7. de ſtatu Monach. vbi Benedictinis dicitur. *Aduocent autem in huiuſmodi nouitatis primordijs duos Ciſterſt. ord. vicinos abbates ad præſtandum ſibi conſilium, & auxilium opportunum, &c.* Ita olim Nouiti itus Ieſuitorum regebatur ab vno ex religioſis Theatinis, ex Bulla Greg. XV. incip. *Inter multiplices*. Dat. 22. Aprilis 1623. Noſtra autem religio antiquiſſima eſt habens viros religioſos virtute prȩditos diſciplinis regularibus perſpicaciter imbutos, ita quod non eget huiuſmodi extraneis Prȩlatis, huius te-
20 ſtis ſit Eugen. IV. Bulla incip. *Iniunctum nobis*. Dat. 6. Febr. 1442. ibi: *Quod etiam inter eos plures clerici, atq; Sacerdotes etiam docti, & experti fore noſcuntur.* Et multo plures adſunt hic noſtra tempeſtate Sacerdotes, Confeſſarij, Concionatores, Theologi, & alij diuerſis virtutibus illuſtres, etiam mundo noti ob eorum opera concionum, theologiȩ ſpeculatiuȩ, & practicȩ, & etiam legis canonicȩ, & ſimilium in lucem edita ad incrementum, & laudem eiuſdem ordinis. Pro cuius rei confirmatione habes infra in proprio capite Catalogum Scriptorum huius ordinis.

21 Sexto, quomodo poterit alienȩ Religionis Prȩlatus reformare mores alterius Ordinis, corrigere vitia, & inducere virtutes, ſi non cognoſcit alias oues, niſi ſuas, quod eſt virtus maxima ſecundum Martianum, & veritatem: *Principis eſt virtus maxima noſce ſuos.* Si ergo requiritur uirtus maxima in cognitione ſuorum, procul dubio alienorum nulla dubitatur notitia, ſi tota pro ſuis neceſſaria

ceſſaria eſt, maxima enim cognitio omnem imbibit, vel certe infinita neceſſaria erit, cuius homo incapax eſt. Et Chriſtus Dominus Saluator noſter dicit illum non eſſe bonum paſtorem, qui oues ſuas non cognoſcit ibi: *Ego ſum paſtor bonus, & cognoſco oues meas*, bonitas enim paſtoris prouenit ex cognitione ouium. Superiores autem extranei non poſſunt eam habere cognitionem, dum occupati ſunt in gubernatione ſuorum.

22 Septimo probatur ex diuerſis grauaminibus, iniurijs, damnis, & moleſtijs illatis eiſdem Tertij Ordinis extra Italiam (taceo noſtris illata) Nam *Primo*, Minorum de Obſeruantia eripuerunt præcipuos conuentus, quos poſſidebant Tertiarij in Prouincia Andaluſiæ eoſdem cogendo ad profitendum in Ordine Minorum, vnde de iſtis informatus grauaminibus Pius V. per ſuas literas ad Nuntium in Hiſpania directas mandauit reſtitui Tertiarios ad ſuos conuentus, & profeſſiones emiſſas iuſſione Minorum de Obſeruantia eſſe nullas, & irritas. *Secundo*, prohibuerant Tertiarijs facultatem recipiendi nouitios, quod vt iniquum aduertens eorum Generalis Cordubæ Coacta Congregatione ſuorum definitorum, & duorum Prouincialium anno 1592. ordinauit, ea non obſtante prohibitione, quod deinceps poſſent Tertiarij recipere nouitios, ea conditione, & pacto, quod nunquam in poſterum auderent recuperare Conuentum Hiſpalenſem, quem multum amplum, & commodum ſibi antea Fratres de Obſeruantia vſurpauerant, aliter caderent obtenta gratia. *Tertio*, quia Viſitatores de Obſeruantia ſcripturas, & proceſſus ſpectantia ad Prouinciam Andaluſiæ, ſecum aſportabant cum graui præiudicio, & damno irreparabili tum Prouinciæ, tum Fratrum, Cardinalis Verallus Protector prædictis malis occurrere volens ex ordine Sanctiſſimi die 27. Auguſti 1613. prohibuit, ne Viſitatores de Obſeruantia extraherent prædicta, ſed conſeruarentur in Archiuio Prouinciæ ipſorum Tertiariorum. *Quartò*, hæc Prouincia multitudine religioſorum virorum in lectionibus, ſpeculationibus, bonis exemplis, & prædicationibus illuſtris, & præclara antequam per Bullam ſupradictam Pij V. ſubijceretur regimini Prælatorum Minorum, poſtmodum paulatim defecit, ita quod vix conſtituebatur ex centum Fratribus modici valoris ex mala Minorum adminiſtratione; modo autem cum habeat proprium Prouincialem, licet ſub

obedi-

obedientia Generalis de Obſeruantia, Deo benedicente, quamplurimis religioſis virtutibus, & bonis exemplis præclaris lectoribus tum Philoſophiæ, tum Theologiæ, confeſſarijs, & concionatoribus ampliata, & propagata eſt. *Quinto*, quæ grauamina non intulerunt Fratribus Prouinciæ Portugalliæ? illis enim interdixerunt receptionem nouitiorum, poſtea conceſſam per Protectorem Cardinalem Mattheium decreto emanato ſub die 10. Martij 1595. ex quo indignati Minores de Obſeruantia, nonnullis indiſcretis oneribus ſubiecerunt, primo ne peterent eleemoſinas ſub nomine Tertiariorum S. Franciſci; ſecundo, ne retinerent Eccleſias ſub nomine S. Franciſci, immutato titulo in alium alterius Sancti; tertio ne peterent eleemoſinas niſi per locum præciſe, vbi degebant, quæ tanquam iniqua præfatus Protector de medio ſuſtulit ſuo decreto die 15. Ianuarij 1595. emanato. *Sexto*, ſupradictis non contenti eiſdem interdixerunt receptionem, & erectionem nouorum Conuentuum, de quibus omnibus Clemens VIII. informatus per literas incip. *Cum ſicut accepimus*, die 11.

23 Septembris 1596. exemit Tertiarios illarum Prouinciarum ab obedientia, & iuriſdictione Prouincialium Minorum de Obſeruantia, à quibus omne malum proueniebat. Adde propterea. *Septimo*, quod religioſos doctos, vel alia bona qualitate de Tertio Ordine præfulgentes, varijs promiſſionibus ſeducentes, trahebant ad ſui inſtituti profeſſionem cum graui iactura ipſius Tertij Ordinis, cui damno occurrit Protector Cardin. Verallus ſuo decreto emanato ſub die 17. Auguſti 1613. quo ordinabatur, ne Minores de Obſeruantia reciperent Tertiarios, niſi de licentia propriorum ſuperiorum. Ecce euidens prædictorum concluſio, quod Tertiarij regulares nulla ratione bene gubernari poſſunt ſub regimine Minorum de Obſeruantia, quia reſpectu Tertiariorum nunquam poſſunt eſſe veri Paſtores, ſed tantum Mercenarij gregem negligentes, & deſtruentes, & hæc eſt potiſſima cauſa probans Tertiarios, non poſſe bene propagari, & augeri more aliorum ordinum, qui proprijs ſuperioribus gubernantur. Prædictæ Bullæ, Literæ, & Decreta autenticæ conſeruantur in Archiuijs dictarum Prouinciarum.

24 Addo nonnulla alia inconuenientia illata Fratribus in Andaluſia, & Regno Granatenſi, quæ refert in ſua Epiſtola excuſatoria,

&

& defenſoria P.F.Hieronymus de Gama Prouincialis in illis partibus,miſſa anno Domini 1612. Calendis Februarij ex conuentu S.Antonij Granatenſi Reuer.Generali Minorum de Obſeruantia Romam, in qua præter alias refert nonnullas cauſas qua inducti fuerant ad querendam vnionem cum alijs Tertiarijs Italis ſub eorum Generali Italo, quarum *prima eſt*, quia Obſeruantes quatuor conuentus propriis pecuniis emptos ſibi vſurparunt, ſcilicet conuentus S. Mariæ del Valle ciuitatis Hiſpalenſis; item S. Mariæ de la Moheda;item S.Iacobi de Moncalbo;item quaſdam Domos Salmaticæ in via, quæ vulgo dicitur la Empedrada, in quibus Fratres in illa Vniuerſitate ſtudentes habitabant. *Secunda*, quatuor Bibliothecas quorundam Patrum ſuſtulerunt, & aſportarunt, quarum vna erat ad vſum Magiſtri Galindi, alia M.F. Aluari de Minagon;tertia Mag.Ioannis de Gamarra,& quarta F. Petri de S.Maria,alia Petrus Geron. *Tertia*, in cauſa mutationis habitus ſuper controuerſia, quam habebant Tertiarii cum Minimis, Obſeruantes, qui debebant ex officio eos defendere, & protegere, potius Minimis adhærebant, quod illis fuit irreparabile damnum. *Quarta*, quando per Bullam Pii V. extincti fuerunt Prouinciales,& Generalem proprii ſuperiores eorundem Tertiariorum, & omnes ſuppoſiti Superioribus Minorum, tunc temporis fere vltimum fuit excidium totius Ordinis in illis partibus, quia Minores de Obſeruantia cogebant contra omnia iura Fratres Tertii Ordinis tranſire ad ſeipſos, quare ad Summum Pontificem delata, declarauit, ſuam intentionem perperam à Minoribus intellectam, nunquam fuiſſe, extinguendi Tertium Ordinem, nec eorum habitum, vel Regulam immutare, ſed tantum eos ad Obſeruantiam ipſius Regulæ reformare, vt legitur in eius Bulla ſub num. CCXXXIV. in noſtro Bullario. Taceo alia de ſpoliis nonnullorum Fratrum vſurpatis ab eiſdem Minorum ſuperioribus, vt fuſius legitur in eadem Epiſtola typis expreſſa. Ex his, & aliis cauſis in eadem Epiſtola expreſſis dictus P.Prouincialis cum aliis Patribus nimirum Ioanne Barba, Ildefonſo de Zuniga, Ioanne de San Bartolame, Iuone de Ieiu, Ioanne Falcon, & Ildefonſo Perez de principalioribus Prouinciæ Andaluſiæ, & Granatenſis expoſuerunt Generali Reuerendiſſimo Minorum de Obſeruantia, ſe propter allatas rationes procurare exemptionem ab eorum duro

regi-

regimine, & ſubiectionem Generali Italo eiuſdem Tertij Ordinis profeſſori.

25 Octauo, ex ingenti multitudine Fratrum de Obſeruantia Generalis eoſdem per ſe ſolum gubernare non poteſt; ideo Leo X. in ſua Bulla 23. incip. *Ite & vos in vineam meam*, §. 7. apud Bullar. Roman. eidem Generali adiunxit Commiſſarium pariter Generalem eidem ſubiectum cum alternatiua Generalatus vtriuſq; nationis Ciſmontanæ, & Vltramontanæ, qua ratione ergo poterit regimen habere Fratrum Tertij Ordinis, quem per ſeipſum viſitare, & non per alios præſcribitur in Bulla Sixti V. merito igitur Tertiarij exemptionem ab eo quærunt. Cuius rei teſtimonium reddit Ferdinandus Cardinalis de Mediceis his uerbis. *Conſiderantes Generalem, & Prouinciales Miniſtros dicti ordinis de Obſeruantia non poſſe alijs ſui ordinis prepeditos negotijs, in eodem Tertio Ordine*, ex Inſtr. 85 in quo propterea facit Commiſſarium F. Peregrinum Sauiolum, vt ſuos Fratres regat per totam Italiam.

26 Nono, Gregorius XV. in ſua 8. incip. *Onerosa*, decernit §. 5. quod Miniſtri Prouinciales Fratrum de familia nullam habeant iuriſdictionem, poteſtatem, & ſuperioritatem in Reformatos. Ergo rationabile eſt, vt Tertiarij eximantur ab eiſdem Obſeruantibus, & à fortiori, cum non ſint eiuſdem inſtituti, ſed propriam habeant Regulam, profeſſionem, & conſtitutiones longe diuerſas à prædictis Reformatis, & de Familia, qui ambo militant ſub eiſdẽ Regula, & conſtitutionibus.

27 Decimo, huiuſmodi ſubiectio Tertij Ordinis Minoribus ſemper fuit præiudicialis, & nociua eiſdem Fratrib. ſubiectis, præter enim ea, quæ adducta fuerunt ex arg. 7. referuntur ſequentia. *Primum*, Eugenius IV. in ſua LXIX. incip. *Ad Apoſtolica dignitatis*, deſiderans in futurum remouere lites excitatas, & ſcandala propter huiuſmodi ſubiectionem inter Minores, & Tertiarios, literas Martini V. per quas Tertiarios ſubiecerat eiſdem Minorib. inſtantibus, reuocauit, decernendo, literas Nicolai IV. quæ continent Regulæ Tertiæ confirmationem, ſuum obtinere vigorem, prohibendo Minorib. ne Tertiarios amplius moleſtarent prætextu literar. Martini V. Bulla autem Nicolai in eo habet vigorem, quod ex cap. 16. eiuſdem Minores nullam habent poteſtatem ſuper Tertiarios, niſi ipſi ſponte ſe velint ſubijcere illorum Superiorib. *Secundum*, Idem

M Euge-

Eugenius in alia LXXXII. incip. *Ad ſacram*, Fratres, & Sorores Tertij Ordinis eximit à moleſtijs, quas illi inferebant Minores in partib. Caſtellanenſib. & Taruiſinis. *Tertium*, Minorum Viſitatores faciebant è locis diſtantibus venire ad Sorores Burgenſes, & Calaguritanas, quas ſic viſitabant, Eugenius IV. per ſuam Bullam CXIV. incip. *Sedis Apoſtolicæ*, hunc abuſum ſuſtulit, præcipiendo, vt Viſitatores accederent ad Sorores, quas hoc modo deberent viſitare, eſt enim contra naturam viſitationis, vt viſitandus accedat ad Viſitatorem, cum iſte ad illum accedere debeat. *Quartum*, Iulius II. in ſua CXCI. incip. *Romanus Pontifex*, eximit Fratres à moleſtijs, quas illis inferebant Minores, prohibendo iſtis, & eorum Conſeruatorib. ne aliquo modo ſe intromittant circa Fratres Tertij Ordinis, & eorum conuentus, ſub pœna excommunicationis ipſo facto incurrenda. *Quintum*, Leo X. in ſua CXCVI. incip. *Exponi nobis*, mandat defendi Fratres exiſtentes in Prouincia Baſilicatæ, qui indiſcrete vexabantur à Fratrib. Minorib. *Sextum*, ſupradictus Iulius II, in alia CLXXXVIII. incip. *Cum multæ*, num. 8. poſtquam declarauit, quinam Tertiarij eſſent ſubiecti Conuentualib. quinam Obſeruantib. prohibuit vtriſq; quod deinceps nullas Domos, nulla loca, & Monaſteria ſiue Soror. ſiue Fratr. Tertij Ordinis quouis quæſito colore recipere poſſent, & ſibi vſurpare.

29 *Septimum*, perſuaſione Fratr. Minor. Sorores diuerſor. locor. tranſierunt ad Clariſſar. inſtitutum, vt videri poteſt in aliquib. Bullis, quas ad hunc finem extendi in Bullario noſtro ſub num. XXIV. CXXXVI. CXLV. CXLVII. CLI. CLXXVI. CLXXXIII. Plures alias Bullas de tranſitu ad Clariſſas habes apud Vading. ſub Alexandro VI. Deducitur ergo ex his Fratres mentio abhorrere cor. regimẽ, quod experientia docente ſemper ordini obfuit, vt hactenus probatum fuit auctoritate irrefragabili tot Summor. Pontific.

30 Superiores Minor. de Obſer. vt ſub ſuo regimine conſeruarent eoſdem Tertiar. ad id illos deduxerunt conceſſione ſuffragiorum actiuor. in electionib. ſuper hoc editis conſtitutionib. in Capitulo Gen. Aracælitano anno 1625. confirmatis in forma ſpecifica ab Vrban. VIII. inſertis in eius Bull. 49. incip. *In ſupremo*, illis verbis: *Prouinciar. Tertij Ord quæ nũc temporis in Hiſpania, & Gallia erectæ ſunt, Miniſtri Comitijs Generalib. deinceps intereſſe & in electionibus Miniſtri, & Commiſſarij Gen. reſpectiue votum actiuum habere poterunt,*

runt, Fratres enim noſtri ſunt. Vocant Fratres ſuos, non quo ad honores, ſed quo ad labores, vnde ſi in Italiam diuertunt, non inueniunt diuerſorium; niſi apud Tertiarios Italos, quorum propriè Fratres ſunt; quia ſub communi Regula, & profeſſione militant.

Remanet vltimum dubium excutiendum, an, & quo iure, titulo, ſeu poteſtate Minores de Obſeruantia ſe ingerunt in gubernatione Fratrum Tertij Ordinis S. Franciſci.

31 Rota Romana, quam ex toto habes infra cap. 12. Deciſ. 2. n. 73. inquit, quod ſuperioritas Miniſtri Gen. Minor. eſt exercenda reduplicatiue, non tamquam quod abſolute ſit ſuperior, & tāquam Prælatus Ordin. Tertiarij, ſecundum exempla per Gonzal. adducta ad Reg. 8. Gloſ. 5. § 7. n. 123. de Rege Catolico, qui in diuerſis regnis imperat ſecundum leges eorundem. Et in Deciſ. 3. ſub n. 86. dicitur oppoſitum his verbis: *Nec admitti poteſt illa interpretatio quod eid Generali Minor. ſubſint Tertiarij. & pareant non tamquā Generali Minor. ſed tamquam ſuperiori eorundem Tertiar. Regular. ad inſtar Regis Catolici qui conſideratur tamquam Rex Caſtellæ, & Aragoniæ & ſub diuerſis formalitatib. iuxta dictum Gonzal. Quoniam recipi poſſet iſta interpretatio, ſi eſſent omnino diuerſi, & nulla connexione iungerentur vtriq; Ordines Minor. & Tertiarior. hi enim ſunt nati ex Minorib. &c.* Vult ergo hæc poſterior deciſio contra priorē, Generalem Minor. eſſe ſimpliciter ſuperiorem Minor. & Tertiarior. ex eo, quod iſti naſcuntur ex illis. Sed hæc ratio omnino falſa eſt, ac proinde ſuſtineri non poteſt, Generalem hunc eſſe ſuperiorē Tertiarior. ſicut eſt Minor. nam quod ea ratio ſit falſa, fuſius probaui hic cap. 8. n. 77. ad 80. Prior ergo Deciſio videtur congruentius loqui, quia cum Generalis Minor. ex Regula S. Franciſci ſit ſolū ſui ordinis primi Generalis cap. 8. *Vniuerſi Fratres vnum de Fra-*

32 *trib. iſtius Relig. teneantur ſemper habere in Generalem Miniſtrum, & ſeruum totius Fraternitatis.* Certum eſt tunc temporis Tertium Ord. neque eorum Religionem fuiſſe, ſed nec in ratione Ordinis extitiſſe; *Iſtius Religionis*, ideſt, primi Ordinis, vt indicat illud pronomen, quod non extendit rem per ſeipſum demonſtratam. Generalis ergo Minor. vt Generalis Tertij Ord. regimen habet Fratrū eiuſdem Tertij Ordinis; ſicut Religioſus factus Parochus ea officia exercetur non vt Monachus, ſed vt clericus inſtitui debet, *cap. ſi monachus cap. cum pro vtilitate, 16. q. 1. ex Deciſ. Farinacij dub. 65. n. 4. Vid. Sun-*

fra cap. 12. Eam autem poteſtatem aquiſiuit à Pio V. non ex vi ſui Generalatus, ſed poteſtate delegata à Sede Apoſtolica, cum eam non habeat ex vi ſui officij, quia Regula non concedit, vt regimen habeat Tertiariorum, ſed tantum ſuorum Fratr. primi Ordinis, procedit ergo in regimine horum tãquam Sedis Apoſtolicæ delegatus conſtitutus loco Generalis natiui Tertij Ord. ſuppreſſi.

ALLEGATIONES IN IVRE.

34 Coram Eminentiſſimis, & Reuerendiſs. DD. Cardinalib. Palloto, Franciotto, & Iuſtiniano deputatis à Sanctiſs. D.N. D. Innocentio Papa X. die 7. Martij 1647. in cauſa Viſitationis agitata inter Reuer. Generales Minorum de Obſeruantia, & Regularium Tertij Ordinis S. Franciſci.

Breuiſſima Informatio ad Eminentiſſimos Iudices.

Sixtus V. reſtituto Generali Tertij Ord. voluit General. Minor. de Obſer. cui antea Tertiarios omnes ſubiecerat Pius V. per ſeipsũ tantum cum duob. ſui Ord. Fratrib. ſingulo quadriennio poſſe viſitare eoſdem Tertiar. poſt viſitationẽ factam à proprio eor. Gen. Quoniam vero nullus G. M. vnquã antea viſitauerat, vt ſupponitur ab ipſo, ideo dubitauit, an modo poſſit viſitare. Reſponſum fuit, poſſe.

Primo, quia hoc ius viſitandi poſitum fuit in eius libera voluntate, ac proinde illo vti poſſe, & non poſſe pro ſuo arbitrio, conſequenter ſine vlla præſcriptione, quia actus facultatiui ſunt impræſcriptibiles; ſtante etiam mala fide.

Huic reſponſum eſt; hoc ius non eſſe meram facultatem, ſed ſimplicem conceſſionem à iure prouenientem, atque præſcriptibilem, ex probatis num. 39. 84. 95. 102. & 107. Mala autem fides hic locum non habet, ex num. 71. 131.

Secundo, Non vſus, ſeu negligentia facultatis faciendi aliquid ſucceſſiue per actus diſcretos non nocet reſpectu futurorum, maxime ſucceſſori, qui hodie talem facultatem incipit habere.

Reſpondetur, immo nócere ex probatis num. 45. 98. 109.

Tertio, hæc facultas eſt præſeruatio, & conſeruatio poteſtatis antiquæ, quam habebat G.M. ex Bulla Pij V. ſuper Tertiarios. Reſ-

Reſpondetur, eſſe nouum ius, quia illud antiquum omnino abrogatum fuit, n. 56. 103. & 107. immo ita aſſerentes videntur ſibi contradicere, quia ſi conſeruatur antiquum ius poteſtatis viſitandi, iam non erit mere facultatis, ſed neceſſitatis, cum ius viſitationis de iure, & ex Bulla Pij ſit neceſſitatis.

Quarto, hæc facultas non reſpicit ſolum fauorem G. M. ſed totius ordinis, cui non poteſt renuntiari per vnam perſonam, licet publicam.

Reſpondetur, quod hæc facultas eſt fauor, & honor ſolius G. M. de quo præciſe ſermo eſt in Bulla Sixti, num. 48. 82. faciunt dicta 116. & 123.

Quinto, G. M. habet priuilegium ſibi communicatum ex Benedictinis, contra quem non poteſt præſcribi, niſi ſpatio centum annorum, qui nondum præterierunt, cum vix 63. elapſi ſint.

Reſpondetur, probari non eſſe communicabilem ſub num. 50. 100. 105. & 118.

Sexto, viſitat Vltramontanos, ac proinde illud ius ſibi conſeruat contra Italos, immo ſępius viſitauit, teſtibus eiuſdem ordinis Fratribus.

Reſpondetur, ideo proſequitur illos viſitare, quia Sixtus reſtituit Generalem Tertiariorum ſolum pro Italis, non Vltramontanis, n. 69. 70. & 90. Nec Fratres de Obſeruantia pro ſuo Generali ſunt teſtes idonei contra Tertiarios cum neque Bordonus quaſi vox mortua à parte aduerſa reputetur habilis, & tamen typis mandauit ante litis excitationem, & D. de Luca in hoc ſibi contradicit, vt videre eſt n. 18. & 20.

Septimo, non agitur de priuilegio particulari, ſed de conſtitutionib. Apoſtolicis continentibus decretum irritans cum clauſ. *Sublata*, & ſic non vſus nocere minime poteſt.

Reſpondetur, eſt priuilegium particulare ſoli G. M. conceſſum, num. 63. 132.

Octauo, Tertiarij non habent Generalem proprium, cum fuerit extinctus per Pium V. non reſtitutum per Sixtum, qui illis conceſſit tantum ſimplicem Viſitatorem, ideo eorum proprius Generalis eſt Miniſter de Obſeruantia.

Reſpondetur, habent modo proprium Generalem vnum ex Sacerdotibus ſui Ordinis, talem, qualem illis conceſſit Nicol. V. licet

olim ſublatum à Pio V. poſtea tamen reſtitutum à Sixto V. qui non poterat reſtituere alium, niſi illum, quem iam extinxerat Pius V. n. 34. 57. 61. 68 89. melius, & ex proprijs à num. 111. ad 115. iterum num. 121.

Nono, Tertiarij debent probare, quod G. M. nunquam antea viſitauerit, cum eorum intentio potiſſimum fundatur in hoc.

Reſpondetur, Non tenentur probare hunc non vſum, cùm à parte aduerſa ſupponatur n. 3. probandus vero eſſet, ſi ab initio Bulla Sixti poſita fuiſſet in vſu à G. M. de cuius receptione non conſtat, ideo Aduerſarij prius probent Bullæ receptionem ex parte Generalis. Vide nū. 64. & 87.

D. Laurentij della Roſa Aduocati pro Generali de Obſeruantia.

35 SVppoſuerat Sa. me. Pius V. Vniuerſos Fratres, & Sorores, ac Monaſteria Tertij Ordinis Miniſtro Gen. & Prouincialibus Ordinis O. Poſtea Sixtus V. de anno 1586. volens fauere d. Ord. Ter. illum reintegrauit ad ſuum priſtinum ſtatum, vt proprios deberet habere Superiores, & Officiales, & Miniſtro Gen. præfati Ord. O. illud ſolum reſeruauit, vt poſſet ſingulo quadriennio per ſemet ipſum vna cum duobus alijs ſui Ord. profeſſoribus poſt factam viſitationem per proprium Viſitatorem d. Ordinis T. eumdem Ordinem T. ac Fratres, Domos, loca, res, & bona viſitare, eaq; tam in capite, quam in membris, prout opportunum fuerit, corrigere.

36 Cumq; modernus Reu. Miniſter Gen. nunc huiuſmodi viſitationem facere intendat, dubitatur, An ſtantibus ſupradictis, illam facere poſſit.

37 Et quidem maximam difficultatem facere videtur, quod illius Prædeceſſores ſpatio 62. annorum nunquam vſi fuerint huiuſmodi priuilegio, & facultate viſitandi, quandoquidem habens priuilegium, ſi illo non vtatur per decennium, vel ad ſummum per quadraginta annos, illud amittit l. 1. ff. de nundinis, vbi Bart. & alij communiter Abb. Felin. & alii in cap. cum acceſſiſſent de conſtitut. Buratt. deciſ. 704. num. 8. cum vulg.

38 Verum hoc non obſtante, crederem ſuſtineri poſſe, quod Moderno Reu. Generali hodie competat facultas viſitandi iuxta præſcriptum d. conſtitutionis Sixti V. & moueor.

39

39 Primo, quia hoc ius viſitandi fuit repoſitum in libera facultate vnius cuiuſque Miniſtri Gen. pro tempore, vt aperte demonſtrat illud verbum (*poſſit*) quo Sixtus V. vſus fuit in d.conſtitut.l.ſæpe audiui,& ibi glo.in verb.*poſſit*,ff.de offic.præſid.glo.in c.ſtatutum in verb.*poſſit* de reſcript. Bart.in l. Gallus n.4.ff.de lib.&poſthum. cum plurib. congeſtis per Barboſ. de dictio. 268. in princ. Rot. deciſ.239.n.3.p.2.rec. & bene ad propoſitum Fr. Laurentius de Peytinis de ſubdito q.4.c.16.§.vnico verſ.rum quia, fol.mihi 126.In his autem,quæ ſunt meræ,& liberæ facultatis non amittitur facultas talia faciendi per lapſum temporis, etiam ſi habens facultatem per mille annos illa vſus non fuerit;ſed requiritur prohibitio cum acquieſcentia l.viam publicam vbi Bart. ff. de via pub. glo.in c.vt priuilegia in verb. in anno de priuil. Bald. conſ. 20.in princ.& conſ.329.circa med.verſ. ſed contrarium, lib.2. Cuman. conſ.349.in princip.Abb.conſ.18.col.pen.verſ.oportet ergo lib. 2. Bellon.conſ. 1. nu.14.vbi de communi, late Gabr. concl.3.de præſcript.per tot.Coccin.deciſ.402.num.10.

40 Qua ratione Princeps, qui habet facultatem imponendi onera ſuis Vaſſallis, & Ciuitas habens iuriſdict. in Caſtro ſi per centum annos, & vltra onera non impoſuerit, vel iuriſdict. in Caſtro non exercuerit, ob hoc facultatem onera imponendi, aut iuriſdictionem non amittit l.in filiis C.de Decurionibus lib. 10. Iaſ. in l.fin. n.56.de conſtit.Princip. Bellon. d.conſ.1.n.14. verſ. 3. reſp.&c. proprius ad rem noſtram,Abb. conſ.4.n.7.lib.1.vbi quod contra Superiorem, cui competit facultas corrigendi ſubditum regularem non eſt locus præſcriptioni,ſed ſemper corrigi poteſt,& obedientiam præſtare tenetur.

41 Secundo facit, quia quoties competit facultas aliquid faciendi, quod habet tractum ſucceſſiuum, & exerceri debet per actus diſparatos, & interpollatos, tunc licet non vſus præiudicet quoad actus præteritos non præiudicat tamen quoad futuros, quia ſcilicet in huiuſmodi actibus ſucceſſiuis, & diſtinctis, res ſemper dicitur integra,& nondum perfecta reſpectu futurorum gloſ. in l. 1. §. interdum in v. conſtituitur ff. de vſufruct. accreſcen. Angel. conſ.34.ſub num.2.verſ.pro hoc, Imol. in l. Attilius 27.n.2. verſ. nam interdum ff. de donat. & late proſequitur Cyriac. contr.57. n.49.& 62. lib.1.Graff.conſ.1.n.4.tit.de priuileg. tom.2.quam-

uis igitur Miniſtri Gen. Ord. O. qui hactenus non viſitarunt ſingulis quadriennijs d. Ord. T. ſibi præiudicauerint, quoad præteritas viſitationes, nullum tamen fuit factum præiudicium quoad futuras, quibus nondum poterat eſſe locus.

42 Vnde, & illud bene congruit, quod in hac materia non vſus, ſeu negligentiæ prædeceſſorum, qui ſuis temporibus hac facultate vſi non fuerunt, non debet nocere ſucceſſori, qui illa vti intendit, & qui hodie ex propria perſona incipit talem habere facultatem, vt per Pariſ.conſ.23.num.199.lib.1.Oſac.deciſ.167.per tot.Cyriac.d.controuerſ.57. num.66.lib.1.

43 Tertia, quia hæc conceſſio Sixti V. facultatis viſitandi non tam videtur continere nouum priuilegium, quam aliqualem præſeruationem iuriſdict.& poteſtatis, quę alias pleno iure d.Min.Gen. Ord.Ob.competebat in Fratres Ord.Ter. Quando autem facultas competit iure proprio, & ordinario, ſeu de iure communi tunc non amittitur per non vſum vti poſt Felin. in c. cum accepiſſent de conſtit.aduertit Put.deciſ.369.num.1.lib.2.in correct.& faciunt, quæ dicuntur de iure alterius tollendi, quod nullo temporis ſpatio præſcribitur l.alterius cum ibi notat C.de ſeruitut.& aqu.

44 Quarto ponderandum videtur, quod huiuſmodi facultas viſitandi non reſpicit ſolum fauorem Miniſtri Gen. pro tempore, ſed totius Relig.& Ord.Ob.& ideo ſicuti non potuiſſent M.G.pro tempore in præiuditium totius Ord. illi expreſſe renunciare, Rot.deciſ.44.n.11.& 12.part.7.rec.ita nec potuerunt illi renunciare tacite per non vſum Abb.in d.c.cum acceſſiſſent ſub n.7.verſ.ſed in Eccleſia, & verſ. Et ex his infertur, Sylueſter in ſumma in verbo priuilegium num. 11. vbi plures refert, Gabr. conſ. 151.n.16.& 18.lib.1. Portell. de dubiis regular. in verb.priuilegii ceſſatio n. 32. fol. mihi 777. vbi, quod priuilegio Ordini conceſſo non poteſt vllo modo renunciari niſi per expreſſum decretum Capituli Generalis, quod etiam allegat Rodriquez. tom. 1. quæſt. 8. art. 2.

45 Quinto, & vlt.non videtur omittendum, quod tradit idem Rodriq.d.q.8.art.2.& tom.3.q.51.art.5.& ipſe Portell.in d.ſuo oper. de dub.Regul.in verb. præſcriptio contra bona Regul. n. 2.& in verb.priuilegii ceſſatio per non vſum n.58.fol.779. quod ſcilicet

ex

ex indulto ſpeciali conceſſo per Eugen. IV. primo Benedictin. & deinde communicato Minoritis priuilegia d. Ord. Minorit. competentia non poſſunt amitti per non vſum, niſi ſpatio centum annorum,& in addit.fol.789.num.4.refert verba ſupraſcripta Bullæ Eugenij,quæ ſunt ampliſſima, & apta comprehendere quæcumq; priuilegia. De qua conſtit. meminit. Fr. Laurent. de Peyrinis de ſubdito d. q. 4. c. 10. §. vnico fol. mihi 226. & ideo cum in caſu propoſito effluxerint ſolummodo 60. anni non fuit amiſſa d. facultas per non vſum ſpatio d. temporis.

46 Non obſtat regula ſuperius adducta, quod priuilegium amittatur per non vſum ſpatio decennij,quia procedit in priuilegijs ſimplicis conceſſionis, non autem in his, quæ ſunt commiſſa liberæ facultati priuilegiati, vt tradunt omnes in d.cap.cum acceſſiſſent. Rurſus non procedit in priuilegijs habentibus tractum ſucceſſiuum, & in his, quæ fuerunt conceſſa vniuerſo Ord. & quæ potius continent reſeruationem iuris ordinarij, quam ſpeciale priuilegium iuxta ſupra deducta in 1. 2. & 3. fundamento.

Ex quibus, &c. Saluo, &c.

D. Ioannis Baptiſtæ de Luca Aduocati pro Generali ac Obſeruantia.

47 EMinentiſs. D. Pater Generalis Minorum non prætendit viſitare Tertium Ordinem in vim alicuius priuilegij particularis,ſed vigore conſtitutionum Apoſtolicarum Pij, & Sixti V. quæ præſumuntur vſu receptæ ita, vt allegans, ſeu prætendens non vſum debet illum concludenter probare Seraph. deciſ. 113. num. 3. & 4. & deciſ. 153. num. 2. Caualer. deciſ. 143. num. 1. & alias Rota paſſim, vnde donec Fratres Tertij Ordinis probauerint prætenſum non vſum Pater Generalis habet ſuam intentionem fundatam. Non ſolum autem hic non vſus per Aduerſ. non probatur, ſed videtur improbabilis,cum de vſu contrario, & de ſubiectione iſtius Ordinis ſatis conſtet ex pluribus.

Primo ex eadem conſtitutione Sixti V. vbi aſſeritur conſtitutionem Pij fuiſſe, effectuatam, & exequutioni demandatam.

Secūdo quia notorium eſt Patrem Generalē exercuiſſe,& actu exercere iuriſdictionē cū dictis Fratrib. in Hiſpania, Gallia, Luſitania, & alijs locis, vt habet pro abſoluto Rot. deciſ. 599. & deciſ. 618. part. 5. Recent. & apud Aduerſarios eſt in confeſſo. 49

49 Vnde intrat hæc veriſſima concluſio quod per exercitium iuriſdictionis, & facultatis in aliquibus locis, conſeruatur totum ius in alijs, ita vt non poteſt dari de non vſu, vt fuit dictum in informatione, & admittit Calderin. ex aduerſo allegatis conſil. 13. de cenſibus.

50 Tertio nam Clemens VIII. in eius conſtitutione in Bullario nouo ad ſupplicationem Procurat. generalis Obſeruantium confirmat, & renouat omnia priuilegia conceſſa minoribus Obſeruantibus, necnon ordinibus Sanctæ Claræ, & Tertij Ordinis, tamq; dictis obſeruantibus ſubiectis, & ſic præſupponit ſubiectionem Tertij Ordinis illi minorum Obſeruantium.

51 Quarto iſta ſubiectio comprobatur ab exercitio iuriſdictionis Eminentiſſimi D. Protectoris ſi quidem Eminent. Protector Obſeruantium, eſt etiam Protect. Tertij Ordinis, non quod deputetur ſpecialis Protector Tertij Ordinis, quia de illo in deputatione non fit mentio, ſed quia datus Obſeruantibus cenſetur in conſequentium datus Tertij Ordini tamquam membro vnito Minoribus Obſeruantibus ex vulg. Regula, quod acceſſorium ſequitur naturam ſui principalis, vnde prouiſus de Eccleſia principali cenſetur etiam prouiſus de omnibus alijs Eccleſijs vnitis, & acceſſorijs tamquam illius membris, & capta illius poſſeſſione cenſetur etiam apprehenſa poſſeſſio aliarum, vt ſunt vulgatæ iuris concluſiones.

52 Quinto tandem, quia Generales pro tempore præcipuè Pater Gonzaga Pater Calata Giron, & Pater Meſana etiam in Italia, & in Vrbe viſitarunt prædictos Fratres, & cum illis iuriſdictionem exercuerunt carcerando, puniendo, & corrigendo, vt eſt notum multis Fratribus Obſeruantium, & ſenioribus, qui prædicta viderunt, & à quibus EE. Veſtræ poterunt veritatem cum iuramento exquirere.

53 Nec mirum videri debet ſi per aliquod temporis ſpatium Generales omiſſerunt facere hanc viſitationem in Italia, quia Generales vt plurimum reſidere ſolent in Hiſpania, & viſitatio prædicta non poteſt alijs demandari, nam Sixtus V. mandat fieri debere per ſe ipſos non per alios, vnde potius id euenit ex impedimento abſentiæ quam ex negligentia.

54 Neque habenda eſt ratio Bordoni ex aduerſo allegati Var. reſol.

Regul.

Regul. reſol. 26. in fin. dicentis conſtitutionem Sixti non eſſe in in vſu;primo, quia ipſe non loquitur de viſitatione, & iuriſdictione,ſed de confirmatione viſitationis Generalis, & ſic de caſu diuerſo. Secũdo quia ipſe eſt Profeſſor Tertij Ordinis, & ſic eſt pars intereſſata, vnde non eſt idoneus teſtis in cauſa propria ex vulgatis, Tertio quia Doctoribus atteſtantibus de aliqua conſuetudine,& de ijs quæ facti ſunt nulla fides adhibetur Dec. conſ. 285.in fine. Maſcar. de probat. concluſ.528.num.1. & ſeqq.Mantic.deciſ. 357. num.6. in terminis non vſus Rot. apud Cencium deciſ. 42.num.2.vol.2.

Sed præſuppoſito ſine veri præiudicio non vſu prætenſo, adhuc non obſtat cum non agatur de priuilegio particulari ſed de conſtitutionibus Apoſtolicis continentibus decretum irritans, vt deductum fuit in informatione, & admitit pro abſoluto idem Bordonus loc. ſuper cit. num. 42. vnde ceſſant omnia fundamenta ex aduerſo deducta, quæ quatenus ſubſiſtant procedunt in priuilegijs particularibus, & non applicantur caſui noſtro.

55 Præterea certum eſt, quod Tertius Ordo non habet proprium Miniſtrum Generalem, quia eius officium ſuppreſſum fuit per Pium,& non reintegratum. imo exceptuatum per Sixtum,ſed Generalis obſeruantium eſt etiam Generalis Tertij Ordinis,vt habet pro abſoluto Rot.dict.deciſ.618. part.5.Recent. & licet Rota dicat Generalem non conſiderari tamquam Generalem obſeruantium, ſed tamquam proprium Generalem huius ordinis, vt admittunt DD. ex aduerſo ſcribentes, ex hoc tanto magis corroboratur intentio Patris Generalis, quia non habet hanc iuriſdictionem iure ſpeciali ſed iure ordinario tamquam proprius Generalis ordinis quo poſito ſequitur certa concluſio, quod ſubditi, & inferiores non poſſunt præſcribere iuriſdictionem contra proprium Generalem, & Superiorem habentem ſuas facultates iure ordinario;cap.cum ex officij de præſcrip.vbi DD.late Rot.in exaduerſo allegat. Pampilon. iuris viſitandi 15. Martij 1624. coram Bo.me.Merlino cum alijs allegatis.

57 Non obſtat quod dicitur poſſe alium præſcribere iuriſdictionem, & viſitationem priuatiue quo ad ordinarium, vt de Abbate contra Epiſcopum, & ſimiliter, quoniam ſi concedimus prout negari non poteſt,quod Generalis Obſeruantium tamquam ſubrogatus

in locum Miniſtri Generalis Tertij Ordinis eſt hodie proprius Generalis dicti ordinis, eſt impoſſibile,quod poſſit dari alius Generalis ,& Superior ſupremus , nam eſſet dare Monſtrum , nempe duo capita in eodem corpore, vnde hoc eſt omnino impræſcriptibile etiam per immemorabilem, cum agatur de re ſui natura impræſcriptibili;bene poſt alios allegatos *Rot. deciſ.* 324.*n.*11.*&* 12.*p.*1. *Recent.*& quando Abbas, vel alius Prælatus inferior legitime præſcribit contra Epiſcopum iuriſdictionem in aliquo loco, ille locus dicitur ſeparatus à Diæceſi , & territorio Epiſcopi, nam alias eſſet impoſſibile eſſe in Diæceſi, & aliud caput adeſſe, *vt Rot. loc.cit.*

57 Inſuper non poteſt negari , quod prætenſa præſcriptio viſitationis Generalis ſit contra ius dum vult priuare Generalem facultate ſibi à iure,& Apoſtolicis Conſtitutionibus conceſsa ſi eſt talis, ergo requiritur,vel immemorabilis ,vel titulus cum quadragenaria *de præſcrip.in 6.cap. ſi diligenti ex eodem Berous ex aduerſo allegatus conſ.*25.*num.*3.*Rot.deciſ.*458.*num.*60.*part.*1.*recent. & deciſ.* 1.*num.*17.*part.*4.*tom.*2. & eſt Concluſio abſoluta.

Immemorabilis eſt impoſſibilis in caſu noſtro, cum conſtitutio Sixti ſit recens , & hominum memoriam non excedat , vt patet ad ſenſum,& ſic ceſsat primus modus præſcribendi, ceſsat etiam ſecundus modus quadragenariæ cum titulo , quia titulus , in quo Aduerſarius ſe fundat eſt conſtitutio Sixti V. quæ præſeruat iuriſdictionem Generalis in caſu de quo agitur, & ſic ipſemet titulus impedit , & inficit præſcriptionem , tunc enim titulus etiam putatiuus prodeſt, quando cauſat iuſtum errorem, & credulitatem *Rot.dicta deciſ.*324.*part.*1.*Recent.num.* 8. vbi autem eſt expreſsus inducit malam fidem , & præſcriptionem impedit,vt alias dictum fuit,& eſt vulgata Concluſio , quod vbi conſtat de titulo,& initio vitioſo non poteſt dari præſcriptio *c.dudum de decim.vbi DD cap. veniens de præſcript. Put. deciſ.* 4. 6. *lib.* 2.*n.m.*3.*in correct. Buratt. deciſ.*551.*num.*1.*vbi Adden.l.*2.*& alias Rota paſſim.*

58 Confirmantur ſupradicta , quia conſtitutio Sixti deputat Viſitatorem tamquam Miniſtrum inferiorem à Generali confirmandum ad viſitandam Religionem non priuatiue, ſed cumulatiue cum Patre Generali,& non conſtat, ipſum exercuiſse hoc ius animo priuandi Patrem Generalem ſuo iure, neque in dubio præſumitur

mitur cum poſſeſſio. præſumitur conformis titulo ex vulgatis; ideo dicendum eſt, quod ipſe viſitauerit tamquam inferior Miniſter, & non potuerit per vſum ſuæ ſubordinatæ iuriſdictionis præiudicare capiti, & Prælato Religionis; eſſet enim alias dare, quod Prouinciales, ſiue etiam Viſitatores Generales, quia iuxta ſtatuta Religionum viſitant Prouincias, vel vniuerſam Religionem ſingulis annis, vel triennijs acquirerent totalem iuriſdictionem priuatiuam quo ad Generalem eiuſdem Religionis, qui forte impeditus, vel confiſus in viſitationibus factis per Miniſtros inferiores non curauit aliquam Prouinciam per ſe ipſam viſitare, quod eſt ſatis abſurdum, & irrationabile.

59 Nihil tandem facit, quod dicitur Patrem Generalem agere de iure quærendo, & nondum quæſito, quia Pater Generalis non deducit ius ſuum ex conſtitutione Sixti, ſed ex conſtitutione Pij iam eff. ctuata, quæ dictum ordinem ipſi ſubijcit in omnibus, & per omnia ſicut antea ab initio conſtitutionis ſubiectus erat, & ſic agit de conſeruando iure iam quæſito, & dicta conſtitutio Sixti, quæ eſt fundamentum Aduerſarij, deducitur tantum ad oſtendendum, quod per illam non fuerunt ſublata, ſed præſeruata iura de quibus nunc agitur, & quæ antea iam competebant, & ſic ceſſat omnino obiectum.

60 Allegata conſilia Calderini, & Beroi non obſtant, quia loquuntur in caſibus, & terminis diuerſis, ibi enim aderat immemorabilis, ac etiam titulus non limitatus, qui iuſtam credulitatem præſcribendi tribuebat, non agebatur de præſcriptione contra conſtitutiones Apoſtolicas continentes decretum irritans, neque concurrebant illa quæ concurrunt in caſu de quo agitur, vt patet ex eorum lectura. Quare, &c.

Ioannis Baptiſtæ de Luca Aduocati ſecundo pro Generali de Obſeruantia.

EMinentiſſimi D. Pius Quintus de anno 1568. officia Miniſtri, & Viſitatoris Generalis, & aliorum Superiorum Tertij Ordinis extinxit, dictumq; ordinem in omnibus ſubiecit Miniſtro Generali Minorum Obſeruantium, vt ex Conſtitutione Pij ſum. num. primo quæ ſuum effectum in omnibus ſortita fuit, vt patet ex Bulla Sixti V. ſum. num. 2. & ex alijs infra deducendis.

De

De anno 1586. Sixtus Quintus Officia Viſitatoris aliorumque Superiorum (excepto Miniſtro Generali) reintegrauit, & ad priſtinum ſtatum reduxit, duo tamen reſeruando. Primo quod Viſitator Generalis quotieſcumque contigerit, teneatur petere confirmationem ſuæ electionis à Miniſtro Generali Obſeruantium. Secundo quod dictus Generalis Obſeruantium poſſit dictum Ordinem viſitare, corrigere, & mdderari ſingulo quadriennio ſummario num. 2.

Cum autem Reuer. Hodiernus Generalis Obſeruantium intendat pro ſuo officij debito prædictum ordinem viſitare, & detur intelligi Superiores, & fratres eiuſdem ordinis nolle viſitationi ſubiacere, ideo ad omnem bonum finem, vt viſitatio recte ſequatur, & tollantur inconuenientia, quæ oriri poſſent ex prætenſa obedientia: Idem Generalis ſupplicat Sac. Congreg. quatenus dignetur ſuper his opportune prouidere mandando ſuperioribus, & fratribus prædictis quod cum debita obedientia ſubiaceant viſitationi, & correctioni, ſicut de iure tenentur propter expreſſam diſpoſitionem prædictarum conſtitutionum Pij, & Sixti, quæ cum ſint ſatis litterales, & claræ, nullam recipere poſſunt controuerſiam, nec continent nouam, & exorbitantem diſpoſitionem, cum alias Sixtus IV. & Leo X. dictum Ordinem ſubiecerint præfato Generali, vt teſtantur *Roderiq. Quæſt. Reg. Tom. 3. quæſt. 72 artic. 1. Concluſ. 3. Portel. de dub. Regul. verbo Tertiarij in addit. num. 3. Rota deciſ. 599. part. 5. recent. num. 38.*

Nec prædictis obſtare poteſt replicatio ex aduerſo forte facienda, quod præceſſores Generales à multo tempore citra non viſitarunt, ideoque videatur dicta facultas præſcripta, & non per vſum omiſſa, quoniam quidquid ſit per non vſum, qui non præſumitur,
61 & alleganti incumbit onus probandi, *Seraphin. deciſ. 113. Caual. deciſ. 423. num. 1.* dato etiam quod probetur non obſtat, ſiquidem Pater Generalis non prætendit hanc facultatem vigore alicuius priuilegij particularis conceſſi ſuæ Religioni, vel ſibi, quod priuilegium per non vſum amitti ſolet iuxta terminos l. 1. ff. de nundinis ſed in vim conſtitutionum Apoſtolicarum conditarum motu proprio per iura legis prædicti Tertij Ordinis bono regimine, vt patet ad oculum ex lectura conſtitutionis Pij. Ideo non poteſt dari de non vſu etiam per mille annos niſi accedente ſcie-

tia,

tia, & ſapientia Papæ, quia non poteſt inferior tacite, nec expreſſe renunciare, ſiue præiudicare legi promulgatæ per Principem ſine ipſius certa, & poſitiua ſcientia, maxime quando lex continet decretum irritans, & clauſulam *ſublata*, prout in caſu noſtro, per quæ inficitur quicumque titulus, & poſſeſſio contraria, ita vt nunquam de non vſu dari poteſt, Canoniſtæ communiter *in cap. cum te de beneficio de præben. in 6. & in c. cum acceſſerint de Conſtit. Iaſ. & decis. Rot. apud Canaler. decis. 86. n. 1. & 2. decis. 91. n. 3. & ſeqq. & decis. 425. num. 4.* alijs ſæpiſſime; ea enim quæ non poſſunt fieri per actus expreſſos, nec fieri poſſunt per tacitos, & præſumptos, ne plus operetur fictio, quam veritas; & plus tacitum, quam expreſſum contra vulgatas iuris regulas, ſed certum eſt quod Pater Generalis non poſſet ſine licentia, & conſenſu Papæ renunciare huic facultati, cum non ſit priuilegium, ſed ſibi fuerit iniunctum, & demandatum, vigore legis latæ pro bono publico; igitur nec poteſt renunciare per negligentiam, & non vſum, vt ratiocinantur DD. ſupracitati.

62 Præterea cum hoc ius viſitandi poſitum ſit in arbitrio, & facultate Patris Generalis quoties expediens, & opportunum iudicauerit, vt expreſſe denotant Conſtitut. verba Sixti ibi. *Poſſit ſingulo quatriennio pro vt opportunum fuerit viſitare, moderare, &c.* hæc libera facultas non poteſt dici præſcripta per non vſum quocumque temporis ſpatio accedente; niſi præcedente prohibitione, cum ſubſecuta acquieſcentia ex vulgatiſſima regula quod ea, quæ ſunt liberæ facultatis non præſcribuntur, nec tolluntur per vſum *l. viam publicam digeſt. de via publica gloſ. in c. vt priuilegia verbo ſemel in anno digeſt. de priuilegijs DD. in c. fin. de conſuet. in 6. Balb. de præſcriptione 4. 5. par. 5. §. princip. quæſt. 4. n. 4. Gabriel. commun. concluſ. tit. de præſcriptione concluſ. 10. num. 1. Gonzal. ad Reg. 8. gloſ. 5. §. 6. n. 37. Caputaq. decis. 306. num. 7. part. 1. Seraph. decis. 813. n. 5. Burat. decis. 38. num. 3. & 4. & 222. num. 1. vbi adden. Rot. decis. 133. in fine, & 226. n. 33. & 34. par. 7. Recent. in Meſſanen. Decanatus 27. Ianuarij 1642. Coram Reuerendiſſimo Domino Decano, & alios pluries.*

63 Hinc eſt, quod Epiſcopus, qui poteſt erigere tribunal, & ius dicere in quacumque parte diœceſis, ac diœceſim viſitare ſingulis annis, ſi per longiſſimum tempus non viſitauerit, vel tribunal in

aliquo

aliquo loco non erexerit,puta,quia non iudicauerit neceſſarium, non per hoc dicitur iure ſuo priuatus; bene Caputaq; d.deciſ.36. n.7.par. 1. & magis in ſpecie, quod ius ſeu facultas viſitandi non poſſit præſcribi quocumque temporis ſpatio accedente, probat *tex.in cap.cum ex officij de preſcriptione, vbi Inoc. Abbas Felin. & alijs Balb.de praſcriptione par. 1.5. part. princip. quaſt. 16.n.1. Marian. Socin. de viſitatione à num.* 19. quia non agitur de actu, qui certis temporibus faciendus eſt iuxta terminos l.1.ff.de nundinis, ſed de facultatiue exercendo iuxta opportunitatem, vel neceſſitatem. Vnde multoties per centum annos non exercetur, quia ſuperior videt illum non eſſe neceſſarium.

64 Eo magis,quia pius V. extinxit officia Miniſtri Generalis,ac etiam Viſitatoris, & Sixtus reintegrauit tantum officium Viſitatoris remanente ſuppreſſo officio Miniſtri propter ſubiectionem Generalis Obſeruantium, qui dicitur ſubrogatus in locum Miniſtri Generalis præfati ordinis, vt obſeruat *Rot. deciſ.* 618. *p.5.recent.* vnde ſi tolleretur hæc ſubiectio remaneret ordo prædictus ſine Miniſtro Generali, quod eſſet ſatis inconueniens.

65 Ceſſat etiam ſi tollatur præſcriptio ex non vſu prætenſa propter continuatam malam fidem Fratrum dicti ordinis, quæ omnem præſcriptionem impedit etiam ſi mille anni labantur cap. *vltimo de praſcriptionibus vbi omnes cap.poſſe de Regul. Iur. in 6. Seraphin. deciſ.614.n.1.Burat.n.1.deciſ.436.n.5.Caual.deciſ.91.n.11.* & eſt concl.ſatis trita,de mala fide in caſu noſtro non dubitatur, ſiquidem ſuperiores, & fratres dicti habuerunt, & habent certam ſcientiam præfatæ conſtitut. Sixti, illamque ſemper retinuerunt, & retinent penes ſe, dum illius vigore recuperauerunt officia Religionis iam extincta, illaq; hodie exercent, quæ alias exercere non poſſent, vt patet euidenter ad ſenſum, vnde data ſcientia iuris alieni inducitur mala fides, quæ impedit præſcriptionem *cap. deciſ.* 24. *par.* 2. *bene in ſimilibus terminis Caual. deciſ.* 91. *num.* 10.

66 Non poteſt tandem dari de non vſu dum Pater Generalis exercuit,& exercet hodie ſuam iuriſdictionem in multis locis, & Prouincijs dicti ordinis præcipue in Hiſpania, Luſitania, Gallia, &c. & eſt certiſſimum,vt ſupponitur pro abſoluto *Rot. dicta deciſ.* 599. *&* 618.*par.5.Recent.* vnde intrat vera Concluſio,quod vtens priuilegio,

uilegio, vel iure ſuo in vno loco, illud conſeruat pro omnibus, ita vt dari non poteſt de non vſu *Seraphin. deciſ.* 951. *n.* 1. *&* 2. *Burat. deciſ.* 704. *n.* 9. & per exercitium aliquorum actuum conſeruatur totum ius, etiam reſpectu aliorum actuum non exercitorum *Innoc. in cap. dilectus n.* 3. *de Capel. Monach. vbi Cardin. Boic. Io. And. Extr. Ancaran. Abb. & alijs Rota deciſ.* 536. *n.* 3. *parte* 2. *Racet.* Quare, &c.

Memoriale alla Santità di Noſtro ſig. pro Generali Tertiariorum.

LA Religione del Terzo Ordine di S. Franceſco l'anno 1568. à 3. di Luglio fù dalla S. M. di Pio V. ſottopoſta al gouerno de ſuperiori dell'Oſſeruanza; cominciò ben toſto à ſentir quello dice S. Tomaſo de gouernanti ſtranieri, che *ſolent parum affici ad gentem, cui preſiciuntur*: poiche l'iſteſo meſe fù coſtretto quel Santo Pontefice ſcriuere al ſuo Nuntio in Spagna in queſto tenore. *Monebis ipſum Generalem, & alios ſuperiores Minorum de Obſeruantia nomine meo, ne eos moleſtia vlla, vltra, ea quæ ad reformationem pertinent afficiant*; com'appare dalle parole della Bolla del ſudetto Pontefice, che comincia. *Venerabili fratri Ioanni Baptiſta, &c.* regiſtrata frà l'altri Priuilegij conceſſi dal Sommo Pontefice alla noſtra Religione, al tom. 2. della noſtra Regola. Et in 18. anni, che durò quel gouerno la Santità di Siſto Quinto toccò con mani, *quod Fratres Tertij Ordinis, ſub Obedientia Miniſtri Generalis, & Prouincialium de Obſeruantia prædictorum manentes nihil in Vinea Domini prof. cerunt; immo in eodem Tertio Ordine varij abuſus tam circa Regulæ Obſeruationem, quam etiam fratrum dictæ Regulæ tranſgreſſorum, & alias delinquentium caſtigationem irrepſerunt*; com'anco il medemo Pontefice nella ſua Bolla, che comincia. *Sixtus Papa Quintus S. Dat. Romæ, &c.* regiſtrata nel ſudetto loco, e tomo citato ci ſignifica. Per eſtirpation de quali abuſi, è riſtoration di detto Ordine non trouò meglior rimedio, quanto il ſottrarlo da queſto gouerno ſtraniero, & ordinare, che haueſſe Generale de numero *Fratrum ſuorum.* Conſeglio, che l'euento, e l'eſperienza l'hà fatto conoſcere per degno della gran Prudenza di quel Sommo Pontefice. Poiche in 63. anni, che indi ſono traſcorſi detta Religione à gloria di Dio ſi troua notabilmente auanzata coſi in

N Oſſer-

Oſſeruanza, e Santità, com'in lettere, e virtù non volgari. E benche detto Pontefice per non parer poco affetto à quell'Ordine di cui fù già Profeſſore riſeruaſſe al Miniſtro Generale facoltà di poter ogni quattro anni vna volta per ſe detta Religione del Terzo Ordine viſitare, nondimeno fin quì non v'è ſtato alcun Generale, che ſi ſia ſeruito di tal facoltà, ſolamente il Generale preſente hà preteſo di viſitar detta Religione non oſtante la preſcrittione di 63. anni. La onde perche queſto motiuo è contrario alle leggi Canoniche, e potrebbe in detta Religione del Terzo Ordine, che ſtà immediate ſotto l'Occhio di Voſtra Santità profeſſando d'obedire ad Nutum di Voſtra Beatitudine, alle Sacre Congregationi, & alli Eminentiſſimi Protettori cagionare nouità pregiudiciale al ben Publico, Il quale (merce al Signore) non hà biſogno, ne ſpera vtilità neſſuna da ſuperior ſtraniero. La ſudetta Religione del Terzo Ordine di S. Franceſco humilmente ſupplica la Santità Voſtra non voler permettere nouità ſi pernicioſa trà famiglie Religioſe, ma imporui vn perpetuo ſilentio. Che il tutto, &c. quam Deus, &c.

D. Vicentij Galcotti Aduocati pro Generali Tertiariorum.

EMinentiſſimi Domini. Si ius viſitandi Religionem Regularium Tertiariorum S. Franciſci competeret Generali Minorum obſeruantium iure ſuo ordinario priuatiue, ac vti immediato Superiori dictæ Religionis; vtique ſine vlla difficultate crederem dictum ius vti mere facultatiuum per lapſum cuiuſcumque longiſſimi temporis quo fuiſſet ceſſatum à viſitatione fore quo ad ſubditos impræſcriptibile ex latiſſime deductis in Pampiloneoſi iuris viſitandi 15. Martij 1624. coram bo: me: merlino; Vbi quod ea ratio, vt dictum ius non præſcribatur, quia eſt ab eccleſiaſtica diſciplina alieniſſimum, vt ex negligentia Præfatorum detur anſa ſubditis viſitationem, & Paſtoris coercitionem recuſandi, & quod Prælatus in graue cultus diuini præiudicium, & ipſarum animarum recuſantium perniciem munus ſuum in viſitando aliquo tempore ob incuriam prædeceſſorum prætermiſſum reaſſumere non valeat.

67 Verum quia dictum ius non competit Generali Minorum obſeruantium iure ſuo ordinario ac vti dictæ Religionis immediato Superiori, ſed ex priuilegio, & ex Conſtitutionibus Pij V. & Sixti V. vt in cauſa inter has duas Religiones agitata declarauit *Rot. in Deciſ.* 618. *n.* 14 *par.* 5 *tom.* 2. *recent.* & in caſu noſtro non allegatur à ſubditis hæc præſcriptio, ſed à Generali Tertiariorum
68 immediato dictæ Religionis ſuperiore cui iure ordinario, & proprio competit dictum ius, nec poteſt prætermittere. Certiſſimum
69 credimus illud quo ad Generalem Obſeruantium per lapſum quadraginta, & plurium annorum quo nedum fuit ceſſatum, ſed nec vnquam cæptum exerceri, eſſe præſcriptum: vt in concurſu duorum prætendentium iura Epiſcopalia nempe inter Epiſcopum, & Abbatem intrare quadragenariam pro Abbate contra Epiſcopum expreſſe diſponunt tex. in c. auditis 15. & in c. cum olim 8. de præſcript. quos ad propoſitum iuris viſitandi allegat *Rot. Deciſ.* 207. *n.* 5 *in fine par.* 7 *diuerſ.* & ex alijs etiam in terminis iuris viſitandi pro Abbate contra Epiſcopum comprobat *deciſ.* 394. *n.* 1. *p.* 1. *recent.* & *Gratian. diſcept.* 871. *n.* 37. *tom.* 5.

Etenim in iſto caſu non intrat abſurdum illud in dicta deciſione bo: me: Merlini conſideratum, quod detur anſa ſubditis viſitationem, & coercitionem recuſandi quod ab eccleſiaſtica diſciplina eſt
71 alieniſſimum, Dum enim hanc præſcriptionem allegat immediatus ſuperior qui eſt Generalis Tertiariorum, remanet dictum ius penes ipſum, & quidem priuatiue quo ad Generalem obſeruantium prout in quolibet præſcribente iura iuriſdictionalia, quia acquirit ea priuatiue reſpectu eius, cui antea competebant, late *per Barboſ. in l.* 1. *art.* 4. *n.* 139. *ff. de iud.* & *per alium modernum Barboſ. in Collect. Iur. Canon. tit. de præſcript cap.* 15. *n.* 5. *poſt Menoch. quem non allegant de præſumpt. lib.* 2. *præſumpt.* 18. *n.* 24. ac proinde ſubditi non remanent in eorum libertate, ſed viſitantur, & coercentur ab eorum immediato ſuperiore, cuius Religionis regulæ, ac decreta in hoc præcipue ſatagunt vt Religioſi à ſuis Prælatis viſitentur, & corrigantur, vt inquit *Mandoſ. conſ.* 37. *n.* 10. expendens illud Apoſtoli ad Hebræos cap. 13. obedite Præpoſitis veſtris, & ſubiacete eis, ipſi enim peruigilant quaſi rationem pro animabus veſtris reddituri: quod quidem non eſt in ſuperiore alterius Religionis, qui pro animabus exteris non eſt rationem

72 redditurus, ideoque dici ſolet quod intereſt Religionis, ne vexetur à pluribus Viſitatoribus, vt inquit Rot. coram Gregorio XV. decif. 4. n. 8.

Non obſtant Primo quod cum ius huiuſmodi viſitandi competat Generali Obſeruantium per viam facultatis ponderando illud verbum, poſſit, dicatur impræſcriptibile, niſi etiam probetur ſecutam eſſe prohibitionem cum partis acquieſcentia ex allegatis ex aduerſo, & eſt regulare in omnibus iuribus negatiuis vt ex præſcriptione non acquirantur, niſi cum dicta prohibitione, & acquieſcentia ex alijs innumeris auctoritatibus, quæ poſſent allegari.

73 Quia concluſio prædicta procedit in mere facultatiuis, quæ vnicuique naturaliter competunt abſque alio hominis facto; prout ſunt facultates eundi ad Eccleſiam; per viam publicam, per litus maris, & alia huiuſmodi continentia ſolum explicationem actus in mero explicantis arbitrio poſitam; ſed quando illud ius facultatiuum competit vel in vim contractus, vel ex lege, priuilegio, aut conſuetudine, quæ inhærent actioni, & ex quorum vigore oritur actio in iudicio deducibilis; nempe conditionis ex contractu, ſeu ex lege, vel vt aliqui voluerunt, præſcriptis verbis; tunc ſicuti actioni cui ius inhæret, præſcribitur, etiamſi non interuenerit negatio vel prohibitio cum partis acquieſcentia, ita pariter præſcribitur facultas, quæ eſt ſequela actionis, vt bene diſtinguit *Rot. coram Durano decif. 426. n 2. 3. 4 & 5. & prius coram Seraph. Decif. 212. n. 3. & decif. 11. n. 9. par. 1. nec quæ Deciſiones in illa Duran. non allegantur, & latius omnium Carcer. var. reſol cap. 4. n. 143. cum plur. ſeqq. par. 3.*

74 Ea vero, quæ competunt in vim legis, vel Conſtitutionis prout in caſu noſtro fortiora reputantur quam quæ competunt ex hominis obligatione; At quemadmodum actio proueniēs ex hominis obligatione præſcribitur abſq; alia petitione, negatione, ac præſcribentis miniſterio, & ex ſola negligentia non facientis actū *Rot. penes Poſt. de manuten. decif.* 45 *num.* 10. quod maxime procedit, quando lapſum eſt lōgiſſimum tempus 40. annorum, *vt in decif.* 547. *n.* 15. *part.* 4. *tom.* 3. *recent.* ita etiam pari, & maiori ratione dicendum eſt *præſcribi* actionem prouenientem ex lege, vel

conſti-

conſtitutione abſq; alia præſcribentis negatione, cum nulla ſit in his diuerſitatis ratio; vt ad propoſitum optime arguit Crauett. conſ. 111. num. 23. & 24. quem cum alijs concordantibus citat, & ſequitur *Hond. conſ. 82. n. 9. lib. 1. & Cancer. d. cap. 4. n. 144. part. 2.* & ratio eſſe poteſt; quia quemadmodum præſcriptio nullo modo currit contra non valentem agere, ita è contra facile currit aduerſus eum, qui fortius, & expeditus agere valet.

75 Hinc fit quod priuilegium cuius vſus, vel non vſus ſemper eſt in facultate priuilegiati amittitur per non vſum ſpatio 40. annorum etiam in præiudicium Eccleſiæ cui eſt conceſſum, vt late probant *Menoch. de præſumptio. lib. 6. præſumpt. 41. n. 16. Surd. conſ. 419. n. 5. & conſ. 437. n. 8. Suar. de legib lib. 8. cap. 34. n. 2. cum ſeqq. cum alijs quos late congerit Farin. in fragment. in verbo lex n. 7. & Cancer. var. reſol. cap. 3. n. 170. & ſeq par. 3. necnon firmauit Rot. in Burgen emolumentorum Sigilli 21. Maij 1590. coram bo. me. Penia verſ. quia fuit, alibi non impreſſa,* vbi canonizatur dictum conſil. Crauett. 111. in propoſito præſcriptionis emolumentorum ſigilli per Capitulum contra Epiſcopum oppoſitæ, quam intrare dixit Rot. in præiudicium Epiſcopi ex ſola negligentia anteceſſorum non vtentium iure ſibi competenti etiam nulla interueniente negatione, & acquieſcentia.

76 Et hinc etiam ſequitur, quod non applicantur exempla ex aduerſo exhibita de Principe habente facultatem imponendi onera, & de Ciuitate habente iuriſdictionem in Caſtro, & de Superiore habente ius viſitandi, & corrigendi ſubditum, qui per non vſum etiam longiſſimum, ius & iuriſdictionem non amittunt.

77 Quia reſponſio elicitur ex prædictis cum illa competant eiſdem, & fieri poſſint ex iure mere facultatiuo proprio, ac ordinario nullæ inhęrenti actioni, & præterea in illis hoc procedit, quia ceſſante occaſione vtendi ea facultate, non mirum ſi per non vſum etiam longiſſimum non amittatur, vt bene declarat *Surd. conſ. 323. n. 50. & conſ. 419. n. 28. lib. 3. & Cancer. var reſolut. d. cap. 3. n. 272. & ſeqq. & d. cap. 4. n. 140. & ſeq. par. 3. vbi rationem prædictam aſſignat, & latius Azor. Inſtit. moral. lib. 5. c. 22. q. 8. in fine*: quod quidem non eſt in caſu noſtro dum quolibet quadriennio fuerat in Conſtitutione ſtatutum tempus viſitandi.

78 Et quoad ſubditum, & Superiorem particulariter reſponſio etiam patet ex deductis in principio; quia nempe non agitur hic inter ſubditos, & Superiores ſed inter duos Superiores, immediatum ſcilicet & extraneum, & non de præſcribenda libertate in ſubditis quoad Superiorem, ſed ne vexentur à pluribus Viſitatoribus, quod intereſt Religionis, vt ſuprà dicebamus, quo caſu ceſſat abſurdum euitandi viſitationem, & correctionem ſubditorum *in deciſ. bo. me. Merlini conſiderata de qua ſupra.*

79 Non obſtat ſecundum, quod in actibus ſucceſſiuis præſcriptio, & non vſus non noceant quo ad futura, quia quicquid dixerint Ciriac. & alij ex aduerſo allegati concluſionem non eſſe veram oſtenditur ex ſuperius allegatis loquentibus etiam in iuribus, & priuilegijs ſucceſſiuis, & ſignanter ex dicta deciſ. Burgen. emolumentorum, vbi deciditur ius fuiſſe amiſſum etiam quo ad futura, & in præiudicium Epiſcopi ſucceſſoris agentis ex propria perſona, cui per negligentiam anteceſſorum præiudicatum fuit, ex pluribus auctoritatibus ibi cumulatis quibus addo *Theſaur. quæſt. forenſ. lib. 1. cap. 8. n. 9.* loquentem etiam quo ad futura, quando lapſum eſt longiſſimum tempus 40. annorum, *& Cancer. var. reſol. c. 20. n. 59, & 60. lib. 3.*

80 Non obſtat tertium quod huiuſmodi ius viſitandi Tertiarios cõpetat Generali Obſeruantium iure proprio, & ordinario, quo caſu nunquam amittitur per non vſum, tum, quia in facto non ſubſiſtit aſſumptum, quod competat iure proprio, & ordinario, dum contrarium expreſſe declarauit Rota, inter haſmet Religiones *in d. deciſ. 618. num. 14. par. 5. tom. 2. recent.* vbi quod d. facultas data fuit Generali Obſeruantium, non tanquam Generali Minorum, ſed tanquam ſubrogato in locum Viſitatoris Generalis Tertij Ordinis, & ſic non iure ordinario, ſed delegato; Tum etiam quia concluſio non ſubſiſtit in iure; nam etiam ea quæ competunt iure proprio, & ordinario, per non vſum 40. annorum amittuntur, vt in dicta Burgen. emolumentorum, & in alijs auctoritatibus ſuperius allegatis in princip. verſ. verum quia.

Non obſtat quartum, quod dicta facultas data ſit vniuerſo Ordini Obſeruantium, non autem Miniſtro tantum Generali, non potuit hic per negligentiam Ordini præiudicare nec ſucceſſoribus.

81 Quia per ſpatium 40. annorum, & negligentiam tanti temporis

Præla-

Prælatorum, tollatur etiam priuilegium conceſſum toti Religioni, *vt per Gratian. diſcep 492. num. 20. tom. 5.* quod maxime procedit, ſi per hanc tacitam renunciationem per non vſum, fit reditus ad ius commune, vt in caſu noſtro, quo iure Religio remanet tantum ſubiecta ſuo Superiori, non extero, Gratian ibidem n. 23.

82 Et prætereà negatur omnino aſſumptum quod priuilegium ſit conceſſum vniuerſo Ordini, quia in eo nullum verbum de Religione, ſed tantum de Miniſtro Generali, cuius anteceſſores bene potuerunt per negligentiam tam diuturnam ſucceſſoribus præiudicare, vt in illa Burgen. emolumentorum ſuperius allegata, & in auctoritatibus de quibus ſupra in princip. d. verſ. Verum quia in fine.

83 Præſertim dum non conſtat in caſu noſtro de aliqua acceptione, & vſu priuilegij ab initio, quo caſu auferendo ius nondum quæſitum, nec acceptatum nulla dicitur facta læſio, ut bene per Surd. conſ. 234. n. 39. lib. 3. ubi quod tunc nō dicitur acquiſita exemptio ſed præſeruatio à libertate, qua pars aduerſa non dicitur lædi, & quæ facilius acquiritur quam exemptio quando ſemel ſubiectio fuiſſet introducta ex congeſtis per *Gratian. diſcept. 965. nu. 5. & 6. tom. 5.*

84 Non obſtat quintum, & ultimum de priuilegio Centenariæ præſcriptionis dictæ Religioni Obſeruantium communicato, & iam Benedictinis conceſſo, Tum quia hoc non eſt priuilegium Ordinis in communi ſed Generalis tantum, tum etiam quia dictum priuilegium non loquitur quo ad iura incorporalia, ſed quo ad bona tantum, quorum dict. Minores ſunt incapaces, ac proinde non dicitur his quo ad ea communicatum; Tum & tertio, quia eadem communicatio conceſſa eſt ibidem iſtis Tertiarijs Regularibus, qui eiſdem priuilegiis prout Minores potiuntur *Gratian. diſcept. 449. n. 7. & 8. tom. 3.* atque ideo intrat regula, quod priuilegiatus cum pari priuilegiato non utitur priuilegio ſed attenditur ius commune, ut inter duas Eccleſias, & quando militat idem fauor pro utraque dixit *Fot. deciſ. 251. n. 4. part. 3. recent. & Surd. conſ. 423. num. 21. lib. 3. Cancer. var. reſol. cap. 3. n. 416. & cap. 9. n. 32 par. 2.*

Quare, &c.

D. Vincentij Galeotti ſecundo pro Generali Tertiariorum.

EMinentiſſimi Domini. Vt facilius pro reſponſione remoueantur, quæ ultimo loco per aduerſarium obiecta fuerunt, infraſcripta mihi cenſeo præmittenda.

85 Primo quod Religio Tertij Ordinis S. Francisci Fratrum nuncupatorum de Pænitentia in communione, ac clauſtro viuentium habebat ante Pij V. Conſtitutionem inferius allegandam ſine vlla controuerſia proprium, & eiuſdem Ordinis Miniſtrum ſeu Viſitatorem Generalem, cui Fratres ſubijciebantur, & in omnibus vti Superiori parebant, abſque quo Generales, & Superiores Minorum Obſeruantium, ſeu alterius Religionis ſe ingererē. Quod nedum ex diuerſis Summorum Pontificum conſtitutionib. aperte demonſtratur abunde relatis per Patrem Bordonum huius Ordinis Religioſum in ſuo tractatu impreſſo Bononiæ de antiquitate Religionis Tertij Ordinis S. Franciſci *à fol. 5. vſque ad 19. & præcipue Nicolai V. fol. 12. verſ quarto Nicolaus V. & verſ. ſeq & Eugenij IV. fol. 17. verſ probatur ſecundo.*

Sed etiam ex ipſamet Conſtitutione Pij V. reformatoria huius Religionis, qua pars aduerſa vtitur, & de qua in nouo Bullar. tom. 2. inter conſtitutiones dicti Pontificis la 63. fol. 258. §. 2. ibi, de nobis attributæ poteſtatis plenitudine officia Miniſtratus, & Viſitatoris Generalis dicti Ordinis perpetuo extinguimus, ac abolemus, ac Miniſtrum Viſitatorem, & Vicarium Generalem eiuſdem Ordinis officio vſu, & exercitio omnimode interdicimus, edictoque prohibemus, ne alius poſthac Miniſter, Vicarius, ac Viſitator Generalis de dicto Ordine habeatur; Ex qua quidem priuatione, ac abſolutione ſine dubio probatur habitus, & exiſten ia præcedentis Offic j Miniſtri, Vicarij, ſeu Viſitatoris Generalis ſuppreſſi ad latiſſime cumulata per *Barboſ. in axiom. iur. axiomat. 189 per tot.*

86 Necnon, & clarius ex conſtitutione Sixti V. moderatoria dictæ conſtitutionis Pij V. *de qua in dicto Bullar. tom. 2. inter conſtitutiones dicti Pontificis la 28. fol. 525. §. 3. ibi*, Ac conſiderantes quod ſi Fratres ipſi Tertij Ordinis eorum Viſitatorem Generalem iuxta ſua inſtituta ante litteras dicti Prædeceſſoris faciebant, eligere poſſent, & ſic electo tanquam ſuo Superiori obedirent, & præmiſ-

ſis

ſis alijs malis quæ occurrere poſſent plurimum conſultum foret, &c. Ex quibus verbis pluſquam manifeſtè colligitur, quod Regulares Tertiarij ante dict. conſtitutionem Pij V. habebant proprium, & primarium quem eligebant Superiorem, Viſitatorem Generalem nuncupatum, independentem à quouis alio Superiore alterius Religionis.

87 Secundo præmitto, quod ex dicta conſtitutione Sixti V. in priſtinum, & eum ſtatu, in quo erat ante dictam conſtitutionem, reſtituta, *& plenarie* reintegrata, itaut ſingulo triennio poſſet Capitulum *Generale*, quoad Fratres in vniuerſa Italia commorantes conuocare, *ac in eo* Viſitatorem Generalem, & alios Miniſtros, & o*fficiales* (*non* tamen Commiſſarium generalem) eligere iuxta *eius regularia inſtituta*, & eiſdem modis, & forma quibus antequam *dicta* conſtitutio Pij V. emanaſſet, conſueuerat, & ſunt *verba ipſius Bullæ* § 3.

88 Tertio præmitto, quod ex eadem Conſtitutione Sixti V. Viſitator Generalis *Tertij* Ordinis ſic electus habet omnimodam poteſtatem, auctoritatem, iuriſdictionem, & Superioritatem in omnes Fratres eiuſdem ordinis per vniuerſam Italiam conſiſtentes, qui tenentur ei ſic electo tanquam vero Superiori morem gerere, eiuſque mandatis obedire; quam electionem Miniſter Generalis, & Fratres de Obſeruantia non poſſunt amplius, vti prius ex dicta Conſtitutione Pij V. faciebant, impedire, vel retardare, addita clauſula *: ſublata*, & decreto irritante, & vt latius in §. 4. eiuſdem Conſtitutionis.

89 Quarto demum præmitto quod in eadem Conſtitutione Sixti poſt dictum decretum irritans, & clauſulam: *ſublata* de quibus in dicto §. 4. & poſt clauſulas non obſtantiarum, & ampliſſimam derogationem, & caſſationem dictæ Conſtitutionis Pij V. de quibus in §. 5. diſponitur quod Viſitator eligendus infra duos menſes à die ſuæ electionis computandos, confirmationem à Miniſtro Generali de obſeruantia petere teneatur, qua petita, & non obtenta cenſeatur Apoſtolica auctoritate confirmatus quodque dictus Miniſter de obſeruantia per ſe ipſum dumtaxat ſingulo quadriennio poſſit poſt Viſitatorem à Viſitatore Tertij Ordinis factam, dictum ordinem, & Fratres viſitare, ac iuxta regularia inſtituta dicti ordinis corrigere ac moderari.

90 Cæterum eſt aduertendum quod dicta diſpoſitio non eſt per viam reſeruationis contentorum in dicta Bulla Pij V. prout prætendit pars aduerſa, quæ in omnibus, & per omnia fuit correcta abolita, & cancellata, ſed per viam nouæ conceſſionis, & diſpoſitionis poſt omnimodam reuocationem dictæ Bullæ, ac poſt dictum decretum irritans, clauſulam: *ſublata*, & non obſtantias, per caput diſtinctum, & ſeparatum, vt in dicto §. 5. verſ. volumus autem.

Hiſce ſic præmiſſis, & ex dictis Conſtitutionibus roboratis aperte conijcitur quam facile coruuat fundamentum partis aduerſæ,
91 quod ſcilicet Religio Tertij Ordinis nunquam habuerit nec habeat nunc Miniſtrum Generalem, ſed quod ſubiecta fuerit ab initio, & nunc ſubijciatur Generali obſeruantium vti eius primario, & ordinario Superiori, & quod ex dicta conſtitutione Sixti reuocatoria conſtitutionis Pij non fuerit ad dictum Generalatum reſtituta.

Si quidem ex deductis in primo, & ſecundo præmiſſo, de quibus ſupra, & ex conſtitutionibus ibi indicatis clariſſime liquet quod dicta Religio habuit ab initio, & nunc habet ſuum proprium, & immediatum eiuſdem ordinis Superiorem, & ex deductis in 3. quod ille habet omnimodam poteſtatem, auctoritatem, & Superioritatem in omnes Fratres per vniuerſam Italiam conſiſtentes, qui tenentur illum vti verum Superiorem recognoſcere, & illius mandatis obedire.

92 Neque huic omnimodæ Superioritati refragatur, quod dictus Viſitator Generalis teneatur petere confirmationem à Generali obſeruantium, quodque dictus Generalis poſſit ſingulo quadriennio dictam Religionem vti Commiſſarius Generalis viſitare, vt ſupra in 4. præmiſſo; quaſi ex hoc videatur conſtitutus Superior immediatus, & ordinatus.

Etenim ſi verum eſt, prout eſt veriſſimum quod Generalis obſeruantium nullam aliam prorſus habeat ex dicta conſtitutione Sixti auctoritatem in dicta Religione niſi confirmandi Viſitatorem Generalem electum, & ſingulo quadriennio viſitandi, & quod Viſitator Generalis Tertij Ordinis ex eadem Conſtitutione ſit ddeclaratus ſuperior non ſolum circa Viſitationem, ſed etiam cum omnimoda poteſtate, auctoritate, iuriſdictione, ac ſuperioritate

ritate in omnes, & ſingulos Fratres in vniuerſa Italia commorantes, cui vti vero Superiori omnes dicti Fratres tenentur obedire, ac morem gerere, vt ſunt verba præciſa dictæ Conſtitutionis dicto §. 4. abſurdiſſimum profectò eſſet dicere, quod alius etiam fuiſſet conſtitutus in eadem Religione ſuperior; & cum eadem omnimoda poteſtate ac iuriſdictione; vnde fierent duo capita,
93 quod eſt in Eccleſia Dei monſtruoſum, vt dicit tex in c. quoniam 14 §. prohibemus de offic. ordin. & c. in apibus 41. 7. quæſt. 1. vbi ex auctoritate Diui Hieronymi, quod ſinguli debent eſſe Epiſcopi ſinguli Archidiaconi, & quod omnis ordo Eccleſiaſticus ſuis Rectoribus niti debet; ponderando maxime in caſu noſtro illam dictionem *omnimodam* appoſitam quo ad auctoritatem conceſſam Viſitatori Generali Tertij Ordinis quæ importat plenariam, & liberam, & independentem auctoritatem *clem. 1. eiſdem de ſer. compet. cum alijs latiſſime congeſtis per Gratia. de dictionib dictione 149. numero prim & 2 & per Barboſ. eodem tract. dictione 239. n. 7.*
94 Facultas autem conceſſa in dicta Conſtitutione Sixti Generali obſeruantium confirmandi Viſitatorem Generalem Tertij Ordinis ac ſingulo quadriennio viſitandi Religionem, in quibus tantum duobus capitibus reſtricta eſt auctoritas ipſius, non poteſt vllo pacto importare ſuperioritatem Generalis in omnibus alijs, vnde dici poſſit ſupremus, & ordinarius dictæ Religionis Generalis, quia quando iuriſdictio in aliquo reſtricta eſt ad certos tantum caſus, & adeſt alius, cui competit iuriſdictio vniuerſalis in reliquis, illa particularis dicitur ſemper delegata, & non ordinaria, vt ex Specul. bene diſtinguit, & declarat, & ex alijs comprobat Scacc. de iudic. lib. 1. cap. 16. num. 5. & 6.
95 Nec quicquam facit, quod ſuperior huius Religionis Tertij Ordinis nũcupetur Viſitator Generalis, quaſi videatur ex hoc quod alius adſit Miniſter Generalis; quia ex regula huius Religionis à Nicolao Quarto confirmata c. 16. Superior immediatus Religionis ſub iſto nomine Viſitatoris Generalis eſt nuncupatus, cui tamen ſubiectio ac iuriſdictio omnimoda reſpectiue indicitur, & quidem priuatiue, quo ad alios, de qua regula meminit Rot. in dicta cauſa inter has Religiones agitata *deciſ. 577. n. 11. & 12. & deciſ. 584. n. 22. 23. & 27. & deciſ. 618. n. 10. & 11. par. 5. tom. 2. recent.* Et quia cum iſte Viſitator Generalis nedum habeat ius

viſitandi

viſitandi ſed etiam omnimodam poteſtatem, auctoritatem, & ſuperioritatem in omnes Fratres eiuſdem ordinis per vniuerſam Italiam commorantes, qui tenentur ei, tanquam vero Superiori obedire, vt in dicta Conſtitutione Sixti de qua ſupra in 3. præmiſſo, expreſſe legitur, vtique parum refert quo nomine nuncupetur, dum in effectu habet omnia iura ſuperioritatis; vt bene *per Rot. dicta deciſ. 618. n. 10. verſ. demum, & ſeq. & per Gratian diſcept.* 871. *n. 6. & 22.*

96 Firmato igitur ex prædictis, quod Generalis obſeruantium non ſit ordinarius ſuperior Religionis Tertij Ordinis, ſed in prædictis tantum duobus caſibus ex conſtitutione Sixti V. delegatus, quod immediatus, & ordinarius ſuperior in Italia ſit Viſitator Generalis reintegratus ad priſtinum ſtatum ex eadem conſtitutione, ceſſat prorſus, & omnino præſuppoſitum ex aduerſo factum quod Religio Tertij Ordinis non habeat Miniſtrum Generalem, ſed quod Generalis obſeruantium ſit eius Miniſter Generalis, & de plano intrant concluſiones in alia informatione firmatæ, quod dicta facultas confirmandi, & viſitandi per lapſum tanti temporis ſit præſcripta dum præſcriptio non allegatur à ſubditis contra immediatum ſuperiorem ſed ab ipſo immediato, & ſupremo huius Religionis Superiore contra extraneum, & alterius Religionis Superiorem in certis tantum caſibus in hac ſibi extranea Religione delegatum; quo caſu etiam per decennium tantum admittitur præſcriptio ex allegatis in alijs, & tamen in caſu noſtro lapſi ſunt anni 63.

97 Non obſtat quod dicta conſtitutio Sixti V. dans Generali Obſeruantium facultatem viſitandi procedat per viam legis Generalis, cui propterea non poſſit per non vſum etiam longiſſimi temporis derogari. Quoniam conſtitutiones Pontificiæ ad fauorem Superioris Regularis ſiue etiam totius Religionis particularis nunquam dicuntur leges generales, neque affirmari poteſt, quod in illis procedatur per viam legis generalis, ſed dicuntur priuatæ, ac ſpeciales leges, vt optime declarat Rot. deciſ. 666. n 5. verſ. leges autem generales par. 1. recent. Ideoque non applicantur allegata ex aduerſo quando conſtitutiones ſunt leges generales.

98 Itidem non obſtat quod conſtitutio præſumatur vſu recepta, ita alleganti non vſum incumbat onus probandi; Quandoquidem

prædi-

prædicta regula procedit, quando conſtat quod ſemel, & ab initio fuerit vſu recepta; tunc.n. præſumitur obſeruantia continuata, & qui contrarium dicit teneatur probare; At quando non conſtat, quod vnquam ſit vſu recepta, onus probandi non incumbit alleganti non vſum, ſed affirmanti vſum, & obſeruantiam, vt poſt *Menoch de præſumpt. lib. 2. præſumpt. 2. num. 4. alijs pluribus congeſtis bene diſtinguit, & de communi & veriori teſtatur Farin. in fragment in verbo, lex n. 8. verſ. in hac contrarietate.*

99 Non ſubſiſtit quod conſtitutio habens decretum irritans cum clauſula: *ſublata* non poſſit per non vſum abrogari; quia ſi pars aduerſa loquitur de conſtitutione Pij V. qua Religio Tertij Ordinis ſubijcitur in omnibus Generali, & Fratribus de Obſeruantia, hæc, quæ fuit per aliam poſteriorem Conſtitutionem Sixti V.

100 abrogata, & in omnibus abolita non meretur allegari, vt inquit Rot. in d. cauſa inter has Religiones, & in alijs conſtitutionibus ad fauorem huius Religionis abrogatis dicta *deciſ.* 618. *n.* 13. & 16. *part.* 5. *tom.* 2. recent. Si vero loquitur de dicta conſtitutione Sixti, qua conceditur dicto Generali Obſeruantium dicta facultas viſitandi, eſt aduertendum prout ſupra conſideramus, quod dicta conſtitutio habet quidem decretum irritans cum clauſula *ſublata*, & derogatorijs, ſed quo ad primam tantum partem qua

101 corrigitur, caſſatur, & aboletur dicta conſtitutio Pij, & ſic in parte huic Religioni Tertij Ordinis fauorabilis; ſed quo ad aliam partem, in qua conceditur dicta facultas confirmandi, & viſitandi, quæ data eſt dicto Generali Obſeruantium in finalibus verbis conſtitutioni, & poſt appoſitas dictas clauſulas, & decretum, nullum aliud legitur decretum irritans, nec vlla clauſula *ſublata*. & cum dicta conſtitutio emanauerit principaliter ad fauorem Religionis Tertij Ordinis, non debet in eius odium retorqueri ad regulam l. quod fauore C. de legib.

102 Et præterea quando conſtitutio per longiſſimum tempus non eſt vſu recepta, etiam ſi adſint dicta clauſula, & decretum, non ligat; vt plene fuit firmatum *in Valliſoletana præeminentiarum* 23. *Maij* 608. *coram bo. me. Card. Lancellotto quam citat, & ſequitur Gratian. diſcept.* 202. *n.* 17. & 18. *tom.* 2.

104 Pariter nec obſtat, quod Generalis Obſeruantium in partibus Hiſpaniarum, & in Luſitania ſibi hanc iuriſdictionem viſitandi,

& Su-

& Superioritatem in Religionem Tertij Ordinis conſeruauerit, vt firmatur in dicta *deciſ.* 598.*n.*9.& *n.*30.& 39.*part.* 5. *tom.*2.*recent.* ex quo exercitio in illis partibus cenſeatur ſibi eandem iuriſdictionem præſeruaſſe in alijs etiam locis totius orbis, ex regula, quod vtens priuilegio in vna parte cenſeatur illud conſeruaſſe in omnibus alijs.

104 Etenim pro reſponſione animaduerti ſupplicatur quod conſtitutio Pij V. qua fuit ſuppreſſum officium Viſitatoris, & Miniſtri Generalis Religionis Tertij Ordinis, & dicta Religio ſubiecta Generali, & Fratribus Obſeruantibus, fuit quidem correcta, & in omnibus moderata per dictam conſtitutionem poſteriorem Sixti V. ſed quo ad vniuerſam tantum Italiam, in qua fuit reſtitutus, & reintegratus Viſitator Generalis dictæ Religionis Tertij Ordinis cum plenaria, & omnimoda poteſtate in Fratres in dicta religione commorantes, ſed quo ad alia loca extra Italiam dicta conſtitutio Pij V. remanſit incorrecta; ac proinde non mirum ſi Generalis Obſeruantium in Hiſpania, Luſitania, & Gallia fungitur vicibus Viſitatoris Generalis in quibus locis non adeſt alius Viſitator Generalis, neque Superior immediatus, prout eſt in Italia ob dictam conſtitutionem Sixti V. vt dicitur in dicta *deciſ.* 618.*n.* 13.& 14.*part.*5.*tom.* 2.*recent.* Vnde tantum abeſt quod ex dicto exercitio in illis partibus extra Italiam colligatur argumentum conſeruatæ facultatis in Italia, vt quin potius ex hoc argumentum retorqueatur; quia ſi vbi non adeſt alius Generalis Viſitator, iuriſdictionem exercuit Generalis Obſeruantium, & vbi adeſt non exercuit; clare datur intelligi, quod obſeruantia declarauit in Italiam dictam facultatem confirmandi, & viſitandi, vel non fuiſſe acceptatam, vel non neceſſariam, vel per nō vſum præſcriptam, vt in ſimili ita argumentum retorquetur in dicta *deciſ.* 584. *n.*40. *part.* 5. *tom.*2. *recent.* Et vlterius neque intrat dicta regula, quod ab exercitio in vno loco cenſeatur ius conſeruatum in alijs, quando in loco particulari alius reperitur in poſſeſſione, multoq; magis ſi poſſeſſio ſit titulata, vt latiſſime comprobat *Poſt. de Manuten. obſer.* 73. *n.* 172.

105 Nec facit quod præſcriptio non poſſit allegari à Viſitatore Generali Tertij Ordinis, ex quo in eadem conſtitutione Sixti, qua fuit reſtitutus, & reintegratus, fuit etiam data facultas Generali Obſer-

Obſeruantium viſitandi, ac proinde cum non poſſit ignorantiam allegare, dicitur in mala fide conſtitutus, qua ſtante præſcriptio nunquam currit; Nam cum dicta facultas penderet à ſola voluntate Generalis Obſeruantium abſq; quo Religio Tertij Ordinis haberet aliquid agere, poſſetq; dictus Generalis illam non acceptare, intrat, & currit præſcriptio contra negligentem neq; præſcribens dicitur in mala fide conſtitutus prout in ſimili hæres ex teſtamento præſcribit contra legatarium non petentem, nec dicitur in mala fide quamuis in eodem teſtamento ſit factus hæres, quia potuit credere, quod legatarius noluerit acceptare, vt late *Surd. de aliment. tit. 9. q. 6. n. 20. & 21. vbi de communi, & receptiſſima & deciſ. 25. n. 1. & ex infinitis tradit Becc. conſ. 48. n. 4. cum alijs per Pacif. de Saluian. interdict. inſpect. 2. cap. 2. n. 297.*

106 Demum non releuarent atteſtationes ſi quæ darentur aliquorum Fratrum Obſeruantium ex ſenioribus circa Viſitationes huius Religionis Tertij Ordinis à Generalibus Obſeruantium, vt dicitur factas; Tum quia Religioſi tanquam pars intereſſata non probarent, cum non ſint idonei teſtes, vt de Patre Bordono huius Religionis profeſſo reſpondet D. Aduocatus ex aduerſo ſcribens in ſua ſecunda informatione verſ. neque habenda eſt ratio; & tamen Pater Bordonus eſt notæ, ac approbatæ fidei, Sacræ Theologiæ Doctor olim ſuæ Prouinciæ Prouincialis, & ex operibus in lucem editis nomine clarus: Tum etiam quia, cum Viſitationum, quæ fiunt, liber ſit conficiendus, in quo debent adnotari omnia, quæ in Viſitatione geruntur, ac Decreta edita, vt conſtet de pertinentia Viſitationis, interruptione præſcriptionis, & alios legitimos effectus, de quibus latiſſime *per Pauin. de viſit. part. 2. q. 4. n.* 24. vtique non admittitur probatio per teſtes, quæ debet, & po-

107 teſt fieri per ſcripturas *Rot. deciſ. 243. n. 2. & deciſ. 252. n. 1. part. 7. recent.* maxime cum ratione officij dicti libri eſſent à Generalibus Obſeruantium conſeruandi; nec etiam in ſucceſſoribus præſumatur amiſſio *Buratt. deciſ. 266. n. 1. 2. & 6. & ibi Add. n. 13. & deciſ. 278. n. 6. & ſeq.*

Et ex his credimus omnino ſublata omnia ex aduerſo deducta, & allegatam per nos præſcriptionem ex tot tantiſque rationibus, & auctoritatibus in hac & in priori informatione congeſtis firmam, & inconcuſſam permanere.

108 At ex abundanti non incongruum prætereà deducere indicaui, quod Pater Generalis Obſeruantium, qui tam anxiè hanc Viſitationem affectat, poſtquam per tot annos alij etiam zelantiſſimi, & Religioſiſſimi eius anteceſſores illam tamquam habitam pro derelicta non ſine iuſta cauſa neglexerunt, nullam prorſus nouam cauſam adducit cur potius nunc quam retroactis annis hæc Religio Tertij Ordinis eius egeat Viſitatione, & dum in Italia eſt ex dicta conſtitutione Sixti proprius Viſitator Generalis reſtitutus, qui melius nouit, quæ veniant reformanda, quæue in ſua Religione corrigenda iuxta regulas, & conſtitutiones in eadem Religione præſcriptas, quam Superior extraneus, cuius non ſunt oues; merito ille eſt præferendus extraneo, & in ſua præſcripta, & antiqua poſſeſſione manutenendus ad notat. *per Panin. in d. tract. de Viſitat. part. 1. q. 4. n. 17.*

109 Stante præſertim, quod de facili Superior exteræ Religionis ſoleat eſſe infenſus Religioſis non ſuis, vt euenit inter has eaſdem Religiones, dum ex dicta conſtitutione Pij hæc Tertij Ordinis ſubiecta fuit Fratribus Obſeruantibus, quod etiam clariſſime probatur ex literis declaratorijs eiuſdem Pontificis paulo poſt conſtitutionem editam directis Nuncio Hiſpaniarum, & per extenſum relatis per Flauium Cherubinum *in Compend. Bullar. ad dictam conſtitutionem Pij V. 63. in fine fol. mihi 93.* in quibus ob tot exortos abuſus inter has Religiones ex dicta ſua conſtitutione, ac

110 grauiſſimas moleſtias à Generali Obſeruantium dictis Fratrib. & Religioni Tertij Ordinis illatas, declarauit non eſſe ſuæ mentis extinguere Tertium Ordinem, nec eorum habitum, & regulam immutare, ſed tantum eos ad Obſeruantiam formare, & eorum exceſſus corrigere, ac proinde monendum eſſe Generalem Obſeruantium, alioſque Superiores ne moleſtia eos vltra ea, quæ ad reformationem pertinent, afficeret, quod etiam probatur ex dicta conſtitutione Sixti §. 3. vbi dicitur, quod Fratres Tertij Ordinis cum dicta ſubiectione ne dum in vinea Domini nihil profecerunt, ſed quin imo varij abuſus circa regulæ Obſeruantiam, & Fratrum tranſgreſſionem, & delinquentium caſtigationem irrepſerunt; eoſque abuſus per extenſum ſpecificat, & probat Pater Bordonus in dicto ſuo tractatu impreſſo fol. 5. verſ. particula demumcum pluribus alijs ſequentibus; itaut ſi nunc poſt tacitam

tot

per tot annos hanc viſitandi prætenſionem iam præſcriptam, & diuturnam inter has Religiones pacem, & tranquillitatem, dum quiſque Superior ſuæ propriæ incubuit Religioni, denuò ſuſcitarentur inter eos iurgia, & contentiones iam extinctæ; procul dubio timendum ſit de illis, & maioribus abuſibus, quam qui tempore Sixti V. irrepſerunt, & qui paulatim deinde ex hac quieſcentia euanuerunt.

111 Cumque Pater Generalis Obſeruantium habeat immenſam molem viſitandi ſuam Religionem per vniuerſum orbem ampliſſime diſſeminatam, vnde non poteſt per tottum tempus ſui Generalatus etiam per ſubſtitutos Commiſſarios huic debito muneri ſatisfacere, non videtur rationi conſentaneum, quod relictis proprijs ouibus, & ſuo gubernio commiſſis, & pro quibus rationem eſt redditurus tranſeat ad viſitandas extraneas, quas non ex obligatione iniuncti muneris, ſed pro libito ſuæ voluntatis illos Pōtifex Sixtus viſitare conceſſit; ne obijciatur eidem Adagium ex Plauto, alienum fundum aras, tuum incultum deſeris, & illud de quo in l. præſes 6. C. de ſeruit. & aqu. alienos agros irrigas, tuis ſitientibus.

Satis igitur ſuperque ſit cuique ſuarum rerum cura; nam alienis nimis implicari moleſtum eſt, vt inquit Cicero in Lælio. Quare, &c.

D. Proſperi Bottinij Aduocati pro Generali Tertiariorum.

EMinentiſſime, & Reuerendiſſime Domine. Ius viſitandi S. Religionem Tertij Ordinis quod prætendit habere P. Generalis Minorum de Obſeruantia deduci non poteſt ex Conſtitutione Pij V. dum per Bullam Sixti V. 28. in ordine fuit penitus, & in totum abrogata.

Ideoque ea omnia, quæ de dicta Conſtitutione, & eiuſdem effectuatione dicuntur, inania, & inefficacia ſunt, & ſtricte quoad dictam Conſtitutionem Sixti diſcutiendum videtur.

112 In hac igitur Summus Pontifex animaduertendo quod Fratres Fratres Tertij Ordinis ſub obedientia Miniſtri Generalis de Obſeruantia nihil in vinea Domini profecerant, eoſdem reſtituit obedientiæ, & independenti ſubordinationi ſui Viſitatoris Generalis, cui pariter reſtituit ſupremam, omnimodam, & liberam au-

ctoritatem, Iuriſdictionem, & Superioritatem prout ante literas Pij ei competebat, eas in totum abrogando præterquam in ea ſolum parte in qua de identitate Protectoris diſponitur, iniungendo obſeruantiam prædictæ diſpoſitionis cum clauſula: *ſublata*, & decreto irritanti.

Et licet in ea poſtmodum ſubiungatur, quod Viſitator Generalis electus teneatur petere confirmationem à Miniſtro Generali obſeruantiæ, qua petita, & non obtenta cenſeatur authoritate apoſtolica confirmatus, & quod dictus Miniſter Generalis poſſit per ſe ipſum vna cum duobus eiuſdem Ordinis dumtaxat ſingulo quadriennio poſt viſitationem à dicto Viſitatore Generali factâ, & non ante, Tertiam Ordinem viſitare.

113 Tamen aduertendum eſt, quòd hoc non legitur in parte diſpoſitiua, quæ eſt abſoluta, & perfecta in diſpoſitione ſupradicta cum clauſula: *ſublata*, & decreto irritanti, ſed legitur in clauſulis derogatorijs, & executiuis, vt videre eſt in §. 5. Vnde non eſt tanti roboris, & efficaciæ, quia in Conſtitutionibus pars diſpoſitiua eſt ea, quæ principaliter attendi ſolet, *Greg. decis.* 522. *n.* 4. *& ibi Add. n.* 21. *Baratt. decis.* 206. *n.* 20.

114 Præterea dum agitur de mero priuilegio conceſſo dicto Generali, per non vſum ſpatio 64. annorum cenſeretur ſublatum, cum tamen ſufficiat non vſus per decennium etiamſi agatur contra perſonam eccleſiaſticam, quicquid eſſet ſi ageretur contra Eccleſiam, quo caſu requireretur quadragenaria, vt late declarat Felin. in cap. cum acceſſiſſent num. 25. & num. 27. verſ. ſed intellige, de Conſtit. & eſt concluſio communiter recepta, quod per non vſum ſpatio decem annorum quodlibet priuilegium amittatur, vt eſt tex. in l. 1. ff. de Nundin. qui id diſponit ad literam, & tradunt omnes DD. ibidem ſequitur *Gozzad. conſ.* 23. *n.* 9. *Cephal. conſ.* 96. *num.* 15. *&* 18. *Socin. Iun. conſ.* 32. *n.* 44. *lib.* 3. vbi loquitur in terminis Conſtitutionis, & in terminis Conſtitutionis Paulinæ *Barratt. conſ.* 55. *n.* 2. *late Suarez de legib. lib.* 8. *cap.* 34. *num.* 2. *& pariter in terminis Conſtitutionis Papæ latiſſime Farinac. fragm. crimin. par.* 2. *verbo lex n.* 1.

Nec obſtat, quod dicitur non poſſe dari de non vſu abſque ſcientia, & patientia Papæ, quando agitur de ipſius Conſtitutione motu proprio facta per viam legis pro bono publico cum clauſula: *ſublata*, & decreto irritanti.

115 Quia ceſſat ſuppoſitum, dum clauſula: *ſublata*, & decretum irritans vt dixi reſpiciunt diſpoſitionem præcedentem, tum attenta ea, nam forma, per quam decernitur irritum, & inane ſi ſecus ſuper his (nempe ſuper quibus Pontifex iam diſpoſuerat) contigerit attentari, id enim non poteſt referri ad viſitationem, de qua non fuerat adhuc loquutus, cum inſpecta proprietate, & natura decreti irritantis, quod refertur ad proximam, & immediatam diſpoſitionem, & non ad alia *Beer. dict.* 119. *n.* 5. *Mart. de clauſ. clauſulam n.* 119. *n.* 2. *part.* 4.

116 Et quod Papa nō fuerit n otus ad conceſſionem huiuſ. iuris pro bono publico, nec pro bono regimine Tertij Ordinis, ſed tantum gratia ipſius Generalis obſeruantium, euidenter apparet, dum circa hoc non proceſſit per uiam confirmationis literarum Pij, prout fecit circa Protectorem, neque hanc diſpoſitionem muniuit clauſula: *ſublata*, & decreto irritanti prout fecit diſpoſitionem particularem, & ulterius uoluit, quam non ſequuta confirmatione prædicta adhuc Viſitator Generalis cenſeatur confirmatus; Vnde cum uerſemur in terminis puri priuilegij eſt indubitabilis concluſio, quod per non uſum etiam ſpatio minoris temporis quam concurrat hic remaneat ſublatum ex ſupra dictis.

117 Vltra quod etiam diſpoſitio facta motu proprio, & cum clauſula: *ſublata* & decreto irritanti eſt apta tolli per non uſum, ſeu per uſum contrarium, ut in terminis conſtitutionis Papæ late diſcuſſo articulo dixit Rota coram Put, deciſ. prima per tot. lib. 1. in correct.

Nec obſtat, quod huiuſmodi ius uiſitandi ſit facultatiuum ex quo ſit conceſſum per uerbum *poſſit*, quod importat facultatem, & in facultatiuis etiam per ſpatium longiſſimi temporis non cadat præſcriptio.

118 Quia concluſio quod in priuilegio facultatiuo non cadat præſcriptio procedit, quando facultas eſt mere, & libere collata in arbitrium priuilegiati, ſecus ſi facultas ſit ſimplex ut in ſpecie diſtinguit Io. Andr. in cap. ut priuilegia in fine uerſ. Vincentius tenet, de priuileg. & ibidem Butr. n. 16. uerſ. Ideo dic, & rationem differentiæ allegat Felin. in cap. cum acceſſiſſent de Conſti. num. 26. limit. 2. nempe, quod dum eſt poſitum in libera facultate pri-

uilegiati an, & quando uelit uti priuilegio, non utendo ſatis di citur vti facultate ſibi conceſſa, quæ eſt vt vtatur, vel non, quando vero eſt ſimpliciter conceſſum priuilegium, nec eſt formaliter conceſſum, vt priuilegiatus vtatur ſi velit, vt in terminis *l. prima ff. de nundin.* tunc ſi non vtatur per decennium, contra priuatum, & per 40. annos contra Eccleſiam, amittit priuilegium, & eandem rationem diuerſitatis approbat Dec. ibidem numero 76.

Alias.n.nonquam haberet locum dict. l. 1.ff.de nundin.nec concluſio, quam exinde communiter DD. deſumunt, quod per non vſum per decennium priuilegia amittantur, dum omne priuilegium eſt facultatiuum, vt ratiocinatur *Abb. in dict. cap. vt priuilegia de priuileg. n.* 4. *verſ. in ea gloſ.* ibi; nam priuilegium conceſſum loco, vt poſſit facere nundinas concedit id, quod eſt meræ facultatis, & tamen currit præſcriptio ſi priuilegiatus non vtitur, vt late hanc diſtinctionem proſequitur *Gabr. de præſcript. concluſ.* 10. *n.* 9. *Cranet. conſ.* 111. *n.* 22. *& de antiquis. temp. parte* 4. *n.* 37. vbi alia ratione id comprobat, nempe quod omnes actiones præſcriptione tolluntur *l. ſicut, & l. omnes C. de præſcript.* 30. *vel* 40. *anno*, & tamen actiones ſunt facultatiuæ cum ſemper ſit in facultate creditoris, an velit agere, vel non, tot. titul. C. vt nemo inuit.

119 Quod autem in caſu iſto facultas ſit conceſſa ſimpliciter, non autem libere deſumitur, non ex verbo *poſſit*, quod importat ſimpliciter facultatem, vt in terminis reſpondens ad ſimile obiectum deſumptum ex eodem verbo *poſſit*, dixit *Rota deciſ.* 396. *num.* 7. *par.* 4. *rec.*

120 Tum quia nulla adſunt verba talem libertatem importantia, prout expreſſe requirunt præfati DD. imo excluditur prorſus hæc libertas ex tot circumſtantijs, & qualitatibus præfixis viſitationi faciendæ, nempe, quod ea fieri deberet per ipſum Generalem, cum duobus ſocijs dumtaxat, ſingulo quadriennio, poſt viſitationem factam à Viſitatore Generali, & non ante, ex quibus redditur adeo limitata hæc facultas, vt nullo pacto poſſit dici mera, & libera, qualis exigitur ad hoc vt ſit impræſcriptibilis ex præallegatis.

121 Non obſtat, quód dicitur non probari non vſum, cum tamen per Patres S. Coſmi probari debeat vti fundamentum eorum intentionis, quia non vſus præſumitur, & ideo is qui allegat vſum debet probare, cum ſit quid facti, vt late tuetur *Burſatt. conſ.* 55. *n.* 20. *verſ. quinimo per allegantem, Soccin. Iun. conſ.* 32. *ſub n.* 7. *lib.* 3. *& Menoch. de præſumpt. lib.* 2. *præſumpt.* 2. *n.* 2. *&* 3. vbi reſpondet, contraria procedere, quando lex, vel Conſtitutio ſemel fuiſſet vſu recepta, & obſeruata, ſecus quando non probatur ſemel obſeruata, & hanc diſtinctionem ſequitur *Cardin. Tuſc. practic. Concluſ. verb. lex concluſ.* 257. *n.* 26. *in fin. & Farinac. fragm. crimin. par.* 2. *verſ. lex n.* 8. *verſ. in hac contrarietate.*

122 Non obſtat, quod Ius, ſeu facultas viſitandi non poſſit præſcribi quocumque temporis ſpatio per tex. in cap. cum ex officij de præſcript.

Quia, vt bene reſpondet Olárad. conſ. 172. n. 5. id procedit, ne contra viſitationem, & obedientiam præſcribatur libertas, ſecus quando ius viſitandi præſcribitur ab alio ſuperiore, qui prætendit ſibi priuatiue quoad alios dictum ius competere, nam tunc bene intrat præſcriptio.

123 Gratis dicitur, Generalem aduerſarium eſſe ſubrogatum in locum Miniſtri Generalis Tertij Ordinis, & ideo tamquam contra caput non poſſe præſcribi, quia, aut id deducitur ex litteris Pij, & cum ſint abrogatæ per litteras Sixti, vt dictum eſt, non merentur allegari, aut deducitur ex dict. literis Sixti, ex quo non fuerit reſtitutum officium Miniſtri Generalis, & ceſſat motiuum dum in eiſdem literis loco Miniſtri Generalis fuit reſtitutum officium Viſitatoris Generalis, prout in regula diſponebatur, eique Viſitatori Generali fuit conceſſa ſuprema, & omnimoda Iuriſdicto, & authoritas abſque vlla dependentia, & ſubordinatione.

124 Quod in Hiſpania, & alijs Prouincijs exerceatur huiuſmodi actus viſitationis, oritur ex eo, quod in dictis Prouincijs Conſtitutio Piana non eſt abrogata, ſed tantummodo in Italia per dictam Conſtitutionem Sixti. Vnde dicti actus non poſſunt præiudicare huic Prouinciæ, quæ vigore dd. literarum conſtituit corpus ſeparatum ab alijs, & proprium Superiorem cui obedire debet, recognoſcit; Concluſio enim, quod vtens priuilegio in vno loco conſeruet pro omnibus, procedit ex vniuerſalitate cauſæ

O 3 quæ

quæ magis attenditur, quam exercitium ipſius actus, ex traditis per Rotam deciſ. 39. n. 9. par. 3. rec. & admittit Seraph. ex alleg. deciſ. 951. n. 2. In caſu autem iſto ceſſat iſta vniuerſalitas cauſæ, dum, vt diximus, ex literis Sixti Prouincia Italiæ fuit exempta à ſubiectione Minorum, & reſtituta ſuo Superiori, vnde etiam viget alia reſponſio ad obiectum nempe quod hæc Prouincia non poteſt dici eiuſdem ſpeciei cum alijs, quæ forſan non repugnant Viſitationi Generalis aduerſarij, quia hæc identitas ſpeciei requiritur ad hoc, vt actum in vno loco conſeruet priuilegium reſpectu aliorum ex eiſdem authoritatibus ex aduerſo allegatis.

Quæ facilius procedunt animaduertendo, quod eo ipſo, quod non fuit vſu recepta, nec acceptata hæc Conſtitutio; non fuit adhuc Generalibus Obſeruantium quæſitum ius, facilius. n. fit interpretatio præſeruatiua libertatis, quam ea per quam inducatur exceptio, dum iam eſt introducta ſeruitus, vt bene ad propoſitum pluribus relatis tradit *Gratiam. cap. 965. n. 4. 5. & 6.*

125 Conſiderando etiam maxima inconuenientia, quæ ex d. Viſitatione oriri poſſent nempe, ſubuerſio iſtius religionis, quæ hodie ſub prudentiſſimo gubernio præſentis Patris Viſitatoris in maxima quiete, & tranquillitate regitur, & nimis vexaretur, ſi duobus Viſitatoribus ſubiaceret, vt poſt Bal. & Angel. dixit *Rota coram Greg. deciſ. 4. n. 8.*

Et demum videtur aduerſarius à ſua petitione reijciendus etiam ex eo, quod agitur de Viſitatione ex præſcripto eiuſdem Conſtitutionis Sixti facienda iuxta regularia inſtituta Tertij Ordinis, quæ non ita de facili poſſunt exacte poſſideri ab alijs, quam ab eiuſdem Ordinis Profeſſoribus. Quare, &c.

D. Herculis Ronconij Aduocati pro Generali Tertiariorum.

REuerendiſs. Pater. Quando glorioſæ, & Sanctæ mem. Sixtus V. in Bulla 28. exemit Fratres Tertij Ordinis de Pænitentia S. Franciſci à Superioritate Miniſtrorum Fratrum Minorum de Obſeruantia conceſſo ſpecialiter iure viſitandi Vicario Generali dicti Ordinis, diſpoſuit, vt dictus Miniſter de Obſeruantia per ſe ipſum dumtaxat vna cum duobus alijs ſui Ordinis Profeſſoribus poſſit ſingulo quadriennio Tertium Ordinem viſitare; licet au-

tem

autem ab inde citrà Miniſtri, qui pro tempore fuerunt, nunquam viſitauerint, tamen nunc modernus Reuerend. Miniſter prætendit hoc ius exercere.

126 Sed eidem obſtare videtur præſcriptio, quia licet libertas à iure Viſitationis præſcribi non poſſit, tamen poteſt alius præſcribere ius viſitandi priuatiue quoad Superiorem, vt eſt textus clarus in c. cum ex officij 16. verſic. nos igitur de præſcript. non ſolum quando præſtabitur à Tertio extraneo, ſed etiam quando præſcribitur ab vno ſubdito, vt bene ibidem notat *Abbas num 6. & Felin. num.* 12. *Baldus de præſcript. in* 1. *parte* 5. *partis q.* 16. *n.* 2. *fol. mihi* 157. *in paruis, Fuſcus de Viſitatio. lib. primo cap. ſecundo n.* 16.

127 Item poteſt præſcribi quando non competit de iure communi ſed ex priuilegio, vt in caſu noſtro, in quo Miniſter Generalis prætendit viſitare Religionem ſeparatam à ſua. Nam facilius præſcribitur id, quod prætenditur de iure ſpeciali, quam quod prætenditur de iure communi, vt in terminis declarat *Zabarell. in Clem.* 1. *n.* 8. *& Imol. n.* 10. *de cenſibus Socin. in tract. de Viſitat. num.* 53. *Felin. in dicto capite cum ex officijs n.* 14.

128 Et quod admittatur præſcript o 40. annorum in terminis Viſitationis prætenſæ à Miniſtro Generali de Obſeruantia aduerſus Fratres Tertij Ordinis firmat *Calderin. conſ.* 13. *ad med. verſ. ſi autem ſunt literæ gratiæ tit. de cenſibus*, & idem in Ordine Obſeruantium contra Generalem Minorum *Berous conſ.* 25. *n.* 10. *lib.* 1.

129 Non obſtat, quod huiuſmodi Priuilegium ſit facultatiuum, & ideo non tollatur præſcriptione. Quia huic obiecto reſpondit Calderinus dicto conſ. 13. in fine Viſitationem eſſe neceſſitatis, quia male faciunt Præfati ad quos ſpectat ſi non aſſiſtunt *gloſſ. in Clem.* 2. *verbo debeant de ſtatu monach. vbi etiam Vitalin. num.* 15. *& ſeu. Imol. n.* 7. *Socin. de Viſitatione n.* 7. *verſ. tertio quero.*

130 Nec releuat verbum, *poſſit*, quia cum de iure communi hæc materia ſit neceſſitatis, verbum, *poſſit*, denotat neceſſitatem, non autem ſimplicem facultatem ſecundum ſubiectam materiam *gloſſ. in l.* 1. *verb. poteſt ff. de iuriſdict. omn. Iudic. vbi etiam Iaſon. n.* 3. *Aretin. in l. Gallus n.* 3. *verſ. & ad materiam ff. de liber. & poſthu. Corſett. ſing.* 211. *Rota deciſ.* 48. *n.* 6. *part.* 2.

131 Vlterius facultatiua dicuntur illa, quæ pendent à ſolo arbitrio Agentis, vti optio, facultas molendi, & ſimilia, ſecus autem, quan-

do requiritur etiam patientia alterius, ut in exactionibus, & ſimilibus, tunc enim materia non eſt facultatiua, & intrat præſcriptio, vt bene diſtinguit *Eugen. conſ. 92. n. 32. & ſeqq. lib. 1.*

Videmus etiam in iure adeundi, in iure percipiendi decimas, in exactione debitorum; & ſimilibus, quę vere ſunt iura pendentia à voluntate creditoris, & tamen, quia eſt ius deducibile in Iudicium, & requirunt patientiam alterius, pręſcribuntur, vti hanc materiam diſtinguunt *Imol. in l. ſi finita n. 68. verſ. ſed tu tene ff. de damno infecto Crauett. conſ. 111. n. 23. Socin. Iun. conſ. 145. n. 40. & ſeqq. lib. 1. Ferett. conſ. 124. n. 5. Gabr. de praſcript. concluſ. 10. n. 8. in 1. limitat. Ceph conſ. 176. n. 49. Franciſc. Becc. conſil. 180. n. 39. & ſequent. Menoch. conſ. 143. n. 29. & 30. & optime in deciſio. 396. n. 6. & 7. partè quarta recentior.*

132 Non obſtat etiam, quod dicitur de his, quę habent tractum ſucceſſiuum, & exercentur per actus ſeparatos, quod pręſcriptio pręiudicet in pręteritia, non in futuris ex *Ciriac. controuer. 57. n. 49. & 62.* Quia fallitur Ciriacus, nam eius doctores loquuntur, quando facit quis actum contrarium Priuilegio, vt non cenſeatur renunciare in futuris, ſed ſi per longum tempus adſit non vſus, vel contrarius vſus, tunc non negant, quod in totum perdatur priuilegium, & eſt propoſitio contra textum clarum *in c. de quarta de praſcript.* vbi agitur de ſolutione quartę decimarum, quę exercetur quolibet anno; & tamen preſcribitur.

133 Pariter non obſtat, id quod dicitur, iure proprio competere hanc facultatem, quia immo hoc habent ex mero priuilegio, cum ante conceſſionem Pij V. non haberent talem facultatem, & vti ſeparatę Religiones adminiſtrabantur à ſuis Officialibus, vt patet ex Calderin. dicto conſ. 13. de Cenſibus, & ideo bene torquetur *Put. deciſ. 369. n. 1. in fin. & ſeqq. lib. 2. obiectum*, quod Priuilegium huiuſmodi concernat fauorem totius Religionis, non ſubſiſtit, quia uerbis claris eſt conceſſum ſolo Miniſtro Generali, & aliud eſt, quod Priuilegium concedatur Religioni, aliud uero ſi aliquibus Officialibus Religionis *Felin. in c. cum acceſſiſſent n. 27. poſt princip. verſ. ſed intellige de conſtit.*

134 Demum non obſtat Priuilegium Centenarię, quia loquuntur Doctores allegati de Priuilegijs conceſſis Religioni, non autem de conceſſis particularibus Officialibus, Ideo non applicatur caſui noſtro. Quare, &c.

Incerti

Incerti Aduocati pro Tertiarijs.

EMinentiſs. & Reuer. Domine. Licet per Bullam Sixti V. reſeruata fuerit facultas Generali Fratrum Minor. de Obſeruantia viſitandi quolibet quadriennio Religionem Tertij Ordinis de Pænitentia, cum tamen ea facultate Generales ſucceſſiue vſi non fuerint per ſpatium annorum 62.

135 Illam ammiſiſſe omnino dicendum eſt, *l. 1. ff. de nund. c. cum acceſſiſſent de Conſtit. Seraph. deciſ.* 1410. *n.* 27. *Rodriquez. qq. Regul. tom. 1. q. 8. art. 3. Mirand. in man. Pralat. tom. 7. q. 42. art. 4. P. LeZana in ſumm. qq. Regul. V. priuilegium Regularium n.* 15. In puncto viſitationis Monaſterij *Laiman. in Theol. Moral. lib. 1. tract. 4 cap.* 23. *n.* 21. & in terminis terminantibus caſus noſtri, & Bullæ Sixti V. *Frater Franciſcus Bordonus Variar. reſolut. Regul. reſolutionis* 26. *n.* 93. *ad fin.*

136 Neque obſtat, quod ſumus in poteſtate facultatiua, cui nunquam præſcribitur *l. Viam publicam ff. de via publica.*

Quia hæc concluſio procedit quando tractatur de his, quæ ſunt mere facultatis, & in ſolo facto conſiſtunt, non autem ſi agatur de facultate, quæ competit per modum iuris, cui poteſt præſcribi, vt declarat *Socin. Iun. conſ.* 145. *n.* 53. *lib.* 1. *Melius omnium Menoch. conſ.* 201. *n.* 62. *lib.* 2. *Barboſ. ad l. cum notiſs. C. de præſcriptionibus n.* 77. *Rot. deciſ.* 11. *n.* 9. *part.* 2. *in recent.*

Minus obſtat, quod ſimus in facultate, quæ poteſt exerceri per actus interpollatos, & diſcretos; Ideo nō potuit non vſus nocere, quoad Viſitationes futuras: Quia hæc concluſio non procedit quotieſcumque lapſus eſt terminus quadragita annorum: Tunc enim non ſolum intrat ammiſſio priuilegij per non vſum, & ſic per tacitam renunciationem quoad præterita, ſed intrat præſcriptio eiuſdem priuilegij, tam quoad præterita, quam quoad futura. *Tex. in c. ſi de terra, & in c. accedentibus de priuileg. in quibus loquitur Pont. de priuilegio ſucceſſiuo, & non momentaneo, nempe de ſolutione Decimarum Ant. Butr. in d. c. cum acceſſiſſet n.* 294. *& ita videtur diſtinguere in d. c. ſi de terra Barboſ. n.* 5. *Grat. conſ.* 61. *num.* 46. *Alex. conſ.* 33. *vol.* 5. *Larea alleg. fiſcal.* 17. *n.* 36.

137 3. Non obſtat, quod non agatur de priuilegio, ſed de præſeruatione Iuriſdictionis, & poteſtatis, quæ alias competebat Miniſtro

Gene-

Generali Fratrum de Obſeruantia; Quia cum Religio Tertij Ordinis de iure non fuerit ſubiecta Generali Fratrum de Obſeruantia, ſed proprio Viſitatori Generali, vt late probat Frater Franciſcus Bordonus in ſuo diſcurſu impreſſo Bononiæ 1644. de antiquitate Religionis Tertij Ordinis; facultas conceſſa eidem Generali per Sixtum V. remanet merum priuilegium *Puth. in alleg. ex aduerſo deciſ. 369. n. 2. lib. 1. in correct.*

138 Quarto non obſtat, quod hoc Priuilegium conceſſum ſit toti Ordini Fratrum Minorum, cui renunciari non poteſt per Generalem; Quia hæc procedunt, quando per ſpatium 40. annorum contra priuilegium non eſt præſcriptum; licet enim non poſſit renunciari priuilegio toti Ordini conceſſo; poteſt tamen Superior permittere, quod labatur tempus neceſſarium ad præſcribendum in præiudicium totius Ordinis, c. ad aures, c. ad illud de præſcript. *Ghileben. de præſcript. pa. 13. n. 33. Tambur. de iure Abbat. tom. 1. diſput. 16. q. 15. n. 4.*

139 Quinto non obſtat, quod ſtante priuilegio Eugenij IV. conceſſo Benedictinis non poſſit præſcribi contra Eccleſiam Regularium, niſi ſpatio centum annorum; quia Generalis Fratrum Min. vti hoc priuilegio non poteſt niſi per viam communicationis, quæ tamen communicatio priuilegiorum Regularium non habet locum quando tractatur de præiudicio Tertij, vt reſoluit *Rot. in Valliſoletana quarta funeralis 19. Aprilis 1606. coram Iuſto, & in Valentina Decimarum 28. Nouembris 1603. coram Cardinali Lancellloto deciſ. 40. part. 4. diuerſ. Canaler. deciſ. 101. n. 3.*

140 Denique non obſtat, quod contra Superiores Obedientiam, vel Viſitationem præſcribi non poſſit; Quia aut tractatur de præſcriptione, quæ omnino extinguit Obedientiam, & Viſitationem, & tunc nullo modo valet, *cap. cum ex officij de præſcript. c. cum nonliceat eod. tit. gloſſ. 2. in c. irrefragabili de Officio Ordinarij, Barboſ. de officio Epiſc. par. 3. alleg. 129. n. 1.*

Aut tractatur de præſcriptione quæ transfert viſitationem in alium, vel alijs cumulatam, vt in caſu noſtro, & tunc valida eſt, & admittenda *d. c. cum ex offic. de præſcript. Barboſ. d. alleg. 129. n. 1. Rot. deciſ. 134. n. 2. part. 1. in recent. Tambur. de iure Abbatiam diſput. 19. q. 3. n. 3. & 4.*

Quare, &c.

Incerti

Incerti Doctores pro Generali Tertiariorum.

QVinque motiuis, quibus probatur vigere facultatem Miniſtri Generalis de Obſeruantia viſitandi Regulares Tertij Ordinis S. Franciſci, ad formam Bullarum Pij V. & Sixti V. reſpondetur.

Primo, quo ſe defendebat ab actiua præſcriptione à Tertiarijs obiecta, ea ratione, quia hæc poteſtas viſitandi Tertiarios, eſt mera facultas id agendi, vt conſtat ex dictione *poſſit* expreſſa in Bulla Sixti, quæ in omnium ſententia importat libertatem ad agendum ex allegatis per Barboſam dict. 268. præſcriptio autem locum non habet in actibus mere facultatis, l. viam ff. de via publ.

41 Reſpondetur, quod ea facultas non eſt mere libertatis excludens præſcriptionem, ſi quidem facultas, quam non inficit præſcriptio, eſt illa, ex qua nulla actio, aut exceptio, neque ius oritur alicui contra alium, quod patet in ſequentibus exemplis hic poſitis, vt ire per viam publicam, hoſpitari Epiſcopum, amicum, militem in domo, quæ & ſimilia ſi ego etiam per mille annos exercerem, non ideo aquirerem ius incedendi ſolum per viam, ſicut neque prædicti præſcriberent contra hoſpitantem, quia iſti actus ſunt mere facultatis, pietatis, & vrbanitatis. Vide *Innoc. in cap. cum Eccleſia, de cauſa poſſeſſ. numero quinto vbi Abbas num.* 19. *Felin. in cap. cum M. de conſtit. num.* 2. *Gabriel. de præſcript. concl.* 10. *n.* 5. conſtat autem facultatem, quam habere prætendit Generalis de Obſeruantia, non eſſe huius generis, cum ex ea oriatur ius, & actio viſitandi, corrigendi, & puniendi ſubditos, viſitatio enim exercetur per actus iuriſdictionales. *cap.* 1. §. *cum autem, de cenſib. cap. conferente, de offic. ordin. Seraph. deciſ.* 475. *n.* 1. confirma ut ad hominem, quia Aduerſarij aſſerunt hanc poteſtatis conceſſionem non eſſe nouam, ſed antiquæ per Bullam Pij V. iam aquiſitæ reſeruationem, & conſeruationem; ſed illa ex Pio V. erat debita, & ex neceſſitate attributa Generali de Obſeruantia, & non a bitraria eidem, ergo non eſt mere facultatis. Hinc patet, verbum *poſſit* accipiendum eſſe in ſenſu neceſſitatis, non libertatis, termini enim intelligendi ſunt iuxta ſubiectam materiam ex vulgatis iuribus. Adde, eſto id eſſet mere facultatiuum adhuc in ijs aquiritur, & præſcribitur poſſeſſio, quando facultas competit

per

per modum iuris, *Socin. iun. tom. 1. conſ. 145. n. 42.* ſed facultas confirmandi, & viſitandi oritur hic ex iure Bullæ Sixti V. vt notum eſt, ergo patet præſcripta poſſeſſio libertatis vt Tertiarij non viſitentur à Generali Minorum de Obſeruantia.

Secundo motiuo, quod conſiſtebat in eo, non vſum præiudicare tantum quo ad actus præteritos, non quo ad futuros, quando facultas exercenda eſt per actus ſucceſſiuos, & diſcretos, quia quo ad futuros res dicitur integra, ac proinde viſitatio preterita omiſſa non habet præiudicare futuris.

142 Reſpondetur primo procedere, ſi nondum ſit completa præſcriptio, & cum in caſu noſtro ſit adæquate completa, præiudicatur Generali de Obſeruant. quo ad futuras viſitationes, reſpectu quarum res non dicitur integra, immo neque cæpta, cum deficiat facultas ſublata ex præſcriptione, cui alias deberet initi integritas, aut incæptio exercitij facultatis. Secundo, allata non faciunt ad rem, quia aliud eſt ſoluiſſe in præteritum decimas, ad quas non tenebatur, extante priuilegio non ſoluendi eas, nam ſolutio facta nocet, non in futurum, quia priuilegio ſe defendere poteſt, quod bene oſtendit *Graff. tom. 2. conſil. 1. de priuileg. n. 4. & 5.* Aliud in caſu noſtro, in quo Gen. M. nullum actum exercuit in præ-
143 teritum, ideo ſicut negligentia illi nocuit in præteritum, ita & in fututum, cum in his negligentia magis præiudicet reſpectu futurorum, quam præteritorum. Nec mirum eſt, negligentiam prædeceſſoris nocere ſucceſſori, quia is ſuccedit non tantum in honore, ſed etiam in onere, cap. Aduerſus 7. de immun. eſt enim ſucceſſor quaſi hæres prædeceſſoris, gl. v. Prædeceſſoris, cap. 1. de ſolut. per iura ibi citata, & cum eo reputatur vna perſona, gloſſ. v. viueret, cap. ſignificauit, de reſcr. ergo negligentia præteritorum Generalium de Obſeruantia iure merito nocuit præſenti.

Tertio motiuo, quod hæc facultas ſit præſeruatio, ſeu reſeruatio poteſtatis alias iure conceſſæ per Pium V. Generali de Obſeruantia, ac proinde cum iſte adhuc ſit immediatus, proprius, & Ordin. Generalis Tertiariorum, contra ipſum non poteſt allegari præſcriptio.

144 Reſpondetur, id omnino falſum eſſe, quia ex Bulla Sixti V. conſtat in omnibus, & per omnia reſtitutum fuiſſe Viſitatorem Generalem

neralem per extinctionem Bullæ Pij V. remanente ſolum communi Protectore, ergo extinctum quoque fuit ius Gener. de Obſeruantia ſuper Tertiarios, vnde Papa Sixtus in fine ſuæ Bullę adiecit nouam conceſſionem valde arctam, & limitatam confirmandi Generalem Tertij Ordinis, & viſitandi Tertiarios, prout in ea legitur, demonſtrando per huiuſmodi cōceſſionem nouam, & nimis limitatam, id feciſſe potius ad reſarciendum eius honorem, quam ad tribuendum nouum ius ſuper Tertiarios. Ex quib. deducitur G.M. non eſſe ſupremum Superiorem, immediatum, &
145 ordinarium Tertiariorum per hanc nouam conceſſionem, immo neq; talem eſſe, aut antea fuiſſe, licet diceremus, hanc conceſſionem eſſe reſeruationem iuris antiqui ſibi conceſſi per Bullam Pij V. quia per hanc Bullam Miniſter Generalis de Obſeruantia non fuit effectus Superior ordinarius, & immediatus Tertiariorum, ſed ſolum ſubrogatus in locum Viſitatoris Generalis tunc
146 extincti, quandocumque enim extinguitur aliquis ſuperior, & alter extraneus in eius locum ſufficitur, ſuffectus non poteſt dici ordinarius, cum non eſt de eodem ordine, neque ex officio proprio illi competit regere alienas oues, ſed tantum proprias. Deinde Sixtus V. reſtituit illum eundem Viſitatorem Generalem,
147 quem primo conceſſerat Nicol. V. Italis in ſua Bulla incip. *Paſtoralis officij*, in qua vocatur à Papa *Viſitator, & Pater Principalis* fol. 34. in Bullario huius Ordinis, & in alia Bulla eiuſdem incip. *Apoſtolicæ Sedis*, vocatur Generalis Miniſter fol. 42. Paulus II. in ſua incip. *Excitat arcanum* fol. 44. nominat Viſitatorem, & Miniſtrum Principalem. Sixtus IV. in ſua incip. *Sedes Apoſtolica* eiſdem nominibus exprimit fol. 46. In Bulla incip. *Ad vberes fructus* Clem. VII. dicitur Viſitator Generalis, & Magiſter Principalis fol. 70. & infra idem Romanus Pontifex fol. 74. tribuit illi omnem poteſtatem, quam habent aliorum Ordinum Generales ibi:
148 *Necnon omnia, & ſingula alia, quæ Generales aliorum Ordinum Mendicantium Prælati exercere, &c.* in Bullis Gregor. XV. de Confraternitate Cordigerorum, & Definitoribus Generalibus nominatur Magiſter, & Miniſter Generalis, quare pro indubitato manet, Viſitatorem Tertij Ord. eſſe proprie Superiorem immediatum, & Ordinarium Tertij Ordinis ſicuti ſunt Generales aliorum Ordinum, retinet autem nomen Viſitatoris, quia ab initio Regu-

læ

149 læ ita vocatus fuit, ſi quidem proprium officium Generalium eſt viſitare ſuos ſubditos.

Quarto motiuo, quo dicitur, viſitationem ſuper Tertiarios conceſſam G. M. eſſe in fauorem religionis, ac proinde non poſſe illi renuntiare.

150 Reſpondetur in neutrius Religionis fauorem eſſe, reſpectu Tertiariorum, teſte Sixto V. quo in ſua Bulla hæc habet. *Fratres Tertij Ordinis ſub obedientia Miniſtri Generalis, & Prouincialium Fratrum de Obſeruantia prædictorum manentes nihil in vinea Domini profecerunt, immo in eodem Tertio Ordine varij abuſus, tam circa Regulæ Obſeruantiam, quam etiam Fratrum dictæ Regulæ tranſgreſſorum, & alias delinquentium caſtigationem irrepſerunt.* Præterea valde odioſum eſt Religioſum eſſe ſubiectum duobus Superioribus diuerſorum ordinum, reſpectu Obſeruantium, quia dum viſitat Tertium Ordinem abeſt à cura ſuorum, quibus tamen magis præeſſe deberet verbo, & exemplo, cum illius ſint propriæ oues.

151 Immo huiuſmodi conceſſio videtur eſſe aperte contra iura, ac proinde ſubreptitia, tum quia vnus vix vnum poteſt adimplere officium cap. quia 3. de cler. non reſid. Tum, quia, qui ad vtrumque feſtinat, neutrum bene peragit, cap. Presbiteros 18. q. 1. Tum, quia prælatus duabus Eccleſijs debitam prouiſionem impendere non poteſt, cap. quia in tantum 5. de præbend. Tum quia videretur ſequi Gen. M. reſpectu ſuarum ouium eſſe magis Mercenarium, quam Paſtorem, reſpectu vero alienarum eſſe magis Paſtorem, quam Mercenarium, ſi quidem Tertiarios per ſeipſum tantum, & ſuos Fratres per tertium viſitare poteſt, immo eſt moraliter impoſſibile, quod poſſit per ſeipſum viſitare ſuos, hoc ipſo, quod Tertiarios per alios viſitare vix poteſt.

Quinto motiuo, quod priuilegia non perdantur niſi per centenariam præſcriptionem ex priuilegio Benedictin. quod non verificatur in caſu præſenti.

152 Reſpondetur primo illud eſſe priuilegium ſpecialiſſimum S. Pauli extra Vrbem ob ſpecialitates in Bulla expreſſas, ideo non eſt communicabile niſi per ſpecialem Bullam, vnde cum in eo tota Religio S. Benedicti non communicaret, neceſſe fuit petere eius extenſionem per totum Ordinem mediante Bulla 15. Pauli III. in B. N. ſecundo illud Benedict. fuit locale, hoc G. M. perſona-

le.

le.Tertio illud fuit circa res, & bona Monaſterij S. Pauli, hoc de conceſſione fuit vnius perſonæ circa viſitationem tantum. Demum hoc motiuum pugnat cum præcedentibus, in eo, quod dictum fuit per Aduerſarios, præſcriptionem non intrare in hac facultate, ergo G.M. non poteſt ſe tueri centenaria præſcriptione. Adde, quod in his ſtandum eſt iuri communi. Quare, &c.

Incerti Doctores pro Generali Tertiariorum.

EMinentiſſimi Domini. Vt appareat quam inane fundamentum habeat prætenſio Miniſtri Generalis de obſeruant. Iuris viſitandi Religionem Tertij Ordinis in Italia, & quam debiles ſint reſponſiones,& euaſiones noſtris obiectis ex adu.replicatæ, Sup-
153 ponendum eſt, S. me. Sixti V. in Bulla incip. *Romani Pontificis*, Bullam Pij V. incip. *Ea eſt officij*, qua Religionem Tertij Ordinis abolitis Superioribus, & Miniſtris Generali, & Prouincialibus de obſeruant. Subiecerat in omnibus, & per omnia reuocaſſe, & penitus annullaſſe reducendo dictam Religionem in priſtinum, & in eum in quo antequam prædictæ literę emanaſſent, erant ſtatum cum clauſula non obſtantibus, & derogatorijs ampliſſimis adiecta reſeruatione communis Protectoris ibi (illius quoad Protectoris deputationem integris permanentibus, abſq; tamen vlla reſeruat. in fauorem Miniſtri Generalis, cuius cum in narratiua,& diſpoſitiua bis ſolum mentionem feciſſet, primo cum dicit, quod Fratres Tertij Ordinis nihil profecerunt in vinea Domini ſub obedientia Minorum de Obſeruantia, deinde conceſſo Generali ex proprijs, addit, ipſos per Miniſtrum Generalem, ac alios Fratres de Obſeruantia nequaquam valeant impediri, quo minus ad electionem prædictam procedere valeant. Ad calcem conſtitutionis,& poſt ampliſſimas derogationes, & clauſulas irritantes per nouum,& diſtinctum Caput. quod eſt §.5. diſponit in eius fauorem per hæc verba: Volumus autem quod dictus Viſitator eligendus infra duos menſes à die ſuæ electionis computandos confirmationem electionis huiuſmodi à Miniſtro Generali de Obſeruantia petere omnino teneatur. Qua petita, & non obtenta vel denegata idem Viſitator T. O. apoſtolica auctoritate confirmatus cenſeatur: Quodque dictus Miniſter de Obſeruantia per

ipſum

ipſum dumtaxat vna cum duobus alijs ſui ordinis Profeſſoribus poſſit ſing. quadriennio poſt viſitationem à Viſitatore Tertij Ordinis huiuſmodi factam, & non ante Tertium Ordinem ac Fratres, domos, loca, res, & bona præfata viſitare, eaque tam in capite, quam in membris prout opportunum fuerit iuxta regularia Inſtituta dicti Tertij Ordinis corrigere, & moderare.

154 Ex quibus primo reijcitur aduerſariorum prætenſio dicentium, M. G. de Obſeruantia poſt Bullam prædictam manſiſſe adhuc, & manere Miniſtrum dicti Ordinis, propterea, quod ei conceditur prędicta facultas, & de corpore eiuſdem Ordinis Tertij non exprimitur eligi debere Miniſter, ſed tantummodo Viſitator. Nam quod attinet ad poteſtatem, poteſtas Miniſtri, ſeu ſupremi prælati cuiuſuis Religionis debet ſecundum Doctores eſſe ordinaria, delegabilis, abſoluta, & vt actus reducibilis in eo extra viſitationem inſtar Epiſcopalis, & Archiepiſcopalis; talis autem poteſtas erga Tertium Ordinem non eſt in Miniſtro de Obſeruantia, quia illi ſolum conceditur facultas confirmandi, & viſitandi per ſeipſum dumtaxat cum alijs limitationibus ſupradictis, ſed eſt procul dubio in Viſitatore eiuſdem Ordinis à Pontifice reſtituto his verbis: Decernentes Viſitatorem ſic electum omnimodam poteſtatem, auctoritatem, iuriſdictionem, & ſuperioritatem in omnes, & ſingulos dicti Tertij Ordinis Fratres, Miniſtros, & Officiales per vniuerſam Italiam exiſtentes, eorumq; domos, & loca, res, & bona habere: necnon Fratres, Miniſtros, ac officiales Tertij Ordinis huiuſmodi ei ſic electo tamquam vero ſuperiori morem gerere, eiuſque mandatis ſalubribus omni tempore obedire teneri.

155 De nomine vero, poſito, quod Pontifex Miniſtri poteſtatem ei tribuerit, parum curandum eſſe, Rota deciſ. 618. n. 10. per Gratian. diſcept. 21. n. 6. & 22. quia vbi mens eſt certa, de verbis non curatur l. 3. C. de liber. poſt li l. Non aliter, de legat. 3. ſed adhuc addimus Miniſtrum reſtitutum Fratribus Tertiarijs iuxta eorum inſtituta regularia rationabiliter à Pontifice nuncupatum Viſitatorem eſſe, quia ſecundum regularia inſtituta dicti Ordinis idem ſupremus Prælatus modo Miniſtri, modo Viſitatoris, modo vtroque nomine appellatur, vt videre, eſt in Regula cap. 1. n. 3. 13. & 15. & alibi ſæpe. Quare cum Pius in ſuppreſſione munus Miniſtri Viſitatoris, & Vicarij Generalis extinxit, non plura, ſed vnum

tantum

tantum extinxit Officium Addimus 2. dictum Viſitatorem tacite à Pontifice vocari Miniſtrum ex verbis ſequentibus, dum concedit, quod Fratres Tertij Ordinis eligere poſſint Viſitatorem Generalem, & alios Miniſtros, nam particula *alios* eſt copulatiua omnino ſimilium *gl. in l. ſi fugitiui vt alia C. de ſeruis fug. Iaſon in l. Cum qui n. c. ff. de iur. om. iud. Addimus* 3. quod ſi officium Miniſtri Generalis Tertij Ordinis eſſet diſtinctum ab officio Viſitatoris, ei non veniret conceſſum nomine Viſitatoris, ſatis conceſſum eſſet verbis Generalibus ſequentibus. Et alios Miniſtros & officiales non tamen Commiſſarium Generalem, eiſdem modo, & forma, quibus antequam literæ prædictæ emanaſſent, conſueuerant eligere præſertim appoſita exceptione Commiſſarij ex vulgari regula, quod exceptio firmat regulam in non exceptis.

Sed non eſt, cur calamum in re tam manifeſta diutius fatigemus, cum ex aduerſariorum ſententia præmiſiſſet Pontifex illa verba. Ipſos Fratres Tertij Ordinis aduerſus literas dicti prædeceſſoris, illis, quo ad Protectoris deputationem integris permanentibus, in priſtinum, & eum, in quo antequam ipſæ literæ emanaſſent, erant ſtatum reſtituentes, & plenarie reintegrantes, cum eos non ſolum ſub communi Protectore ſed etiam ſub communi Miniſtro, & in eodem capitis diminutione relinquentes. Hoc ergo omiſſo.

Conſtat etiam ex ſuppoſitis quod cum Sixtus Bullam Pij V. reuocarit, & Fratres Tertij Ordinis in priſtinum, & eum in quo antequam dictæ literæ emanaſſent, erant ſtatum reſtituit, & plenarie reintegrauit, M. G. de Obſeru. ex vi dictæ Bullæ Pij nihil amplius aduerſus Religionem Tertij Ordinis prætendere poteſt, ſed tota eius prætenſio vnice fundatur in illa paragrapho Bullæ Sixti. Volumus autem, in qua facultas confirmandi, & viſitandi per nouam diſpoſitionem, & non per modum reſeruationis poteſtatis ex Bulla Pij conceditur, vt patet tum ex tenore verborum, tum ex loco Bullæ, in quo collocatur; tum denique quia ſi voluiſſet reſeruare aliquam facultatem M. competentem ex Bulla Pij, id feciſſet in reuocatione dictæ Bullæ, vbi reſeruauit deputationem Protectoris, excipiendo diſtincte, vel citando reſeruationem ad fauorem dicti N. inferius faciendam.

P Iam

Iam vero nec in præfata paragrapho intentionem M. de Obſeru. bene fundari, clare hic oſtendendum eſt non ſolum ex non vſu, vt hactenus factum eſt, ſed ex quadruplici motiuo adæquato, quorum quodlibet de ſe ſufficiens foret.

157 Primum Motiuum eſt ex impoſſibilitate vſus, & exercitij iuriſdictionis viſitandi prout in Bulla Sixti conceditur M. de Obſeruantia, nam de eo, quod verificari non poteſt, fruſtra contenditur, l. Succeſsores, vbi Salicetus C. ad legem Falcid. certe enim ex vulgatis iuribus rei impoſſibilis nulla eſt conceſſio præſertim ſi impoſſibilitas ſit moralis, & iuris, vt cum res impoſſibilis dicitur, quia res fieri non poteſt ſine peccato, inconuenientijs, & abſurditatibus, *l. Filius familias ff. de cond. inſtit. cap. Faciat homo* 22. 9. 2. in quo caſu etiam ſi Pontifex vellet non eſset ei obediendum, quia excederet ſpheram ſuæ potentiæ, Abb. in cap. ſignificauit n. 3. de Off. Ordin. An autem aliquid fieri poſſit ſine peccato vel ne? cum quid facti ſit, vt in caſu noſtro, Papa cum præſumitur ſcire.

Non poſt autem dictam viſitationem prout præſcribitur fieri à M. Obſeru. primo ſine peccato ſuo, patet ex modo à Pontifice adiecto, per ſemetipſum duntaxat, nam cum eius officium duret ſolum ſexennio, & hoc non ſit ſufficiens ad viſitandam totam ſuam vaſtiſſimam Religionem per totum orbem diffuſam, vt conſtat ex praxi, qua plures Prouincias ſolet per delegatos, & Commiſsarios, vtique pro viſitanda Religione T. O. opporteret maiori ex parte propriam derelinquere, & viſitare per delegatos; eſt autem peccatum relinquere proprias oues, quibus perſonalem curam habet de iure diuino ex *Concil. Tolet.* 4. *cap.* 35. *Trident. ſeſſ.* 24. *c.* 3. & de quibus rigeroſam rationem redditurus eſt, vt viſitet alienas, quæ ſua viſitatione non indigent, & quæ alienæ ſunt commiſſæ, ſibi ſolum permiſsæ ſunt, ſub intellecta tamen de iure diuino neceſsaria clauſula: Dummodo per hoc debitæ ſuarum ouium viſitationi non præiudicetur.

Et hoc fortaſse fuit motiuum per functis Miniſtris hanc prouinciam non aſsumendi, ne ſcilicet illis obijceretur illud Terentij in Heautont. Tantumne eſt ab re tua otij tibi, aliena vt cures, eaq; nihil quæ ad te attinent. Et multo maiorem vim habet modernis temporibus, quando eadem Religio occaſione Congregationum reformatorum multo amplior facta eſt, vnde cum modernus M.

ſuis prædeceſsoribus in ſua religione occupatior, velit poſse efficere, quod illi ſe non poſse, arbitrati ſunt, verificat dictum Senecæ Trag. 4. quod non poteſt, vult poſse, qui nimium poteſt.

158 Multo autem impoſsibilior, & ſcandaloſum ex parte vtriuſque. Prælati, & Religionis fæcundior redditur vſus talis viſitationis ex alia conditione, & circumſtantia adiecta nempe, ſingulo quadriennio poſt viſitationem Viſitatoris Tertij Ordinis, & non ante. Hæ enim particulæ, ſuppoſito ſtilo Religionis T. O. & Religionis Obſeru. omnino repugnant inter ſe; id quod vt apparet ſupplicatur obſeruari primo, quod Viſitator T.O. totam Italiam, & Inſulas viſitat ſingulo triennio, quo eius officium ex vi Bullæ durare debet; M. vero de Obſeru. maiori ex parte ſui ſexennij reſidet in Hiſpania. Vnde cum ius viſitandi T.O. in M. limitatum ſit ad ſingula quadriennia, & poſt viſitationem Viſitatoris, quam raro contingere, vt M. reperiretur in Italia ex tempore, quo quadriennium completum eſset, & Viſitator ſuam viſitationem abſoluiſset.

Deinde, ſi ex vna parte multiplicentur triennia viſitationis Viſitatoris, & ex alia, quadriennia, quibus recurrentibus viſitare poſset M. pater, non poſse, propter exceſsum vnius ad alterum ita inuicem reſpondere, vt frequens litium, & diſcordiarum cauſa inter iſtos Prælatos viſitari poſſit, quod in praxi ſic oſtenditur.

Prima Viſitatio Viſitatoris Tertij Ordinis poſt Conſtitutionem cœpit ipſo anno 1586. v. g. & deſijt anno 1589. prima Viſitatio Miniſtri debuiſset incipere anno 1598. quo incæpit 2. Viſitatoris, & ſic ſimul viſitare cæpiſsent. Idemque contigiſset in 4. Viſitatione Miniſtri, & ſexta Viſitatoris, quæ ambæ incipere debuiſsent anno 1602. & alias ſæp. Rurſus 2. Miniſtri debuiſset incipere anno 1594. in medio Viſitationis tertiæ Viſitatoris quæ cœpit anno 1593. deſijt anno 1595. Idem que contigiſset in 5. Miniſtri, & ſeptima Viſitatoris quam illa anno 1606. hæc anno 1605. incæpit deſitura anno 1607. & alias ſæpiſsime, in quibus proinde caſibus ortum fuiſset dubium an Miniſter potuiſset viſitare, nam ipſe affirmaſset, quia tunc ratione præcedentis Viſitationis Viſitatoris diceret, poſt & non ante viſitationem Viſitatoris. Hic autem negaret quia non eſset poſt, ſed ante Viſitationem actualem ſeu in ipſius medietate, & ſic deinceps. Item ſæpe contingeret, vt ante

vnam viſitationem Miniſtri duplex Viſitatoris Viſitatio præceſſiſſet, vt in 3. quæ contigiſſet anno 1598. antequam, & poſt annum 1594. quo contigiſſet 2. Viſitator perfecit Viſitationem 3. quæ cæpit anno 1593. & 4. quæ cæpit anno 1596. In quibus caſibus Miniſter potuiſſet prætendere reſarcitionem & viſitare quandocumque illi commodum accideret, allegando ſe non dum viſitaſſe poſt talem vel talem Viſitationem Viſitatoris. Et ſic numquam haberet locum part. taxatiua Pontificis poſt Viſitationem Viſitatoris, & non ante, quia quæ eſſet ante ſequentem, ſemper eſſet poſt aliquam præcedentem. Et quod etiam ſi cum Miniſter reperitur Romæ. Viſitator, viſitare cæperit in Sicilia, & quid ſi concurrant, & velint eodem tempore viſitare eamdem Domum ſub prætextibus retroſcriptis, quod Miniſter diceret tunc dici debere poſt, & Viſitator ante viſitationem? Certe hæ eſſent perplexitates inextricabiles reddentes executionem præſentis Iuriſditionis Phiſicè impoſſibilem, atque adeo nullam concedere voluiſſet hanc impoſſibilitatem, & abſurda conſequentia, quæ in facto conſiſterent ignorans, quod fuit primum motiuum. Sed quia Papa videtur appoſite eas conditiones adhibuiſſe quia reuera noluit, talem iuriſditionem exerceri.

Secundum motiuum eſt ex defectu conceſſionis Mentalis, & intentionis Pontificis, qui eam poteſtatem conceſſiſſe videtur ad oculos, vt aiunt, potius, quam ad veſicam, vt nimirum ſepeliret ſinagogam cum honore, minime vero, vt vnquam exerceretur, ſicuti enim Deus aliquando ſignificauit, ſe aliquid velle, quod reuera nolebat, vt cum præcepit Abrahæ imolationem filij, quam nolebat contingere, intendens eo præcepto obedientiam Abrahæ; item cum Niniuitis per Ionam ſignificauit, ſe velle eorum vrbem ſubuertere, quam tamen ſubuertere nolebat, ſed ſolum Niniuitas ad pænitentiam conuertere, & in ſimilibus, vt dicunt communiter *Theologi cum Scoto in 2. diſt. 37. in reſp. ad primum. Faber in primum diſp. 58. n. 59.* ita Pontifex in caſu noſtro potuit illam facultatem concedere non ad exercitium, ſed ad honorem. Nam cum tota illa conſtitutio verſaretur in amouenda à Miniſtris obſeruātiæ poteſtate in Tertium Ordinem, ex quo non leuis illi Ordini famę diminutio contingebat, argum. *l. aut damnū ff. de epiſ. & cler. & l.*

& l. ſi ſenerior C. eod. & ex iur. can. cum te, de ſent. & re iud. & ibi Abb. n. 10. & alij, apud Leon. in prax. peniten par. 1. cap. 33. §. Secundo diſpoſitio præſertium allegata cauſa orta ex malo regimine, ibi quod Fratres Tertij Ordinis huiuſmodi ſub obedientia Miniſtri Generalis, & Prouincialium de Obſeruantia prædictorum manentes, nihil in vinea domini profecerunt, veriſimilimum eſt PP. Ordinis de Obſeruantia inſtetiſſe pro reparatione reputationis proprij Ordinis, & Pontificem, qui eiuſdem Religionis profeſſor olim extiterat, ad eorum inſtantiam prædictam paragraphũ Conſtitutioni adieciſſe, quæ verbis quidem poteſtatem preferret, re autem vera nunquam exercendam; ſcilicet non vt Miniſter de Obſeruantia ſe in in Religione Tertij Ordinis amplius intromittere, ſed vt reputationi ſuæ religionis quoquo pacto conſultum foret.

Id quod colligitur primo ex adiectione conditionum reddentium impoſſibile exercitium talis poteſtatis, vt ſupradictũ eſt, nam adiectio conditionis impoſſibilis arguit defectum intentionis, vt dicit *textus in l. cum heres, §. 2. ff. de ſtat. liber.* Vnde vitiat omnem contractum *l. non ſolum, ff. de act. & oblig. & §. ſi impoſſibilis Inſtit. de inutil. ſtipul. & legatum libertatis l. cum heres quod eſt fauorabile, & pium. l. in teſtamento ff. de fideicom. libert. Tiraquell. de priuil. piæ cauſa in præf. verſ. Item legatum libertatis.* Quanto magis vitiabit conceſſionem contra libertatem, & multis nominibus odioſam, vt probabitur infra.

159 Colligitur ſecundo ex conditione adiecta conceſſioni confirmandi, quæ eſt huiuſmodi, qua confirmatione petita, non obtenta idem Viſitator auct. Apoſt. confirmatus cenſeatur. Ex ea enim manifeſte colligitur Pontificem non voluiſſe concedere Miniſtro Obſeruantiæ niſi honorem, quod etiam dicendum circa facultatem viſitandi propter ſtrictiorem limitationem, & modum impoſſibilem adiectum de quo infra.

160 Colligitur tertio ex motiuo, & fine totius Conſtitut. nam omnis diſpoſitio regulari debet ex fine, *Angel. conſ. 248. n. 3. Abb. conſ. 3. verſ. ad 23. q. lib. 2. Burr. conſ. 51. n. 5 verſ. item hoc declarat, Bald. conſ. 312. n. 2. verſ. 3. vt cauſa lib 4. Becar. conſ. 254. n. 4. Roman. conſ. 503. n. 7. & ſeq. Tuſc. litera C. concluſ. 136.* finis enim mouet agentem ad operandum ad menſuram motionis illius *cap. fin. de*

 præben.

præben. & l. in laqueum ff. de acquirendo rerum dominio, cum ergo finis præſentis conſtitutionis fuerit conſulere malis, quæ in ſpiritualibus,& temporalibus Religio Tert j Ordinis ſub Regimine Miniſtri de Obſeruantia paſſa erat,& alijs,quæ occurrere poſſent: non potuit Pontifex iterum eam eidem iuriſdictioni ex intentione ſubijcere, quia hoc fuiſſet tendere contra finem ſibi præfixum aduerſus *leg. legata inutiliter ff. de adimendo legato, & tradita per Socin conſ.38.volum.1.Menoch.conſ.151.num.30.& Octau.Glorit. reſponſo 1.par. 3.n.39.* Imo arguere intentionem contrariam ei quam præmiſit, cum tamen omnis interpretatio adhibenda ſit, vt vitetur contradictio *cap. inter dilectos §.cæterum de fide inſtrum.& abſurditas l.de pupill.§.ſi quis forte de nou. oper.nunciat.l.penult.ad exhiben.* & eſſet intentio contraria vtilitati (præſertim ſpirituali) ſubditorum quæ in Principe non præſumitur *l. imperialis C. de nupt.& auth. quomodo oporteat init.* multo minus in ſummo Pontifice.

Colligitur quarto ex inobſeruantia ſubſecuta, nam ſicuti ſequens obſeruantia eſt optima interpres priuilegij,aut legis *c.cū veniſſent de conſtit.c. dilectus de conſuetud. l. ſed Iulianus §. porro ſi acceperit verſ.ſed,& ſi ff.ad Senat.Conſul.Macedō.l.ſi de interpret. ff. de legat. & tradunt Ruin.conſ.38.n.6.lib.1.Pariſ.conſ.22.n.24.lib.1.Caſtill. lib.6.controuerſ.cap.93.§. 7. multas afferens Rot. deciſ.* ita per bonam conſequentiam nulla obſeruantia priuilegij ſubſecuta arguit nullam conceſſionem, quia nemo præſumitur ſui iuris negligens argumento l.ſi defunctus *C. de arbitrio tutel. inacta l. cum de indebito ff.de probat. Rota deciſ. 3.in tit.de conceſs.præben. in nouiſ.apud Menoch lib.6.de præſumpt præſumpt.77 n. 3.* Probata ergo contraria intentione Pontificis, euidenter corruit prætenſio M. de Obſeruant. Verum dato, quod dicta prætenſa iuriſdictio verbis, & mente conceſſa eſſet arguimus contra illam ex tertiò motiuo.

161 Tertium motiuum eſt ex ceſſatione priuilegij,& facultatis conceſſæ per non vſum 64.annorum.Nullus enim Miniſter de Obſeruantia poſt conſtitutionem Sixti V. Tertium Ordinem viſitauit, ne ille quidem, qui tempore conſtitutionis editæ gubernabat id quod ab Aduerſarijs fruſtra modo negatur cum in prima eorum informatione D. Laurentij della Roſa ſupponatur, vt certum his verbis.Supponitur in facto, quod Miniſtri Generales probati Ordinis

dinis Obſeruantiæ anteactis temporibus dicta facultate viſitandi Ordinem Tertium nunquam vſi fuerint. Quæ quidem confeſſio in informationibus conuincit confitentem argumento à confeſſione facta in precibus Principi porrectis de qua *Caputaq. deciſ. 220. n. 3. & 4. par. 2. Pedement. deciſ. 238. n. 3. & Mancin de confeſſ. cap. 2. n. 10.* aſſerens plene probare, & ſecluſa confeſſione ad Miniſtrum pertineret probare vſum illius iuriſdictionis intra tempus præſcriptionis ſtante, quod Tertius Ordo ſtat in quaſi poſſeſſione ſuæ libertatis, vt conſtat ex noua inſtantia, & petitione dicti Miniſtri, & facile probari poteſt intra quatuor, vel ſex annos ab illo viſitatum non fuiſſe, poſſeſſio autem transfert onus probandi in Aduerſarium argumento *l. circa de probat. & ſcribunt Rip. in c. ſepe de reſtit. ſpoliat. & Menoch. de arbitr. iudic. lib. 2. cap. 191. n. 4.*

162 Nec admittenda foret ex aduerſo teſtificatio aliquorum Fratrum de Obſeruantia, tum quia cum Viſitatio fiat in ſcriptis, & acta ſeruentur in Archiuijs, vt per *Panin. de viſit. part. 2. q. 4. n. 24. Vnde intrat deciſ. Rotæ 143. n. 2. & 252. n. 1. part. 3. recent.* quod non admittitur probatio per teſtes, quæ debet, & poteſt fieri per ſcripturas, tum quia ſunt pars intereſſata, vt aduerſarij dicunt de Patre Bordono, vel enim hoc priuilegium concerneret beneficium totius Religionis, vt ipſi dicunt, & hic eſſet etiam ipſorum, & in re propria nemo teſtimonium dicere poteſt *cap. in ſuper. C. de teſtib. 4. q. 5. c. 1. & 2. l. ſi plures ff. de pact. l. nullus ff. de teſtib.* Vel concerneret beneficium ſolius Generalis, quod eſt verius, & tunc intrat regula, quod domeſtici, & familiares à teſtimonio repelluntur *l. 2. C. de teſtib. l. fin C. de his qui ad eccleſ. confug. l. reſpiciendum §. facta C. neque eſt, & extra de teſtibus c. cum in literis*, præſertim quibus producens imperare poteſt ratione Patriæ, vel dominicæ poteſtatis, vel obedientiæ, vel iuriſdictionis *l. in lege in gloſſ. ſiue liberi ff. de teſtib 3. q. 5. §. Accuſatores*, qui tituli in perſonam Miniſtri Generalis reſpectu Fratrum ſuorum concurrunt.

163 Conſiderandum autem eſt hic, quod cum priuilegium per non vſum duobus modis amitti poſſit nempe per viam præſcriptionis vim habentis ex l. aliqua inuito priore domino, & poſſeſſore, & per viam tacitæ renuntiationis ex voluntate poſſidentis quos duos modos diſtinguit gloſ. in cap. vlt. 16. q. 4. ſignificans longius tempus requiri ad priorem, quam ad poſteriorem amiſſionem,

quia volenti non fit iniuria in in caſu noſtro non habet locum Prior ad quem tamen ſufficerent etiam contra Eccleſiaſticam 40. anni, vel ex priuilegio regularium ad ſummum 60. etiam contra non pariter priuilegiatum *ex Rodriquez. q. reg. tom. 1. q. 9. art 2.* Sed poſterior nempe per tacitam renunciationem eorundem Miniſtrorum, ad quod requiritur, ad ſummum decennium *iuxta l. 1. ff. de nundinis, & allegata in prioribus*, & renuntiationem iuriſdictionis, quam Miniſtri neglexerũt aquirere. Vnde intrat Axioma, quod facilius amittitur ius acquirendum quam acquiſitum *l. fin. C. de acquir. poſſ. & DD. in l. ſeruus ff. de pact. Surd conſ. 351. num. 38.*

164 Accedunt multa quibus iuriſdictio à Miniſtro Obſeruant. prætenſa redderetur facilius præſcriptibilis. Nam *primo* eſſet iuris acquirendi, non acquiſiti, vt mox dictum eſt. *ſecundo* eſſet ius ſpeciale, quod facilius tollitur, quam commune l. eius §. 1. de militari teſtamento. *Tertio* eſſet odioſa primo ipſi Religioni Tertij Ordinis limitans conſtitutionem ei fauorabilem, & reſtitutiuam iuris communis, vnde, vt de iuriſdictione conceſſa Epiſcopis contra regulares exemptos loquuntur *DD. quos refert Paſqualig. q. 135.* quæ tamen reducit ad priſtinum ſtatum, ob quod deberet potius cenſeri fauorabilis iuxta *gloſ. in cap. ſtatutum v. numerandum de praben. in 6.* iuriſdictio autem de qua loquimur derogat iuri communi quod. Religio Tertij Ordinis ante conſtitutionem Pij V. ſe ipſa abſolute, & omnino independenter ab alia gubernabatur, vt faciunt non ſolum omnes aliæ Religiones indiſtincte, ſed etiam multa membra eiuſdem Religionis, vt Congregationes Benedictinorum, ipſi Fratres Minores in tria agmina diuiſi Obſeruantium Conuentualium, & Capuccinorum abſq; dependentia vnius ab alio Congregatio item Fratrum Heremitarum Diui Auguſtini Longobarda, & aliæ, ex quibus nouiſſime hanc independentiam impetrauit Congregatio Reformatorum Diſcalciatorum, &c. intrat regula *cap. ab exordio dist. 35. l. ſi vnus §. pactus ff. de pactis*, quod facile res reducitur ad ſuam naturam, & ius, quod ante habebat. Odioſa ſecundo ipſimet Ordini de Obſeruantia, à cuius neceſſaria Viſitatione, & gubernatione proprium paſtorem diſtraheret ad oues non proprias. Denique eſſet odioſa etiam Summo Pontifici, qui in hoc caſu iuriſdictionem

hanc

hanc præſcriberet, & cuius intereſt ſuos ſubditos alium non recognoſcere, vt tradit *Rota in Vlyſſiponen. mon. 19. Nouembr. 1625. coram Coccino, & Gannauen. mon. 29. Aprilis 1631. coram Panzirolo.*

Ex quibus omnibus patet prætenſam iuriſdictionem Miniſtri Generalis de Obſeruantia 64. annis non exercitam per non vſum breuiſſimi temporis ceſſare potuiſſe, & confirmatur ex doctrina *Felin. in cap. licet vndiq; de offic. delegat. n. 1. verb. 1. caſu Silue ſter v. gratia q. 2. vbi citat Io. Andream, & Antonium in cap. extra de fil. Presbiterorum*, quod priuilegium expreſſa morte concedentis re integra quam ſaltim procedere in priuilegio, quo committitur iuriſdictio contentioſa, quod certum ſupponit Suar. delegat. lib. 8. cap. 31. n. 5.

165 Nec iuuat effugium aduerſariorum primum, quod Religio Tertij Ordinis ſit, & fuerit in mala fide tanquam ſuppoſita huic iuriſdictioni in eadem Bulla, per quam reſtituta fuit in priſtinum, quia mala fides obſtat præſcriptioni per vſucaptionem, non per renunciationem, vel non acceptationem prioris Domini, cum volenti non fiat iniuria, quo pacto bene hæres præſcribit contra legatarium non petentem etiamſi in eodem teſtamento ſit inſtitutus, vt ex infinitis tradit *Boer. conſ. 48. n. 4. cum alijs per Pacific. de Saluiano. interd. inſpect. 2. cap. 2. n. 297.*

166 Non iuuat ſecundum, quod d. facultas eſſet conceſſa per modum legis vniuerſalis in bonum Religionis Tertij Ordinis, primo, quia imo eſſet conceſſa per priuilegium odioſum vtrique Religioni, & ipſi ſummo Pontifici, vt dictum eſt; ſecundo, quia conſtitutio ædita in fauorem vnius Religionis nunquam cenſetur lex generalis *Rot deciſ. 666. n. 5. verſ. leges autem generales par. 1. recent.*

Tertio, quia conſtitutio, in qua conceditur, facultas Tertio Ordini eſt odioſa Miniſtro, & Prælatis de Obſeruant. quare titulus deſumptus, ex eo, quod illa lex eſt conſtitutio Generalis facere debet pro Tertio Ordine contra Min. de Obſeru. & non è contra, deniq; *ex Ariſt. 2. politicorum cap. 6.* nullam vim habent obligandi niſi ex more, quod etiam dicitur *in capite de quibus ff. de legat. & tradunt Suarez. libro 3. de leg. diſput. 1. ſect. 5. n. 71. & alij* communiter cenſent ſufficere non vſum ab initio per decennium.

167 Minime omnium iuuat tertium, quod hæc iuriſdictio mente retenta ſit propria, quod exercita ſemper fuerit in Gallia, & Hiſpaniis. Quia Bulla Pij fuit reuocata ſolum pro Italia. Vnde extra Italiam Miniſter Tertij Ordinis reſtitutus nullam exercet iuriſdictionem, quam in & extra viſitationem exercet dictus Miniſter de Obſeruantia, & Tertiarij Galli, & Hiſpani ſunt aggregati Ordini de Obſeruantia, habentq; ſuffragia in generali, vt patet ex conſtitutionibus Generalibus d. Ordinis in Bulla confirmationis Vrbani Octaui: In ſupremo Apoſtolatus, anno 1625. in Bullario Cherubini: Vnde non poteſt habere locum regula, quod vtens priuilegio in vno loco cenſetur illud conſeruare in alijs. Quia prætenditur diuerſum priuilegium ex vi diuerſæ Conſtitutionis. Et ſatis de tertio motiuo.

168 Quartum motiuum eſt non ſolum defectus, qui ſemper fuit publicæ vtilitatis, ex quo redditur nullum priuilegium, ſed noua præterea ceſſatio cauſæ, ob quam dicta facultas concedi potuit, ſi reuera conceſſa eſt; quantum ergo ad primum dicimus, non eſſe ex publica vtilitate, immo potius contra publicam vtilitatem, quod talis viſitatio fiat, primo, quia Viſitatio extranei, qui haud bene nouit regulam conſtitutiones, & mores alienæ Religionis non poteſt eſſe vtilis illi. *Secundo*, quia perturbata Hierarchia intrinſece, & propria actione dict. viſitationis Fratres à proprio Viſitatore minus corrigi poſſent ex quo eſſet ad quem recurrerent, non ita plene informatum de qualitatib. ſingulorum atque adeo reuerentia proprio, & ordinario Prælato debita decreſceret, & omnino præteriret, quæ eſt etiam cauſa, vt S. D. N. Innocentius feliciter regnans Prædeceſſorum ſecutus exemplum prohibuerit Protectoribus ſe in Regimine, & gubernio protectarum Religionum ingerere, quod argumentum late proſequitur, *Plat. in Comēt. de Card. dignit. & offic. cap. 33.* Tertio, quia extraneus non ſolet
169 habere eam curam, & diligentiam erga alienas oues, quam habet proprius paſtor, & ideo dicit Diuus Thomas, quod tales ſolent parum affici ad gentem, cui præficiuntur, & per conſequens, curare de eis. Et habemus exemplum in eadem Religione Tertij Ordinis cuius Fratres ſub obedientia Generalis de Obſeruantia nihil in Vinea D. profecerunt, &c. vt aſſerit Sixtus V. omiſſis detrimentis corporalibus, quæ eo tempore in Italia, & nunc in Gallia,

lia,& Hiſpania patiuntur,vt ex reſcriptis Pontificum,& Protectorum recenſet *Bordonus de antiq. Relig. Tertij Ord fol. 25. à particula: Demum.* Quarta quod natu ale vnicuique cœt u eſt habere abſolutum caput intrinſecum,& præſertim Religiones,quæ ſunt ſpecialiores Dei Populi merentur ſibi conſtituere regem abſolutum, & independentem de num. Fratrum ſuorum, vt habet praxis omnium Religionum, imo etiam congregationum ex num. 14. cum enim militet in noſtra eadem ratio idem ius ſtatui debet *l. illud ad l. Aquil. l prima* §. *primo de fonte.*

Quantum ad 2. ex rigore Iuris hoc modo, ceſſante cauſa priuilegij ceſſat priuilegium *l. Si tra ſe io* §. *vſuras de legat. 11. cap. 60. ceſſante de appot. & ceſſat etiam lex l in omni ff. de adopt l. quod dictum ff. de pact. l. fin. ff. ad Sillam l. ſi maritus* §. *ſcriptt ff ad l. Iuliam de adult. l. adigere* § *quamuis ff. de Iur. patr. & cap. & ſi Chriſtus de Iur. Iur.*

In caſu autem noſtro ceſſat omnis cauſa talis conceſſionis P. enim ceſſat ex parte Religioni Tertij Ordinis,quę Dei gratia à proprijs Prælatis ſic bene regitur,vt in Dei cultu, & literarum ſtudijs mediocriter, floreat nec notabilia ſcandala in ea vel ex ea contigant.

Secundo ceſſat ex facto ipſius Miniſtri nam aut Pontifex reuera non voluit eam facultatem ei concedere, ſed tantum reſarcire honorem læſum Ordinis de obſeruantia vt in 1. via probatum eſt. Et hæc cauſa ceſſauit ex tunc quia illa reſarcitio facta fuit per ſolam conceſſionem,nec modo poſt annos 64. eſt illius rei amplius memoria apud homines,quæ potius excitatur occaſione nouæ prætenſionis.

Aut re vera concedere voluit, & tunc non ex alia cauſa vel alio motiuo quam ad maiorem vtilitatem Spiritualem ipſius Religionis Tertij Ordinis vt ipſi dicunt, & argui poſt ex motiuo Pij Quinti, qui eamdem Religionem Prælatis de obſeruantia ex toto ſubiecerat, vt ordo ipſe vtiliori Rectorum conſilio, & opera dirigeretur, quod quidem motiuum præſumit magnam ſanctitatem, regendi peritiam, & rectitudinem in iſtis Miniſtris obſeruantiæ, & maiorem quam in Prælatis Tertij Ordinis. Atqui hæc ratio præterquam quod modo non militaret vt ſupra dictum eſt, hodie etiam ceſſat ex rationibus, & cauſis, ex quibus Sanctæ Memoriæ Clemens Octauus decernens eamdem religionem de Obſeruan-

tia

tia moderari vetuit quemquam ad illam amplius recipi quod iterum prohibuit Vrb.8.anno 1624.in Bulla Roman. Pont. §.12. 13.huius Pontificis in Bullario Cherubini. Et cum Patres pro facultate recipiendi nouitios ad ſac. Congregationem de anno 1628. ſupplicarent nomine ſuæ Sanctitatis fuit illis reſponſum tunc demum eſſe illis permittendum vt nouitios vt ſupra recipiant, cum conſtiterit ex ipſorum Conuentibus eos ſubſtuliſſe abuſus omnes, qui regulæ S.Franc.obſ.aduerſantur, vt in Bulla confirmationis ſtatutorum prout poſt citatam in Bullario Cherubini.

Quare cum locus Regiminis deſiderantibus negandus ſit vt ait D. G.in Regiſtro haud timet Religio Tertij Ordinis quod EE. VV. dictam prætenſionem admittere debeant cum ex dd. abunde probatum remaneat Ius prætenſum habere impoſſibilem,& peccaminoſum exercitium non fuiſſe conceſſum ex animo, & etiam ſi eſſet,non fuiſſe acceptatū,& defeciſſe iā per non vſum longiſſimū, & propter defectum cuiuſcunque cauſę conceſſionis. Et non ſolum non vtilitatem aliquam, ſed magnas diſcordias, & inçonuenientia cauere poſſe quarum occaſiones remoueri debent l.ęquiſſimum de uſufruct. & l. cum Pr. §. Dulciſſimis dę legat. 1 1. præſertim in familijs Religioſis, & Deo dicatis.

Lis iſta ſilentio Actoris euanuit, & Fratres Tertij Ordinis remanſerunt in ſua libertate, quà à ſolis proprijs Superioribus reguntur, & viſitantur.

C A-

CAPVT XI.

De Habitu, quem deferunt Tertiarij.

1 *Habitus non facit monachum, quem tamen dat cognoſcere.*
2 *Ex identitate habitus colligitur identitas Ordinis.*
3 *Amictus hominis annuntiat de eo.*
4 *Habitus eſt de neceſſitate Nouitiatus.*
5 *Delatio habitus inter aſperitates probandas numeratur.*
6 *Habitus humilis, & vilis in pretio, non in ſordibus.*
7 *Habitus religioſi contemptus mundi.*
8 *Laneus habitus ſignum pænitentiæ.*
9 *S. Franciſcus tres habitus habuit.*
10 *Quem habitum præſcripſerit Tertiarijs.*
11 *Habitus tendit magis ad nigredinem.*
12 *Tunicæ ſub nomine comprehenduntur Caputium, & Mantellum.*
13 *Caputium præciſe quod tegit tantum caput.*
14 *Caparo idem eſt quod Scapulare, & Caputium.*
15 *Habitus conficitur ex mixtione quatuor librarum lanæ nigræ, & vna lanæ albæ.*
16 *Hac mixtura extincta fuit lis inter Hiſpanos, & Minimos.*
17 *Qualitas habitus Tertiariorum in Italia.*
18 *Tunica dicitur à tuendo corpus.*
19 *Veſtis talaris, quæ tangit oſſa pedum excreſcentia.*
20 *Tunica vocatur Honeſta.*
21 *Caputium quid in Sacra Scriptura, & quod ad religioſos.*
22 *Caputium erat aſſutum tunicæ.*
23 *Capitium ſolius capitis poſtea extenſum ad ſcapulas, & pectus.*
24 *Scapulare caputium extenſum ad tergendum pectus, & dorſum.*
25 *Clareni vtebantur Caputio vtrinque angulari.*
26 *Scapulare, & Caputium in quo differant.*
27 *Caparo ex mente Sancti Patris diuerſum quid à Caputio.*
28 *Cuculla eſt caputium capitis acutum.*
29 *Pallium, Mantellum, &c.*
30 *Tertiarij etiam primi geſtabant Caputium.*

31 *S. Ludouicus Rex Francorum portauit caputium.*
32 *Item B. Thomaſutius.*
33 *Eratne habitus illorum talaris?*
34 *Cordam cannapeam deferunt.*
35 *Corrigia nomen ad omne cingulum.*
36 *Sumitur in Sacra Scriptura pro ligatura caligarum, & calceamentorum.*

1 Quamuis habitus non faciat Monachum, cap. Porrectum 13. de Regular. nihilominus indicat, cuiuſnam Religionis ſit illum religioſus deferens, ideo abs re non erit ſub hoc capite ſubiungere qualis ſit habitus Fratrum Tertij Ordinis S. Franciſci tum ſecularium, tum regularium, vt ab alijs dignoſcantur, prius autem nonnulla conſideranda ſunt, præmiſſo, quod de Habitu Regulari plura dixi ſub Reſol. 35. Et præfatum Axioma exornaui Reſol. 99. num. 19. & Reſol. 100. num. 73.

2 Primo conſiderandum eſt, identitatem habitus probare Religionis identitatem, vt Penottus lib. 2. Hiſtor. Canon. Regul. Later. cap. 53. num. 10. collegit ex gloſ. v. Vel habitus Clem. 1. de elect. prope finem. Quod intelligendum eſt cum ſuis circunſtantijs, coloris, & figuræ ſcilicet, & aliorum accidentium, patet enim diuerſas Religiones eundem geſtare habitum quo ad colorem, ex quo non poteſt deduci identitas earum ex conuenientia coloris, ſed diuerſitas huiuſmodi extrinſeca ab habitu accipienda eſt à figura, & alijs adiunctis, e.g. Primus, & Tertius Ordo S. Franciſci ex dictis in præcedentibus diuerſi ſunt eſſentialiter, & tamen eundem habitum deferunt ſcilicet griſeum, & beretinum, ſed in diuerſas figuras inciſum, nam Fratres primi Ordinis habent Caputium rotundum in capite, & in pectore, & retro acuminatum, Tertij vero Ordinis rotundum in capite; ſed angulare vtrinq; in pectore, & ſupra deciſum, Capucini vero ſolum Caputium capitis piramidale; Fratres infirmorum curæ præfecti, beretino vtuntur more Franciſcanorum, cui loco Caputij addunt haſtam nuncupatum vulgariter Patientiam. Singulæ ergo Religiones licet in aliquo conueniant quo ad colorem, differunt tamen quo ad alia, nempe quo ad figuram, quo ad additionem, vel quo ad ſciſſuram, Canonici enim Regulares Lateranenſes Rochetum

indiuiſum, alij S. Saluatoris Bononiæ ſub Patientia geſtant Ro-
chetum diuiſum. His ergo modis cognoſcuntur religioſi diuer-
ſarum Religionum, qui vero geſtant habitum, in colore, figura,
ſciſſura, ſeu additione eundem, dicuntur eſſe eiuſdem Ordinis,
qui talem poſtulat habitum. Et ſic intelligitur illud Salomonis
3 Eccli 19. 27. *Amictus hominis annuntiat de eo.* Ideſt veſtitus dat
cognoſcere hominem cuius profeſſionis ſit. Hac ratione proba-
ui *cap. 4. n. 23. de Præced. Canon. Regul. Lateran. in ſuo libello,* illos
deſcendere ab Apoſtolis, & præſentes cum illis ſeruare identita-
tem ſui Ordinis, in quali enim habitu quis reperitur, talis præ-
ſumitur eſſe, *l. Item 15. ff. de iniur. cap. Si iudex 12. de ſent. excom.
in 6.*

4 Secundo, quamuis habitus ſit medium ad cognoſcendum cuiuſ-
nam Ordinis religioſus, tamen non eſt de ſubſtantia Religionis,
ſed illi tantum accidit, cum ipſe de ſe monachum non faciat, vt
docent omnes Scribentes ſuper dictum *cap. Porrectum, Tamb.
tom. 3. diſp. 8. q. 1. n. 12.* Sine illius vero geſtatione nullus Noui-
tius poteſt valide profiteri, cum eius delatio ſit vna ex præcipuis
5 aſperitatibus, quam Nouitius intra annum probationis experiri
debet, ex decreto 15. Trident. ſeſſ. 25. Nouitiatus ergo habet eſ-
ſentialiter annexam delationem habitus, *Rodriq. tom. 3. q. 15. art.
9. Miranda tom. 1. q. 22. art. 6. Fauſtus lib. 5. q. 177. de Vecchijs diſp.
11. dub. 7. cum alijs Barboſa hic num. 36.*

6 Tertio, habitus religioſorum debet eſſe humilis, & vilis cõtextus
ex lana, ſicut enim qui in domibus Regum ſunt, mollibus veſti-
untur, & pretioſis veſtibus; ita qui in domo Dei ambulant tegi
debent habitu humili proprio ſtatui conueniente. Humilis, quia
ſicut dicitur diſt. 100. cap. contra morem 8. Nil in epiſcopali
ceruice ſplendidius fulget, quam humilitas; ita & multo magis in
religioſo vigere debet virtus humilitatis tam in moribus, quam
in habitu, eſt enim habitus ſignum externum profeſſionis inter-
næ, *ex D. Thoma 2. 2. q. 186. art. 6. & S. Gregorius in Regeſto* dicit,
7 quod habitus Monachi eſt contemptus mundi. Vilis debet eſſe
veſtis religioſa, non in ſordibus; ſed in pretio, vt habitus con-
formetur eius paupertati, quam profitetur. Demum laneus eſt,
8 quia eſt ſignum pænitentiæ, *gloſ. v. in lanea veſte cap. 2. de ho-
micid. per can. In capite diſt. 50.*

9 Quar-

9 Quarto ex Cronicis Marci Vlixbonenſis par. 1. lib. 1. vulgari idiomate S. Franciſcus tres habitus habuit. Primum à famulis Epiſcopi Aſſiſij, coram quo omnia renunciauerat nudus manens indutus fuit vili indumento cuiuſdum ruſtici, vt legitur cap. 4. Secundum ſub nomine Pallij Amicus ſancto donauit, dum Eugubio ſeminudus pertranſibat, quibus biennio vitam duxit abiectis corrigia, pecunia, & calceis, vnica contentus tunica cum fune initium dedit primo Ordini. Tertium habitum commutauit ad valuas S. Petri Romæ cum rudi, & inſpido tegumento cuiuſdam pauperis petentis ibidem ad vuluas elemoſinam, quia eius pauperis veſtis erat deterior ſua, ex eodem cap. 5. Cuiuſnam coloris, & figuræ eſſent eiuſmodi habitus, non eſt huius loci diſputare, an Caputium detulerit quadratum, hoc eſt, piramidale ſine mozeta, aſſutum tunicæ, vide Boucrium, & nouiſſime opus lingua vulgari compoſitum per D. Nicolaum Catalanum inſcrip. *Fiume del Terreſtre Paradiſo*, in quo luculenter probat Caputium rotundum, & nonquam piramidale S. Franciſcum geſtaſſe contra præfatum Boucrium. Sed cum id ſit quid facti, & annoſum, diſcurrere de eo, eſt potius diuinare, quam ſcire, quæſtio inutilis, fomentum diſcordiarum, & altercatio de lana caprina. Sed ad rem noſtram calamum applicantes, ſequentia in medium producimus.

10 Sanctus Pater ſuis filijs Terriarijs in ſua Regula extenſa hic ſub cap. 4. præſcripſit habitum ſub cap. 3. his verbis: *Fratres inſuper huius Fraternitatis de humili panno in pretio. & colore non prorſus albo, vel nigro communiter veſtiantur, niſi fuerit ad tempus in pretio per Viſitatores de conſilio Miniſtri ob cauſam legitimam, & apertam cum aliquo diſpenſatum. Clamides quoq; ac pelles abſq ſcolaturis ſciſſas vel integras, affibulatas tamen, vel patulas, vt congruit honeſtati, clauſaſq. manicas habeant ſupradicti. Sorores etiam clamide induantur, & tunica de huiuſmodi humili panno factis; vel ſaltem cum clamide habeant guarnellum ſeu placentinum coloris albi, ſeu nigri, aut paludellum amplum de canabo, ſiue lino abſq; vlla criſpatura conſutum. Circa humilitatem vero panni, & pellitones Sororum ipſarum iuxta conditionem cuiuslibet earundem, ac loci conſuetudinem poterit diſpenſari. Bindis, & ligaturis ſericis non vtantur. pelles duntaxat agninas, burſas de corio, & corrigias ſimpliciter abſq; ſerico*

vllo

vllo factas, & non alias, tam Fratres habeant, quam Sorores.
11 Habitus ergo debet eſſe humilis & compoſitus ex nigro, & albo,
cuius color vocatur griſeus, ſeu beretinus magis pendens ad ni-
gredinem, quam ad albedinem, non tamen totus niger eſſe de-
bet, & ita hoc cap. declarat Dionisius Cartuſ. art. 14. de quo co-
lore griſeo fit mentio in Bulla XXXVII. his verbis: *Haberent Fra-
tres vnam tunicam griſeam vilem, qua vilitas attenderetur in pre-
tio & colore, & vnum Scapulare, pro cingulo cordam rudem de cana-
pe nodatam haberent longum caputium, & magnum mantellum de
eodem panno ad modum ſimplicium hominum, ſotulares ligatos, vel
cum vincleis, ſecundum quod pauperes illius patriæ habebant, &c.*
Eſt ſermo de Fratribus Flandrenſibus. Veſtis ergo ſeu Tunica,
Scapulare, ſeu Caputium, & Mantellum debent eſſe de eodem
panno griſeo, vt etiam idem Dionisius docet art. 46. notando,
quoſdam Fratres male facere perfundendo ſua capitia tinctura,
ex qua euadunt pæniтus nigra contra mentem S. Patris, qui præ-
ſcripſit omnem eorum habitum non prorſus album, nec nigrum.
Debent autem Fratres eſſe vniformes in colore habitus, ex Bulla
CXXXIV. & CXXXVIII. Nicolai IV. ad Leodienſes: *Omnes, &
ſinguli Fratres ſub Obſeruantia non viuentes prædicti vnum, & eun-
dem in colore habitum portare, nec alium habitum aſſumere valeant.*
12 Nomen habitus eſt communis terminus ad tunicam, caputium,
ſcapulare, & mantellum, quæ debent eſſe ejuſdem omnino colo-
ris, & panni. Superius autem Religioſis notaueram habitum ſub
his verbis: *Eorum Caputia ad modum paruæ cucullæ ſuper mantel-
lum cum Scapulari quemadmodum Fratres dicti Ordinis in Zelan-
diæ, & Hollandiæ partibus.* Explicaui hæc verba Reſol. 35. num.
52. nomine Caputij venire ſolum eam partem, quæ præciſe tegit
13 caput, & illud eſſe geſtandum ſuper mantellum ſolummodo, non
vero Scapulare, quod eſt reliqua pars tegens pectus, & humeros,
illud enim ſubtus mantellum defertur, vſu contrario ab eo, quo
Carmelitæ, & Dominicani ſupra mantellum deferunt Scapulare.
Iulius II. in ſua Bulla incip. *Viſis, ac diligenter perſpectis* ſub datum
Romæ 25. Maij 1508. de Caputio hæc præſcribit: *Quod Fratres
Tertiarij portent habitum diſtinctum à Fratribus primi Ordinis, &
14 ad minus habeant Caparonem deſcendentem ſuper ſcapulas per qua-
tuor digitos, qui ſit tam longus à parte anteriori, & poſteriori vt de-*

ſuper eum cingulum cingi poſſit, & color habitus tendat magis ad nigredinem, quam ad albedinem. Referuntur in Bullario de Sillis fol. 59. & à Compendiat. v. Tertiarij num. 18. Nomine Caparoni venit Scapulare.

Hieronymus, Cardinalis Matthæus vtriuſq; Ordinis S. Franciſci Protector die 19. Aprilis 1595. vt contentiones ortas inter Minores, & Tertiarios in Portugallia circa delationem habitus ſedaret, auditis partibus, decreuit, quod deberent geſtare Tertiarij habitum iuxta ipſorum Regulam, & indulta Apoſtolica, humili,
15 & vili panno contextum, eo videlicet modo, vt ex quatuor partibus lanæ naturaliter nigræ, & abſq; aliqua tinctura contextæ, & vna parte lanæ etiam naturaliter candidæ, & talis habitus fieret, ita quod ſingulis quatuor libris lanæ naturaliter nigræ adderetur vna libra lanæ albæ. Ita ſtatuit Cardinalis, quod poſtea per Bullam CCXLVII. Clemens VIII. Per hoc Decretum manent declarata ea verba cap. 3. Regulæ ſupra relata, per quæ S. præcepit, vt habitus eſſet de humili panno in pretio, & colore non prorſus albo, nec nigro, qualis eſt, qui conficitur ex prædicta mixtione, & tendit magis ad nigredinem, quam ad albedinem.

16 Controuerſiam inter Minimos, & noſtros Vltramontanos exortam circa colorem habitus Protectores, videlicet Hieronymus Pamphilius tituli S. Blaſij de Annulo Presbiter Cardinalis Minorum de Obſeruantia, & noſtrum Viceprotector, atq; Marianus Epiſcopus Tuſculanus de Camerino, partibus ſæpe auditis, extinxerunt, decernentes, eſſe ſequandum decretum ſupra dictum de mixtione lanæ nigræ, & albæ, confirmatur poſtea à Paulo V. Bulla CCLIX. qui in virtute S. Obedientiæ, & ſub priuationis officiorum, inhabilitatiſq; ad illa, & alia in poſterum obtinenda, necnon excommunicationis latæ ſententiæ incurrendis pænis Gallis, & Hiſpanis mandauit obſeruari dictum decretum; quod ſpecialiter poſtea confirmatum fuit pro noſtris Gallis Reformatis per eundem Paulum Bulla CCLXII. De huiuſmodi decreto *Portellus v. Habitus num.* 5. *Compend. Rodriq. Reſol.* 71. *num.* 11. *Peyrinus pro ſuo ordine tom.* 3. *cap.* 10. *num.* 11. *Ego dicta Reſol.* 35. *num.* 50.

17 Noſtris Italis præſcribitur cap. 11. Regulæ habitus in colore, & forma hoc modo: *Noſtratum habitus ſit tunica talaris cum ſcapulari*

lari veſte, ſine cucullo vtrinque angulari; poſteriori tamen angulo funiculum attingente. Pallium vero inſtar impluuiæ nulla vel coloris, vel formæ differentia, vt eodem modo, & colore, quem vulgo beretinum appellant, omnes veſtiantur. Hoc autem capitulum de geſtatione habitus, ſuper quo alias turbabantur Fratres à Minoribus, confirmatum fuit ab Vrbano VIII. per ſuam CCXXXVII. A parte igitur ante tangit caputium cordonem à poſteriori aliquantulum deſcendit infra illum ex decentia eiuſdem habitus, non tamen funis religioſus caputium cingere habet, cum longitudo eius id non poſtulet. Habitus autem beretinus idem eſt, quod griſeus mixtus ex albo, & nigro, iuxta ſuperius dicta, adeo quod lana debet eſſe magis nigra, quam alba. Sed operæ pretium eſt declarare hæc vocabula, nempe quid ſit Tunica, Caputium, Scapulare, Caparo, Cuculla, ſeu Cucullum Pallium, ſeu Mantellum, Clamis, Guarnellum, ſeu Placentinum, Paludellum, Corrigia.

18 Tunica eſt habitus, quo homo ſuum corpus veſtit, indumentum, quo primi parentes cooperti fuerunt à Deo, nuncupatur tunica, Gen. cap. 3. 21. à tuendo corpore ab iniurijs, quod Romanis erat ſine manicis, cui toga ſuper induebatur. Et quia quo ad quantitatem aliç ſunt breues, aliç longç, reſpectu clericorum, & religioſorum debent eſſe longç, & talares, ideſt talos attingentes, ideſt,
19 illud os, quod in pede vtrinq; excreſcit, quam veſtem talarem induebat Ioſeph Gen. 37. ea prçſcribitur eccleſiaſticis cap. penult. diſt. 23. non debet eſſe nimis breuis, nec nimis longa, vt per terram trahatur, cap. Clerici 2. de Vita, & hon. Talaris ergo de-
20 bet eſſe tunica noſtra, quç in inſtrumento XIV. vocatur Honeſta, quam nouiter induerunt tempore Nicolai V. ergo antea breuis erat, non talaris; Honeſtam nuncupabant, quia prçſefert honeſtatem, & decentiam in religioſo.

21 Caputium, ſiue Capitium idem eſt, de quo Exodi 28. 32. *Facies & tunicam ſuper humeralis totam hyacinthinam, in cuius medio ſupra erit capitium.* Iterum 39. 23. *Fecerunt quoq; tunicam ſuperhumeralis totam hyacinthinam, & capitium in parte ſuperiori contra medium, oramq; per girum capitij textilem* Iob. cap. 30. 18. *In multitudine eorum conſumitur veſtimentum meum, & quaſi capitio tunica ſuccinxerunt me.* In Exodo nomen Capitij ſumitur pro ea

veſte; quæ pluuialibus eccleſiaſticis adiungitur ſuper humeros, & coniungitur, ſeu fibulatur eius extremitas ſuperior cum extremitate tunicæ à parte poſteriori. Tunica quoq; de qua Iob habebat caputium circundans illam in ora ſuperiore ad caput tegendum. Caputium autem ſeu Capitium denominatur à capite, quia caput tegit, & tuetur à pluuijs, & frigore, vel à capiendo, quia ambit caput ipſum. Non poteſt autem hoc panni fruſtulum adaptari bene capiti perſonæ, niſi aſſutum tunicæ, ideo tempore S. Franciſci caputium deferebatur coniunctum cum tunica, vnde
22 Gloſ. in Clem. 2. de Regul. dicit, Nouitios Minorum deferre caputium non aſſutum tunicæ, ſicut profeſſi geſtant, & Silueſter Maurolicus in ſuo Mare Oceano fol. 385. ait, F. Ioannem Capellam fuiſſe primum, qui ſeparauit Caputium à tunica, qui eius loco vſus primo fuit bireto ad tegendum caput. Caputium ergo profeſſorum eſt aſſutum habitui, iuxta conſtitutiones ſub Sixto IV. & Alexandro VI. illius verba ſunt: *Caputium autem ſit ſutum cum cappa profeſſorum, & tali modo fiat, quod exiſtens in capite capillos bene, & deuote cooperiat, & longitudine vſq ad cingulum non attingat.* Iſtius vero verba ſunt talia: *Taliaque modo incidatur Caputium quod impoſitum capiti honeſte capillos cooperiat, & longitudine cingulum non attingat.* Reuerend. Generalis Catalanus vir doctiſſimus aſſerit in illis agi de Caputio Mozetato, non præciſe de Caputio, ſeu ea parte, quæ caput tegit. Sed videant alij quis iſtorum probabilius loquatur, ſufficit mihi probaſſe Caputium aſſutum tunicæ; ac proinde vti aſſutum carere mozeta, quia caputia ſcapulata non indigent coniunctione cum tunica, vt ex vſu conſtat, quamuis etiam legatur caputium fuiſſe ſine conſutura.

23 Nota autem quod Caputium ex primæua ſui ſignificatione, & vſu inuentum fuit ad tegendum caput, & veriſimile eſt Sanctum Franciſcum ſic ad tantum detuliſſe; poſtea proceſſu temporis prolongatum fuiſſe, & extenſum ad cooperiendum pectus, & ſcapulas, ſeu dorſum, & humeros circumadiiciendo hominem in prædictis partibus, ex quo recepit deinde nomen Scapularis à tegendo ſcapulas & dorſum; non vocatur pectorale, quia non ita cooperit pectus ſaltem ex prima ſui inſti-

tutione, ſicut tegit vſq; & vltra cingulum, à parte vero ante vix alias aliquid pectoris abſcondebat. Vocatur etiam Capparo reſpiciens vtriuſq; partem, quia caput tegit, & capit humeros, & pectus, quæ circundat. Nuucupatur etiam Mozeta, ſeu Caputium Mozetatum ad inſtar Mozetæ Epiſcopalis, in quo ſenſu accipitur pro tegumento pectoris, & dorſi, non capitis, vnde poſtmodum pro eodem vtrumq; accipitum fuit.

24 Scapulare ergo latior pars Caputij tegens per circuitum pectus, & ſcapulas partem poſteriorem habet angularem, & piramidalem circa cingulum protractam. A parte ante formam habet rotundam reſpectu Fratrum Minorum, reſpectu vero Tertiariorum, vt dictum fuit præſefert angularem, & acutam pendentem verſus cingulum.

25 Caputio, ſeu Scapulari ante, & retro acuto, piramidali, ſeu angulari vtebantur Fratres Clareni, vt teſtantur Toſſinianus, & Gonzaga, ille lib. 2. fol. 155. his verbis: *Diuerſo habitu incedentes, ſcilicet breui habitu, caputio ante, & retro ad cordam vſque piramidali forma, cui à tergo pannea lingua hærebat.* Iſte par. 1. fol. 5. *Simpliciq; Caputio ante, & retro ad cordam vſq; pyramidali forma pendente, cui à tergo pannea lingua hærebat, vtebantur.* Alter ab altero verba mutuo accepit. Clareni igitur Caputium utrinq; acutum portabant; deſcenderunt autem iſti à Beato Ioanne de Monte Clareno, qui florebat anno 1290. defunctus in Domino prope Neapolim anno 1340. ut legi apud Martirologium ad 26. Aprilis; iſtos autem Reformatos Clarenorum Pius V. in ſua incip. *Beatus*, anno 1568. cum Amadeis uniuit Minoribus de Obſeruantia. Itaque forma huius Capitij utrinque angularis eſt antiquiſſima nunc ſolum in uſu apud noſtros in Italia, Hiſpania, & Gallia.

26 Scapulare igitur idem eſt quod Caputium, ambo enim indifferenter accipiuntur, quamuis ex primæua ſui ſignificatione capitium referatur ad caput, Scapulare nuncupetur reſpectu Scapularum, in uſu poſtquam Caputium dilatatum, & extenſum fuit ad tegendum dorſum, & pectus.

27 Caparo ſecundum Regulam primam S. Franciſci diſtinguitur à Caputio, nam cap. 2. loquendo de Nouitijs ſic decernitur: *Poſtea concedant eis pannos probationis, videlicet duas tunicas ſine Caputio,*

tio, & cingulum, & braccas, & caparonem vſq; ad cingulum. Licet poſtea Caputium extenſum tranſierit in Caparonem, & ſic noſtris temporibus pro eodem ſumuntur Caputium, & Caparo, ut colligitur ex ſtatutis Minorum de Obſeruantia confirmatis ab ab Vrbano VIII. in ſua 49. in Nouo Bullar. prope initium his uerbis; *Oblati omnes Donati, Tertiarij ad conuentus famulatum aſſumpti Caparonem, ſeu Caputium ferre deinceps non præſumant* ſupra hic num. 14. de Gallis Reformatis Paulus V. Bulla CCLXII. uocat Caparonem Caputium, ut colligitur ex uerbis textus Bullæ. Itaq; dicere poſſumus, quod S. Franciſcus diſtinxit Caparonem, qui ſecundum ipſum eſt tegumentum pectoris, & dorſi, à Caputio, qui caput tantum cooperit, erant ergo duæ veſtes inter ſe diuiſæ, poſtea in vnam, & eandem redactæ, quæ poſtmodum illa tria cooperit ex continuatione eiuſdem petiæ panni, ex quo factum fuit, vt vtrumque vocabulum eandem rem ſignificaret.

28 Cuculla, & Cucullus veſtis caputiata piramidaliter habens eandem formam, qua conficitur papyraceus, quo vtuntur pigmentarij, nuncupatus Scartozzo, cuius officium eſt tegere caput, vnde & vocari poteſt Caputium acuminatum ex parte Capitis, cuculla vtũtur Monachi S. Benedicti, Capucinorum Caputium ad rem nuncupanda eſt Cuculla.

29 Pallium, Mantellum, Clamis, Guarnellum, Placentinum, & Paludellum in re pro eadem ſumitur ſupraueſte, quæ ſuperponitur alijs veſtimentis. *Pallium* eo, quod cooperiat hominem veſtitum, vnde dicitur vſura palliata i. cooperta alio nomine; Pallium dicitur ſuperueſtis propria Græcorum, ſicut Toga Romanorum. *Mantellum* à mantili, ideſt tobalea, quæ ſicut tabulam menſe tegit, ita & Mantelum ueſtit deſuper hominem. *Chlamis*, ſeu Clamis uocatur reſpectu militis, qui ſibi eam ſuperueſtit, unde in legenda S. Martini Epiſcopi, & Confeſſoris, undecimo Nouembris, in eius quarta Lectione legitur, quod Ambiano pauperi nudo elemoſinam petenti partem Chlamidis dedit, cum tunc miles Martinus nihil haberet præter arma, & ueſtimentum, quo tegebatur. Vel Scribas *Clamis* à *clam*, eo quod abſcondat ſub clamide alias ueſtes. Præter Clamidem Sorores debent habere tunicam uilem ſignificatam per *Guarnellum*, qui eſt ueſtis uilis pro fæmina. *Placentinum* quaſi planum pallum more pauperum, non

enim

enim debet eſſe nimis amplum, & rugoſum. *Paludellum* ideſt ueſtis parua ſine ornamentis ad differentiam Paludamenti, quod eſt ornamentum militare proprie Imperatorum, qui paludati incedebant ad bellum. Lege Calepinum, & auctores ab eo citatos pro explicatione prædictorum terminorum.

30 Sed occurrit difficultas, numquid Tertiarij illi antiqui deferebant Caputium? & ratio dubitandi eſt, quia in Regula eorum nulla fit mentio de Caputio, neq; Scapulari. Reſpondendum eſt,

31 detuliſſe Caputium capitis, quod probatur exemplo S. Ludouici Regis Franciæ, qui illud detulit, ut teſtatur Cantipratus his uerbis: *Habentem Caputium capitis ſuper Scapulam ex aduerſo ſuſpenſum* quæ uerba refert Ranutius Picus Parmen. benemeritus de rebus, & geſtis Sanctorum in ſuo libro uulgari. *Delle glorie di S. Luigi Rè di Franza, in Annotat. 2 fol.* 225. Vading. ad annum 1254. num. 29. ad annum 1308. num. 70. de S. Iuone ad annum 1303. num. 12. qui uiſitando ſuam Parochiam Caputium dedit pauperi in elemoſinam, & paulo poſt illud idem ſenſit ſuo capiti reſtitutum.

32 Item Beatus Thomas, ſeu Thomaſutius, de quo ad 15. Septembris in Martyrologio Franciſcano, portauit caputium, quod conſeruari apud Eremitas S. Auguſtini Fulginij in ueneratione, refert Toſſignanus lib. 1. in fine. Et quamuis in Regula non fiat expreſſa mentio, fit tamen implicite, dum in ea præſcribitur pannus in pretio, & qualitate, quo Frater induendus eſt, non enim ſolum corpus, ſed etiam caput cooperitur, cuius tectura, & operimentum uocatur Caputium; vnde Dionyſius Cartuſ. ſuper eandem Regulam art. 14 prope finem. loquendo de Caputio Leodienſium inquit: *Nec Regula illud excludit, & Dominus Papa illud concedere poſſit.* Et hoc idem dicitur art. 46. ab eodem Doctore.

Hinc collige, erraſſe Mauroli cum à me citatum cap. 8. num. 28. dum dixit, Tertiarios Caputium accepiſſe à Nicolao IV. nam ſi illud geſtabat S. Ludouicus Rex Francorum, qui in Domino obdormiuit anno 1270. vt teſtatur *Martyrol. Franc. ad diem 25. Auguſti* § 40. oportet inferre illud fuiſſe in vſu ante Nicolaum IV. qui Regulam approbauit poſtea anno 1289. verius ergo dicendum eſt, datum fuiſſe ab origine Ordinis a S. Franciſco.

33 Difficultas alia eſt, an Tertiarij alias incederent tunica talari, vel

geſtarent habitum ſimilem quò ad formam veſtibus ſecularium, quo vero ad colorem ſimilem habitui Minorum, beretinum ſcilicet, iuxta ſuperius dicta? Hoc ſecundum docet aperte *Rodr. tom. 3. q. 72. art. 4. cum ſuo Compend. reſol.* 136. *n.* 6. *Miranda tom.* 1. *q.* 36. *art.* 5. *Concl.* 2. *& alij, quos citaui Reſol.* 75. *num.* 42. *& ante num.* 39. probaui Tertiarios in proprijs domibus geſtaſſe habitum more religioſorum oblongum circa genua, vt practicatur hic in Italia, & videtur deduci ex ipſa Regula, dum dicit, Fratres debere habere manicas clauſas, ac proinde ſimilem tunicæ, eo modo, quo clerici ſeculares incedunt; & id ibidem confirmo per Bullam Vrbani VIII. præſcribentem habitum breuem genua non excedentem Tertiarijs cum clauſtralibus manentibus ſine Caputio.

Maior difficultas eſt circa cingulum reſpectu vtriuſq; ſtatus tum ſecularis, tum regularis Tertij Ordinis, an ſcilicet Fratres tam clauſtrales, quam manentes in proprijs domibus deferre poſſint cordam nodoſam, qua vtuntur Fratres ſub prima Regula militantes? Ratio dubitandi eſt, quia dicto cap. 3. Regulæ præſcribitur Corrigia, quod eſt genus cinguli ex corio, non ex canape, vel lino, aut lana. Negat Collector utriſq; delationem cordæ Franciſcanæ ex præfata ratione.

34 Sed debent deferre cordam nodoſam more aliorum Fratrum Minorum, ut diuerſi Pontifices dicunt, etiam ex intentione S. Franciſci, & inſtituto ipſius Regulæ, ut colligitur ex Bulla XXXVII. num. 8. per quam Ioannes XXIII. approbat nonnullas Ordinationes pro Flandrenſibus factas iuxta Regulam, ac modum viuendi per felicis recordationis Nicolaum Papam IV. ut dicitur ſub num. 1. inter quas continetur geſtatio cordæ Franciſcanæ, de qua fit mentio *in Bullis XCIX. n.* 4. *CXII. n.* 7. *CLIV. n.* 8. *Clemens VII. Bulla CCXII.* ex Iulio II. Galli, corrigia dimiſſa, cingulum canapeum, ſeu crineum aſſumpſerunt ex Decreto Generalis de Obſeruantia, & ut Zocolis uterentur, ut antea ab initio reformationis, ordinauit; quod poſtea à Paulo V. confirmatum fuit Bulla CCLXI. Quare mandauit, illos dimittere corrigiam? Niſi quia debebant imitari Sanctum Patrem, qui dimiſſa corrigia, pro cingulo funem ſumpſit. Funis autem conficitur regulariter ex canape, non ex corio, ſeu crinibus equorum, ex hac enim

materia

materia Patriarcha nonquam eam ſibi accinxit, ſed ex rudi ca-
nape. Ex quibus patet reſponſio ad rationem dubitandi, ſub no-
35 mine corrigiæ fuiſſe tunc in vſu venire quodlibet genus zonæ,
& cinguli, ſumitur enim ibi nomen corrigiæ non materialiter, ſed
formaliter, prout dicitur effectum cingendi corpus humanum
non prout præciſe conficitur ex corio. *Vide, quæ dixi Reſol.* 35. *q.*
22. *& Reſolut.* 87. *q.* 12. *de corda S. Franciſci.*
36 Lucas Vadingus vir perſpicaciſſimus in ſuo Apologet. ſect. 6. §.
5. num. 8. illud verbum *Corrigia* ait, intelligendum eſſe de corri-
gijs burſarum, quas S. Pater voluit excidi ex corio abſq; intextu-
ra auri, aut ſerici, & ſine floſculis, non vero de cingulo corporis,
erat enim notum, quod Pater inuenit vſum cinguli canapei, ideo
de illo non curauit mentionem facere in hac Regula, quod hoc
fuſius declarat in alio opere ſuper Regulam *cap.* 3. *num.* 21. Et
37 confirmatur ex Sacra Scriptura, in qua nomen Corrigiæ ſumitur
pro ligatura caligarum, & calciamentorum, *Gen.* 14. 23. *Iſaiæ* 5.
27. *Marci* 1. 7. *Lucæ* 3. 16. *Ioan.* 1. 27. non ergo intelligenda eſt de
cingulo hominum in lumbis cingente, nam illud vocatur zona,
vt colligitur ex eadem Sacra Scriptura.

CAPVT XII.

Per quoſnam Superiores conferendus eſt habitus Tertiarijs in proprijs domibus manentibus?

1 *Omnis Congregatio legitime inſtituta ex ſuis intrinſecis eſt perpetua.*
2 *Vnde ius habet ſe conſeruandi in perpetuitate per receptionem Nouitiorum.*
3 *Accedente conſenſu iam receptorum cum capite.*
4 *Tres Ordines S. Franciſcus inſtituit perpetuo manſuros.*
5 *Receptio Nouitiorum vocatur ſpiritualis generatio vniuoca.*
6 *Extraneus non poteſt recipere extraneum.*
7 *Epiſcopus non dat habitum Nouitijs.*
8 *S. Franciſcus dabat habitum Tertiarijs cum F. Bartolomeo.*
9 *Caput 2. Regulæ de poteſtate Miniſtris facta recipiendi Nouitios.*
10 *Lis mota inter Obſeruantes, & Tertiarios in Hiſpania conferendi habitum Tertiarijs in Rota Romana agitata.*
11 *Ius conferendi habitum Tertiarijs ſemper fuit, & eſt apud eoſdem Tertiarios.*
12 *Miniſtri Tertij Ordinis ſecularis ſemper habent ius conferendi habitum.*
13 *Idem ius communicatum habent Superiores eiuſdem Ordinis Regularis.*
14 *Regula Nicolai, & Leonis eadem ſubſtantialiter.*
15 *Eodem iure, quæ ſunt idem, cenſenda ſunt.*
16 *Meliorem ſtatum quærentes non debent eſſe deterioris conditionis.*
17 *Exercitium arguit poteſtatem in agente.*
18 *Generalis de Obſeruantia ex vi cap. 2. Regulæ non dat habitum Tertiarijs.*
19 *Nec vt Generalis Minorum.*
20 *Generalis ex indulto Sixti IV. confert habitum 30.*
21 *Qui poteſt auferre habitum non ſemper poteſt illum dare alijs.*
22 *Delegatus ad puniendum, & viſitandum non dat habitum.*

23 *Generalis Minorum conſuetudine prætendit dare habitum.*
24 *Ius dandi habitum eſt immediatè, & principaliter in ſuperioribus Tertiarijs.*
25 *Duo in ſolidum non poſſunt eſſe ſimul domini eiuſdem rei.*
26 *Iuriſdictio quando dicitur data cumulatiuè.*
27 *Priori dicitur immediatè, & principaliter poſteriori verò mediatè, & minus principaliter.*
28 *Habens iuriſdictionem ex conſuetudine quæſitam non debet eſſe melioris conditionis eius, qui illam habet iure ordinario.*
29 *Conſuetudo contra legem inducitur ex actibus peccaminoſis.*
30 *Indultum Generalis ſub num. 20. reuocatum fuit.*
31 *Conceduntur aliqua, quæ habentur, vt plus timeantur.*
32 *Generalis ex indulto pontificio delegat Prouincialis Reformatorum poteſtatem recipiendi Tertiarios.*
33 *Tertiarij Franciæ eam poteſtatem habent à Paulo V.*
34 *Generalis ſuis prohibet receptionem Tertiariorum.*
35 *Generalis de conſuetudine dat habitum Tertiarijs.*
36 *Bartolomæus non fuit merus executor in dando habitum, quem dabat auctoritate ordinaria perpetua.*
37 *Delegatus vices gerit delegantis, & alienam iuriſdictionē exercet.*
38 *Bartolomæus duplicem habebat poteſtatem delegatam, & ordinariam erat etiam Miniſter.*
39 *Gratia facta re non integra non expirat morte concedentis.*
40 *In dubio quis præſumitur vti poteſtate efficaciore, quando habet duas.*
41 *Conſilium recipiendi in Viſitatores Minores ſemper manſit tale.*
42 *Ex ſubiectione cauſa viſitationis non infertur ius dandi habitum.*
43 *Rationes quæ militant pro Tertiarijs ſecularibus, faciunt etiam pro regularibus.*
44 *Deciſio prima.*
45 *Tertium Ordinem ingredi poſſunt quæcūq; perſonę cuiuslibet ſexus.*
46 *Sanctus tribus ſuis ordinibus tres præſcripſit Regulas.*
47 *Leo X. approbauit Regulam.*
48 *Identitas Ordinis regularis cum ſeculari.*
49 *Conſuetudo dat iuriſdictionem.*
50 *Regula dat ius Miniſtris proprijs conferendi habitum.*
51 *Viſitatio arguit iuriſdictionem, & ſubiectionem.*

52 *Habitum dare eſt actus iuriſdictionis.*
53 *Conſuetudo non ſemper tollitur per legem ſuperuenientem.*
54 *Generi per ſpeciem quando derogatur.*
55 *Eccleſia filialis erecta non praeiudicat Matrici.*
56 *Minores Bullam non habent conferendi habitum Tertiarijs.*
57 *Bartolomaus ex iuſſione ſancti habitum conferebat.*
58 *Tertiarij ſeculares ab initio, & continuo dederunt ſuum habitum volentibus intrare ad ipſos.*
59 *Deciſio ſecunda.*
60 *Habitum multi receperunt ab initio à Miniſtris eiuſdem Ordinis.*
61 *Bartolomaus Cumanus alijs dedit habitum.*
62 *Regula Nicolai IV. etiam à Regularibus obſeruata, & ſic ſunt ſub eadem identitate.*
63 *Minores de conſuetudine dant habitum Tertiarijs.*
64 *Regula compoſita à Sancto non inuenitur.*
65 *Tertius Ordo eſt diſtinctus à primo.*
66 *Bartolomaeo facultas data fuit ad tempus.*
67 *Iuriſdictionem delegans eam ſibi reſeruat.*
68 *Iuriſdictio Tertij Ordinis diſtincta à Minoribus.*
69 *Identitas vtriuſq, Ordinis ſecularis, & regularis.*
70 *Ab vna ad aliam iuriſdictionem non infertur.*
71 *Diſtincti probantur ordines ſecularis, & regularis.*
72 *Praeeſt perſonis vtriuſq; ordinis.*
73 *Derogatio recipit ſtrictam interpretationem.*
74 *Communicatis priuilegijs non vtuntur contra eos, à quibus habent communicationem.*
75 *Deciſio tertia.*
76 *Habitum dare ſpectat ad ſuperiorem.*
77 *Tertiarij ſubſunt poteſtati laicae.*
78 *Ordo eſt bene viuendi non religio.*
79 *Regulares in Luſitania ſubſunt Generali Minorum.*
80 *Bartolomaus vt merus executor S. Franciſci dedit alijs habitum.*
81 *Conſilium recipiendi Minores in Viſitatores fuit factum praeceptum.*
82 *Priuare volens habitu, illum dare poteſt.*
83 *Minores Bullam habent recipiendi Tertiarios.*
84 *Priuilegiatus non vtitur priuilegio contra aequè priuilegiatum.*
85 *Regulares eſſe toto caelo diuerſos à Secularibus probatur.*

86 *Regulares ſubiecti Minoribus ex Pio V. Sixto IV. & Leone X.*
87 *Non ſubſunt Tertiarij Generali Minorum vt ſuperiori illorum.*
88 *Quarta deciſio.*
89 *Habitus collatio ſpectat ad eos, qui habent connexionem cum recipiendis.*
90 *Tertiarij ſeculares non ſunt de religione Minorum.*
91 *Regula Tertij Ordinis omnino diſtincta ab omnibus Regulis, & ordinibus alijs eiuſdem Sancti.*
92 *Tertiarij ſeculares non habent tantam connexionem cum Minorib. quantam habent cum Tertiarijs regularibus.*
93 *Quia omnes eundem deferunt habitum, & eodem nomine vocantur.*
94 *Connexiones magnum ſignum eſt, omnes ſub eadem oratione, & verbo regi.*
95 *Connexio arguitur ex vnitate.*
96 *Ordo Minorum non habet ſuperioritatem in Tertiarios Regulares.*
97 *Subiectio vbi non eſt nec ſuperioritas.*
98 *Verbum* præſit *denotat ſuperioritatem.*
99 *Obedientia non præſtatur niſi ſuperiori.*
100 *Conſtitutiones derogatæ non citantur.*
101 *Qualitas, ſub qua aliquid conceditur, conſideranda eſt.*
102 *Superioritas data Generali Minorum ſuper Tertiarios, illum reſpicit vt Generalem Tertij Ordinis, non vt caput Minorum.*
103 *Priuilegiorum communicatio non trahitur ad ea, in quibus ſpecialiter eſt prouiſum.*
104 *Pro Fratribus Minoribus nulla reperitur Bulla dans illis facultatem recipiendi Tertiarios.*
105 *Subiectio vbi non eſt, neceſſe eſt, vt ceſſet ſuperioritas.*
106 *Recipi non poteſt aliquid ab non extante.*
107 *Verba* de ſeipſis *ſunt perſonaliſſima.*
108 *Decretum irritans inficit omnem conſuetudinem, etiam futuram ſibi contrariam.*
109 *Æquitas amplectenda eſt.*
110 *Iuriſdictio quando dicatur aquiſita cumulatiuè.*
111 *Iuriſdictio aquiſita contra habentem ordinariam dicitur cumulatiue, non priuatiue.*
112 *Præſens quis non poteſt eſſe in pluribus locis.*
113 *Prætendunt Tertiarij præferendos eſſe Minoribus.*

114 *Regula eadem vtriuſq; ſtatus Tertiariorum.*
115 *Dictio eadem refert ſubſtantiam plurium inter ſe.*
116 *Similis difficultas excitata fuit in Gallia.*
117 *Bulla Alexander VII.*
118 *Exordium Congregationis Gallicanæ.*

1 Quodlibet Collegium, Congregatio, ſeu Ordo, vel Religio rite, & legitime inſtituta, & approbata per Principem, eo ipſo habet ex ſuis intrinſecis, quod in ſuo exiſtere ſit perpetua, ac proinde habeat ius ad ſe conſeruandum, & manutenendum in ſuo eſſe permanenti, per ſucceſſiuam receptionem aliarum perſonarum intra Collegium, Ordinem, ſeu Religionem, ne pereat; ſicut enim omne animal ex inſtinctu naturæ in ſua ſpecie conſeruatur per naturalem generationem aliorum ſimilium in ſpecie ſuccedentium illis, quæ deceſſerunt; ita quælibet Congregatio per moralem, ſeu ſpiritualem generationem, quæ conſiſtit in aggregatione aliorum eidem Collegio ſuccedentium præ mortuis, in ſuo eſſe continuo, & in perpetuum conſeruatur. Hinc fit, quod in
2 quolibet Collegio, & Ordine caput illius ſuperior, & maior intrinſecum, & ordinarium habet ius, & facultatem alios recipiendi, & aggregandi ſuo Collegio, ne pereat, & ad nihilum redigatur. Id autem regulariter ab eo fieri ſolet de conſilio, & conſenſu
3 aliorum eidem Collegio iam incorporatorum; & hoc eſt conforme rationi, & iuri, *cap. Nouit.* 4 *cap. Ea neſcitur* 6. *de ijs, quæ fiunt à prælat. cap. fin. de Regul. in* 6. *cap.* 1. *de ijs. quæ fiunt à maiori, &c.* Sicut enim in naturalibus membra ſe inuicem adiuuant, & capiti inſeruiunt, ita in moralibus aggregati iam collegio inter ſe vt membra, & partes illius ad inuicem ſe adiuuare debent, & cum capite concurrere ad operandum, & augendum ea, quæ ſunt neceſſaria collegio, cui inter alia neceſſaria eſt receptio Nouitiorum, ne paulatim pereat ex negligentia eorum, qui illud conſeruare debent.
4 Nulli dubium eſt, S. Franciſcum ſub perpetua firmitate non ſolum primum Fratrum Minorum, & ſecundum Clariſſarum, verum etiam Tertium Ordinem, de quo ſermonem facimus inſtituiſſe, nam vt legitur in Cronicis à Deo oraculum perpetuitatis obtin-

obtinuit pro ſuis Ordinibus, pro quorum conſeruatione in ſingulis eorum Regulis aſſignauit Superiores, qui deberent Nouitios recipere ad Ordinem, adeo quod Superior primæ Regulæ reciperet eos, qui vellent militare ſub prima; ſuperioriſſa eas virgines, quæ cuperent recipere habitum S. Claræ, Tertiarijs quoq; proprios ſui Ordinis Miniſtros aſſignauit, qui reciperent volentes ingredi in hanc Fraternitatem, & Ordinem Tertium.

5 Collige hinc, huiuſmodi ſpiritualem generationem dici vniuocam, quia per eam ſimile generat ſibi ſimile, & in eadem ſpecie, nam Dominicanus recipit ad religionem, & dominicanizat (liceat ita loqui) hoc eſt, facit profeſſum Dominicanum Nouitium poſt annum probationis, Minor minorizat ſuum Nouitium, & Tertiarius tertiarizat ſuum Nouitium, qui nuncupatur profeſſione Tertiarius; hinc apparet quod generatio hæc ſpiritualis habet vniuocationem, quia recipiens, & receptus ſunt eiuſdem Ordinis, & Religionis; atq; in hoc ars huiuſmodi ſpiritualis imitatur naturam, cuius generatio eſt vniuoca, nam homo hominem generat, Leo leonem, &c.

6 Hinc fit, quod extraneus, & non religioſus, quamuis ſit perſona publica, non poteſt recipere nouitium ad probationem, & profeſſionem alicuius Ordinis, Collegij, aut Congregationis, cuius ipſe non eſt profeſſor, nam ad ipſum non pertinet illam communitatem conſeruare in eſſe, neq; huiuſmodi generatio rationem habet vniuocationis. Quare Epiſcopus non poteſt Nouitium re-

7 cipere ad probationem, & profeſſionem, *Nauar. conſil. 40. de Regul. Sanch lib. 5. cap. 4. num. 74. Rodrr. tom. 3. q. 17. art. 11. cum ſuo Compend. reſol. 101. num. 63. Ego de profeſſ. regul. cap. 3. q. 3. 4. & 5.* vbi negaui de S. Congr. Legatis à Latere, & Epiſcopis. De ſuperioribus vnius Ordinis reſpectu alterius nulla eſt difficultas, quia extraneus vt talis non eſt perſona publica, niſi reſpectu ſuorum, ad quos habet iuriſdictionis, & ſuperioritatis relationem.

8 Beatus ergo Franciſcus Pater, & Fundator Tertij Ordinis ipſe immediate, & per alios Fratres eiuſdem Tertij inſtituti nonnullos recepit ad habitum probationis, & profeſſionem Nouitios, vt dictum fuit cap. 3. à num. 19. ad 22. vbi Bartolomæo Cumano dedit habitum cum facultate recipiendi alios ad Ordinem; po-

ſtea

ſtea quia nec ipſe Sanctus, nec Bartolomæus eius in Chriſto filius perpetuo victuri erant, in quibus ideo non poterat conſeruari Ordo iſte, idcirco hanc poteſtatem perpetuo reliquit ſuperioribus localibus, quos Miniſtros voluit nuncupari, vt legitur in cap. 2. Regulæ, eius tenoris.

9 *Cum autem Fraternitatem huiuſmodi quis intrare voluerit, Miniſtri ad receptionem talium deputati eius officium, ſtatum, & conditionem ſolerter explorent, ſibi Fraternitatis eiuſdem onera, & præcipue alienorum inſtitutionem apertius exponentes, Quibus præmiſſis, ſi eidem placuerit iuxta modum huiuſmodi induatur, & de alienis, ſi qua fuerint apud eum, ſatisfacere ſtudeat in pecunia numerata, vel ſecundũ exhibitam pignoris cautionem. Quibus omnibus ad effectum perductis, poſt vnius anni ſpatium, cum aliquorum Diſcretorum Fratrum conſilio, ſi is videbitur ipſis idoneus recipiatur.* Et infra. *Alio autem modo nullus à Miniſtris recipiatur eiſdem niſi viſum eis aliter fuerit conditione perſonæ, ac ipſius inſtantis ſolicita conſideratione diſcuſſis.* Ex his patet, ius & facultatem recipiendi volentes ingredi hunc Ordinem, reſidere ex vi Regulæ, & iure ordinario in Miniſtris huius Ordinis profeſſis, & non in alijs, quo pacto huiuſmodi ſpiritualis generatio dicitur vniuoca, iuridica, & legitima.

10 Annis præteritis fuit orta magna contentio, & tumultus multus inter Minores de Obſeruantia, & Tertiarios Regulares in Hiſpania, & Portugallia circa ius conferendi habitum Tertiarijs Secularibus, & re deducta ad Rotam Romanam, pro Minoribus exierunt tres Deciſiones contra Tertiarios Regulares, & tandem quarta producta fuit fauore vtriuſq; partis collitigantis; eas extendam infra ſub num. 44. vbi legi poterunt. Quid in hac re ego ſentiam paucis proferam, ſalua ſemper reuerentia Dominis de Rota debita.

11 Ego puto, ius conferendi habitum Tertiarijs ſecularibus ſemper competiſſe Miniſtris ipſis Tertiarijs ſecularibus; illudq; communicatum fuiſſe Miniſtris, & ſuperioribus eiuſdem Ordinis eleuati in Religionem. Generali vero de Obſeruantia competere, non ex vi præcitati capitis 2. Regulæ; neq; vt Generali Minorum, ſeu vt Generali Generaliſſimo; neq; ex aliquo indulto Apoſtolico, niſi à tempore Sixti IV. ſed præciſe ex conſuetudine, qua ſibi primo vſurpauit, vt demum quæſiuit hoc ius conferendi habi-

tum

tum Tertiarijs ſecularibus, iuxta limitationes infra dicenda. Eſt
autem differentia, quod in Miniſtris profeſſoribus eiuſdem Or-
dinis eſt huiuſmodi facultas immediate, & principaliter ex vi
Regulæ in Generali Minorum cumulatiue tantum. Singulæ par-
ticulæ ſunt probandæ.

12 Particula prima, quod ius dandi habitum ſemper fuerit in Mini-
ſtris profeſſoribus Tertij Ordinis ſecularis, conſtat, quia Regula,
in qua id conceditur eius Miniſtris ſemper extat in ſuo vigore
à nullo Pontifice quo ad hoc ſpeciale derogata, ergo in Miniſtris
viget ſemper hoc ius, in quibus eſt perpetuum, ſicut de ratione
eius Ordinis eſt perpetuitas. Et tertia Deciſio id non negat ſub
num. 80. §. Ne dicatur vbi refert ſimile de Confraternitatibus, in
quibus eorum Superiores recipiunt ſeculares petentes ingreſſum
in Confratriam.

13 Secunda particula, quod ex eleuatione eiuſdem Ordinis in Re-
ligionem communicatum ſit, & extenſum ad Superiores Tertij
Ordinis regulares ius conferendi habitum alijs ſecularibus Ter-
tiarijs, probatur. *Tum quia*, id conceditur in Bulla Clem. VII.
CCXII. & Pauli III. Bulla CCXXV. & Deciſ. 4. per totam. *Tum
quia*, eandem Regulam profitentur, & ſeruant in ijs, quæ non ad-
uerſantur ſtatui regulari, vt patet ex eorum forma profeſſionis;
huic autem ſtatui non repugnat, immo conforme eſt illud ius re-
cipiendi volentes ingredi hanc Congregationem, ergo illis hoc
ius eſt communicatum, hoc ipſo, quod communicant in obſerua-
tione eiuſdem Regulæ. Dico hoc ius fuiſſe communicatum, quia
non fuit totum translatum in eoſdem Fratres effectos regulares,
ſed remanſit apud alios, qui ſe non erexerunt in ſtatum religio-
14 ſum ſub tribus votis. Nec obſtat, quod nonnullæ Nationes in ſua
profeſſione promittant ſeruare Regulam Leonis X. quia ea in
hoc nihil differt à Regula Nicolai IV. & in cap. 2. Regulæ Leonis
fit mentio de receptione Nouitiorum religioſorum, nihil dicen-
do de receptione Tertiariorum, ac proinde hunc caſum vti omiſ-
ſum Leo X. reliquit diſpoſitioni iuris communis, l. Si extraneus
9. ff. de condict. cauſa data. Ius autem commune cap. Nouit, cap.
fin. ſupracitatorum habet, vt vnuſquiſq; ſuperior recipiat eos,
qui cum eo volunt eandem Regulam ſeruare, iuxta dicta ſuperi-
us de vniuoca generatione, & pariter iuris ſpecialis diſpoſitioni

Regulæ Nicolai Quarti, vt ſcilicet Tertiarij per Tertiarios reci-
piantur. *Tum quia*, identitas inter vtrumq; Ordinem Tertiarium,
ſecularem ſcilicet, & regularem continuo conſeruata, vt multis
probaui cap. 8. probat huiuſmodi ius communicatum Tertiarijs
15 religioſis, nam qui ſunt idem eodem iure cenſendi ſunt, *cap. Co-
gnouimus* 29. 12. *q.* 2. *cap. Cum in ſua* 30. *de decim. cap. Recolentes*
3. *de ſtatu regul.* Miniſtri autem ſecularis ius habet recipiendi
Nouitios, ergo & Miniſter eiuſdem Ordinis Regularis eandem
habet poteſtatem, aliter diuerſo iure cenſerentur contra ratio-
16 nem, *Tum quia* perſeuerantes in bono, & meliorem ſtatum quæ-
rentes, vt fecerunt Tertiarij Regulares effecti non debent eſſe
deterioris conditionis, immo melioris, quam alij talem ad ſtatum
non aſpirantes *arg. cap. Si ex bono* 8. *diſt.* 4. *de Pænit. cap. Eum qui*
18. *de præbend. in* 6. ius ergo conferendi habitum volentes ingre-
di remanſit in Tertiarijs, dum meliorem ſtatum profeſſione ſo-
lemni ſibi quæſierunt, ne dicamus, illos eſſe deterioris conditio-
nis, quam Tertiarii ſeculares. *Tum quia*, hic in Italia ſine vlla con-
tradictione Miniſtri conuentuum recipiunt huiuſmodi Tertia-
rios, quos & inſtruunt in obſeruatione Regulæ, & eiſdem Sacra-
menta Pænitentiæ, & Euchariſtiæ miniſtrant, licet etiam Guar-
diani Minorum aliis, qui volunt viuere ſub eorum protectione,
conferant habitum, noſtros non impedientes ab huiuſmodi fun-
ctione, ergo habent poteſtatem recipiendi volentes ingredi,
17 nam ab exercitio arguitur poteſtas inexiſtens in perſona agen-
te, ſicut ex facto oritur ius, *l. Si ex plagis* 53. § *in cliuo ff. ad legem
Aquil.*

18 Tertia particula, quod Generali de Obſeruantia id ius non
competat ex vi præcitati cap. 2. Regulæ, adeo clarũ eſt, vt proba-
tione non egeat; nam loquitur de Miniſtris profeſſis Tertiæ Re-
gulæ. Nec vrget, quod Regula ita diſponit: *Miniſtri ad receptio-
nem talium deputati*, nec videntur deputari debere ab alio, quam
à Generali Minorum, aut à Viſitatoribus, qui ſunt eiuſdem Or-
dinis Minorum. Nam reſpondetur, eam deputationem fieri per
electionem Miniſtri faciendam per Fratres Tertiarios eiuſdem
loci, ad formam iuris communis, ſecundum quod quælibet Con-
gregatio ſibi eligit proprium ſuperiorem, & id clare dicitur in
Regula Leonis X. cap. 5. his verbis: *Et eligentur per ſuos conuentus,*

vel

vel inſtituentur per ſuos Prouinciales Superiores, ſeu Viſitatorem Generalem. Et ſi ibi ſermo ſit de Miniſtris localibus regularibus eligendis per Fratres ſuorum conuentuum, id tamen facit etiam ad rem noſtram pro Tertiarijs ſecularibus, quorum Miniſtri debent eligere per Fratres eiuſdem loci, quia cum vtraq; Regula ſit eadem in ſubſtantialibus, quod obſcure dicitur in vna, clare exprimitur in altera. Deputatus ergo, ſeu electus ad Miniſteriatum ipſo iure cenſetur electus, & deputatus ad recipiendum Nouitios. Non ergo Generalis Minorum deputat Miniſt. um ad recipiendum Nouitios, ſicut nec eligit illum in officialem Fratrum.

19 Quarta particula, quod ei Generali ius conferendi habitum Tertiarijs non competat vt ſuperior eſt Minorum, nec vt Generaliſſimus, probatur, quia vt talis Generalis poteſtatem habet non excedentem ſphæram ſuæ actiuitatis, ſed limitatam ad ſuos proprios ſubditos ſuæ profeſſionis, vt actio eius ſit vniuoca inter agentem, & pactum eiuſdem profeſſionis; ſed Tertiarii non ſunt eiuſdem profeſſionis, nec proinde ſubiecti eius, ergo eius poteſtas non extenditur ad dandum habitum Tertiarijs, qui ſunt extra ſphæram eius actiuitatis. Confirmatur, tum ex illo Axiom. Cauſa limitata producit effectum limitatum, ex *l. Age 3. C. de Tranſact. l. In agris 16. ff. de aquirend. rer. domin.* Tum ex *Deciſ. 2. num. 73. & Deciſ. 3. num. 86. & Deciſ. 4. num. 118.* vbi conſideratur, non vt Generalis Minorum, ſed vt Tertij Ordinis Regularis ſuperior, ſecundum limitationes ibi datas, ergo ſub ea conſideratione ſpectatus apparet, vt Generalis Minorum nihil poſſe quoad conferendum habitum Tertiarijs.

Ex hac conſideratione infertur, in Tertio Ordine Regulari ſupponi eam poteſtatem dandi habitum, nam dum in Deciſ. 2. dicitur eam reduplicationem non obſtare, quia Minores de Obſeruantia non veniunt ex iure deuoluto per priuationem, ſed ex conſuetudine vſq; ab initio naſcentis Ordinis conſeruant habitum, ergo ſi venirent [illegible] Obſeruantes ex iure deuoluto, eorum Generalis vt Prælatus Ordinis Tertij Regularis daret habitum Tertiarijs; ſed [illegible] ſub hac conſideratione, & reduplicatione id faceret? Niſi quia [illegible] illum ius, quod habebat Generalis Tertij Ordinis, fuiſſet deuolutum, per hæc ergo ſupponitur in ſuperiore

Tertij Ordinis ius dandi habitum. Eadem quoque conſideratio refertur Deciſ. 3. in caſu, quo Tertiarij Regulares eſſent omnino diſtincti à Minoribus, conſequenter vtrobiq; ſupponitur facultas dandi habitum Tertiarijs ſecularibus, quod magis deducitur ex hac Deciſ. quia expreſſe falſum eſt, Tertiarios Regulares eſſe membra Minorum, & eſſe natos ex illis, vt multis probaui *cap. 3. num.* 27. 35. 43. *& cap.* 8. *num.* 77. *&* 79. De Conſideratione Generalis vt Prælati Tertiariorum *capitulo* 10. *num.* 31.

20 Sexta particula, quod Generalis de Obſeruantia nullum habeat indultum Apoſtolicum dandi habitum Tertiarijs, niſi à tempore Sixti Quarti in ſua ſub CLIX. ſubijcit Tertiarios ſeculares per vniuerſum orbem Generali, Prouincialibus, ac Vicarijs de Obſeruantia, & ad rem præſentem ait: *Volenteſque ad ipſum Tertium Ordinem, & illius viuendi modum aggregari, recipiendi, & habitum, ſiue mantellum, iuxta morem dicti Ordinis eis exhibendi.* Probatur, quia aliud non exhibetur, niſi hoc, de quo mentionem facit Miranda *parte prima quæſtione* 36. *articulo ſexto* licet ſequenti articulo ſeptimo dicat, Minores nullum habere indultum dandi habitum Tertiarijs. immemor, quod dixerat in præcedenti articulo *Rodriquez tomo tertio quæſtione* 72. *articulo primo in concl.* 3. *citati à Deciſ.* 3. *numero* 81. *ad* 83. vbi videntur citati duæ conceſſiones eiuſdem Sixti, ſed reuera vnica eſt. Et ea confirmata fuit à Iulio Secundo in ſua CLXXXIX. quæ poſtea per eundem Iulium reuocata fuit per aliam ſuam CXCI. Sed anno ſequenti eadem Bulla Sixti Quarti reuixit. per aliam eiuſdem Iulij ſub CXCII. Demum in omnibus, & per omnia ſupradictum indultum confirmatum, & refirmatum à Iulio Secundo reuocatum fuit per Clementem Septimum Bulla CCXII. & Paulum Tertium Bulla CCXXV. Itaque Generalis indulto conferendi habitum caret. Nec ſimpli-

21 citer verum eſt, eum, qui poteſt habitum auferre, poſſe eundem dare, quia licet verum ſit, quod qui poteſt dare, poteſt etiam auferre, quia res per quas cauſas naſcitur, per eaſdem diſſoluitur, non tamen res ſe habet è contra, cum agatur de re odioſa, non licet inferre à fauore ad odium, nec ab odio ad fauorem, cum in omnibus diſcrepent. Nec ex eo, quod aliquis

11 iure delegato aquirit ſuper aliquos iuriſdictionem, infertur ad omnem effectum, ſed tantum ad eos, qui continentur ſub commiſſione ſibi facta, videmus enim, quod Epiſcopus in multis corrigit Regulares, non tamen eorum Nouitios recipere poteſt, quia delegata poteſtas eſt limitata ad expreſſa in conceſſione. Pari ergo ratione, dum Minores de Obſeruantia ex indultis Apoſtolicis poſſunt Tertiarios corrigere, & punire eorum exceſſus etiam per ablationem mantelli, non ideo poſſunt eorum Nouitios recipere ad habitum, & profeſſionem, quia aliud eſt eſſe iudex exceſſum, aliud ſuperior ad conferendum habitum, ideo Sixtus IV. præter facultatem conceſſam Minoribus puniendi Tertiarios, eiſdem præterea dedit poteſtatem recipiendi eorum Nouitios, per hoc inſinuans, quod ex conceſſione vnius non infertur datio alterius.

12 Septima particula, qua dicitur Generalem Minorum ex conſuetudine aquiſiſſe poteſtatem huiuſmodi, alia ratione non probatur, niſi per exercitium, & multiplicatos actus conferendi habitum Tertiarijs, ante Bullam ſupradictam Sixti IV. Et ita probant Deciſiones 1. num. 56. & 3. num. 82. emanatæ pro illo. Sed hæc conſuetudo ſublata fuit per prædictas duas Bullas Clementis, & Pauli continentes decretum irritans, quod inficit quamlibet cōſuetudinem præteritam, & futuram, *Coccin. apud Lancr. tit. 4. de elect. cap. 21. n. 132. & 133.* reddit enim hominem incapacem, vt ibi dicitur, in terminis noſtris Deciſ. 5. num. 108.

13 Octaua particula, quod in Regularibus Tertiarijs ea facultas ſit immediate, & principaliter, in Generali vero Minorum ſolum cumulatiue, & ſecundario, probatur, quia in Tertiarijs eſt eodem modo quo eſt in eiſdem ſecularibus, & erat tempore Sancti Franciſci, nempe ex vi Regulæ, ergo principaliter, & immediate, atq; ratione ſui officij, illis ineſt, neceſſe ergo eſt, vt in Generali Minorum ſit acceſſorie, ſecundario, & cumulatiue, nam ſicut duo in ſolidum non poſſunt eſſe domini eiuſdem rei ſimul. l. Sicut certo 5. §. Si duobus vehiculum ff. commod. quod in terminis iuriſdictionis, quod duo in ſolidum ſimul eſſe non poſſunt Romani Pontifices, per eam propoſitionem vulgatam docet Auguſtinus de Bellis Ordinis Theatinorum in ſuo lib. de Abſoluta Petri Monarchia Aſſumpto 13. num. 167. ita neq; duo poſſunt eſſe domini

eiuſdem iuriſdictionis. Deinde, quando vni datur iuriſdictio,
26 quam alter antea habebat, dicitur conceſſa poſteriori cumulatiue abſq; priuatione eius, qui ea ante vtebatur, niſi concedens expreſſe addat priuationem, expreſſe cap. Per hoc 17. de hæret. vbi Papa per hoc, quod conceſſit Inquiſitoribus negotium hæreticæ prauitatis, aſſerit, ſe id munus non abſtuliſſe Epiſcopis, de qua re *Pariſ. de Conſid. benef. q. 79. à n. 41. & ſeq.* adeo quod in dubio cenſetur conceſſa cumulatiue, non priuatiue eius, qui antea illam exercebat, ex communi Doctorum allegatorum à Barboſa *in Cod. tom. 1. l. 1. C. de offic. Præfecti Vrbi, num. 5.* Sed Tertiarij ſeculares ab exordio Ordinis iuriſdictionem habebant ex cap. 2. Reg. dandi habitum volentibus aggregari ſuo Ordini, antequam Generalis Minorum illam conſuetudine aquireret, vt ex dictis clarum eſt, & in eadem communicarunt Tertiarij Regulares ex vi eiuſdem capitis Regulæ, ergo præfuit in Tertiarijs antequam eſſet in Generali ſiue ex conſuetudine, ſiue ex conceſſione illi facta à Sixto IV. anno 1471. exiſtentibus Tertiarijs Regularibus initio decimæ quartæ centuriæ, iuxta probata cap. 8. Ergo Ge-
27 neralis Minorum venit in hoc iure cumulatiue, cum in eo ſit poſterior. Nec abſurdum eſt, quod Tertiarij hoc ius habeant principaliter, & Generalis acceſſorie, & cumulatiue, quia etiam Epiſcopus licet dignior quolibet prælato regulari, cum ſuperiore, & Abbate regularibus iuriſdictionem habet cumulatiue, quam illi ex officio, & principaliter exercent, *Gonzal in Regul. 8. Cancell §. 2. Proæm. n. 20. Barb. ad ſeſſ. 25. cap. 11. n. 25.* Quando igitur aliquis aquirit iuriſdictionem conſuetudine, vel conceſſione contra habentem eam iure ordinario, intelligitur quæſiſſe illam cumulatiue, non autem priuatiue, vt in terminis noſtris reſoluit *Rota Deciſ. 4. ex Baldo, Aretino, & Romano num. 27.*

28 Adde, quod non debet eſſe melioris conditionis aquirens iuriſdictionem ex conſuetudine, quam eam habens ex officio ſuo, & iure præſcripto, ex eo quod ſibi quærens iuriſdictionem ex con-
29 ſuetudine, initio peccat, nam ea incipit per actus peccaminoſos, quandocunq; eſt contra legem, ita omnes cum *Bonac. de conſuet. p. fin. §. 3. n. 45. Caſtropal. par. 1. tract. 3. diſp. 3. p. 2. § 1. num. 6.* Ergo Generalis Minorum, qui initio ſibi vſurpauit alienam iuriſdictionem actibus peccaminoſis non debet eſſe melioris conditio-

nis

nis in eo, quod dicatur habere ius conferendi habitum principaliter, contra Superiores Tertiarios, qui illud ius non ex initio vſurpatiuo, ſed ex iuſto iure ſui officij, & Regulæ ſemper habuerunt, conſequenter immediate, & principaliter. Et ideo dixi in concluſione, quod Generalis ab initio hoc ius ſibi vſurpauit, & poſtea ſibi illud legitime aquiſiuit, ſi tamen retinuit, poſita præſcriptione quadraginta annorum ad cap. Auditis 15. de præſcript.

30 Colligitur ex prędictis, Generalem non amplius ſe tueri poſſe prędictis indultis, & conſuetudine, quia ſublata fuerunt per pręfatas Bullas Clementis VII. & Pauli III. Quibus non obſtant *primo* altera Bulla CCXIX. dicti Pauli, tum quia hęc fuit anterior ad Bullam pręcitatam, poſteriora enim derogant prioribus, ex vulgatis iuribus. Tum etiam, quia ſi eſſet poſterior, non vrgeret, quia Bullam Clementis non reuocauit, nec deſtruxit, ſed tantum reduxit ad terminos iuris communis; eſt autem de iure communi, quod vnuſquiſq; ordo habeat ſuperiores ex propria profeſſione, qui nouitios recipiant pro ſuo ordine conſeruando.

Nec obſtat *ſecundo* Bulla CCXXXIII. quę eſt Pij V. de extinctione Generalis Tertij Ordinis ex proprijs, & ſuppoſitione omnium Fratrum, & Sororum eiuſdem Ordinis regimini Generalis, & Prouincialium Miniſtrorum de Obſeruantia, cum facultate eos viſitandi, carcerandi, puniendi, ac ſtatuendi ſuper ijs, & alijs ipſum Ordinem tangentibus non tamen Regulæ eorum, & ſacris canonibus contrarijs, quaſi ex hac extinctione Generalis Tertij Ordinis, & ſubiectione reuixerit indultum, & conſuetudo pręcitata in Generali Minorum dandi habitum Tertiarijs ſecularibus. Quia cum hæc ſubiectio reſtringatur ad Tertiarios Regulares in Ordine ad viſitationem, & reformationem eorundem, poteſtas in hac Bulla conceſſa Minoribus quo ad reformationem, & viſitationem, non eſt extendenda ad facultatem recipiendi Tertiarios ſeculares, qui per hanc Bullam non ſubijciuntur viſitationi, & reformationi Minorum. Confirmatur id, quia Superioribus Minorum Bulla nihil concedit contra Regulam Tertij Ordinis, nec aufert eiſdem aliquid ab illis contra Regulam, ſed ſolum ſubijcit illos eorum viſitationi, & reformationi; ſi autem auferret eiſdem poteſtatem conferendi habitum Tertiarijs, ageret contra Regu-

lam Nicolai IV. quæ illis dat ius conferendi habitum, non verò viſitandi, quod eſt conforme eidem Regulæ cap. 16. vt Viſitatores ſint alterius Ordinis.

Nec obſtat *tertiò* Bulla CXIX. vbi Eugenius IV. Vicario Obſeruantiæ Prouinciæ S. Antonij dat facultatem recipiendi Tertiarios vtriuſq, ſexus viuentes in communi in partibus Foriuilij diœceſis Aquileienſis, à fortiori habitantibus in proprijs domibus. Quia hoc indultum ſublatum fuit per ſupradictas Bullas Clementis VII. & Pauli III. Vel dic illud indultum eſſe pro illa Prouincia, & non pro omnibus ſuperioribus Minorum.

Nec obſtat *quartò* conceſſio facta à Generali Minorum Fratribus Reformatis Congregationis Franciæ recipiendi ad habitum Tertiarios vtriuſq; ſexus in proprijs domibus habitantes; quæ conceſſio fuit firmata per Bullam CCLXIII. Pauli V. Tum quia
31 quandoq, petuntur ea, quæ aliunde habentur, vt magis quietè poſſideantur, ſolet enim timeri, quod ſpecialiter indulgetur *arg. cap. Quamquam 6. diſt.* 23. & vt tollatur aliorum vexatio. Tum quia Generalis Minorum non ex ſe, ſed ex indulto Apoſtolico
32 ſibi facto eam poteſtatem ſpeciali modo confert Reformatis, licet eam haberent ex Regula; & id expreſſe habent Literæ patentes Generalis in Bullario ipſorum Reformatorum fol. 103. ibi: *Volentes pijs illorum votis benigniter proſpicere ex indulto ampliſſimo à S. Sede Apoſtolica nobis conceſſo, plenariam, & omnimodam poteſtatem dilecto filio noſtro R. P. Prouinciali omnibuſq Guardianis Fratrum Pænitentium Tertij Ordinis S. Franciſci Reformatorum eiuſdem Regni Franciæ concedimus, vt quaſcunq vtriuſq ſexus perſonas ad obſeruationem dicti Nicolai IV. Regulam iuxta eiuſdem ſtatuta recipere, veſtire, tegere, & congregare liberè poſſint, & valeant.* Et cum non conſtet, an per Bullam, an per oraculum fuerit à Sede Apoſtolica conceſſum illud indultum Generali, dubitatur de illius ſubſiſtentia ex parte Generalis, cum potius videatur oraculum, quam Breue, aut Bulla, ideo ſub reuocatione aliorum oraculorum comprehenditur ex parte Generalis, quod tamen valet ex parte Reformatorum, cum conceſſio eis facta fuerit firmata per ſupradictam Bullam Pauli V. quæ in eodem illorum Bullario ſubiungitur. Ac proinde Prouinciales, & Superiores
33 locales Congregationis Franciæ, & alij Tertiarij cum illis communi-

municantes in priuilegijs non ſolum ex vi Regulæ Nicolaitæ verum etiam ex præfata conceſſione Pauli V. conferre poſſunt habitum Tertiarijs habitantibus in proprijs domibus. Nota, quod Scriptor Literarum patentium Generalis ignorat, quo nomine appellentur ſuperiores locales, in Tertio Ordine tum ſeculari, tum regulari, vocantur enim ex Regula Miniſtri, non Guardiani, vt in dictis Literis patentibus nuncupantur.

34 In eiſdem literis Generalis prohibet ſuis Fratribus de Obſeruantia, ne quemquam recipiant ad habitum abſq; conſenſu Prouincialis Tertiariorum his verbis: *Prohibemus etiam Fratribus noſtris, ne quaquam abſq; Tertiariorum Prouincialis conſenſu veſtiant, vel recipiant, ſed tantum liceat eidem Prouinciali recipere, regere caſtigare vt iam conceſſum fuerat Tertiarijs Italiæ, iuxta conſtitutionem Sixti Papæ IV. quæ ſic incohatur: Sedes Apoſtolica, &c.* in noſtro Bullario CLVIII.

Nec obſtant *quinto*, quæ habentur in Deciſ. 3. à num. 79. quod videtur abſurdum, vt ipſi Tertiarij Regulares poſſint impedire Fratres Minores eorum ſuperiores, ne habitum conferant Tertiarijs ſecularibus, & cum illis velint concurrere iuxta illud Iſaiæ cap. 10. *nunquid gloriabitur ſecuris contra eum, qui ſecat in ea, aut exaltabitur ſera contra illum, qui trahit eam.* Et videtur multum conſentaneum, vt Tertiarij ſeculares recipiant habitum à capite prout eſt Generalis Minorum, & ab ipſis Minoribus potius, quam à Tertiariis Regularibus, qui ſunt quaſi membra ipſius Ordinis Minorum.

Nam negatur hoc abſurdum, quod ſupponit, Tertiarios Regulares eſſe in omnibus ſubiectos Generali, & alijs Fratribus de Obſeruantia, & eſſe eorum membra, ac ſi non eſſet Ordo diſtinctus à primo. Si quidem notum eſt apud omnes, Tertium Ordinem eſſe diſtinctum omnino à primo, *vt patet ex alijs Deciſ. & late probaui cap.* 3. 26. 27. *&* 43. Subiectio autem eſt præciſe reſpectu Fratrum Vltramontanorum, qui ſolo Generali ſubduntur, & non alijs ſuperioribus de Obſeruantia, cap. 10. num. 23. nam Clemens VIII. Tertiarios Hiſpanos, & Gallos exemit ab obedientia ſuperiorum Prouincialium, & aliorum de Obſeruantia relinquendo eos ſoli Generali ſubiectos, & Galli eiuſdem Specialem habent Bullam CCLI. vt ſint ſubiecti ſoli Generali, Commiſſario,

ac Nationali ſuperioribus Minorum; & vt ſupra viſum fuit, ipſe Generalis alijs ſuperioribus prohibuit receptionem Tertiariorum. Ex quibus tollitur abſurdum gratis aſſertum, conſequenter ſecuris, & ſecura.i.ius dandi habitum ſunt in propria manu dominorum ſuorum, qui ſunt ſuperiores Tertij Ordinis Regularis, qui non ſunt ſerui, neq; inſtrumenta Minorum in operando, ſed propria virtute, & poteſtate ſibi à Regula, & iure communi conceſſa dant habitum ſuis Tertiarijs.

Nec obſtat *ſexto* quod dicitur in eadem Deciſ. 3. num. 79. quod conſuetudo fauet euidenter Minoribus, nam Seraphicus poſt inſtitutionem Ordinis Minorum, de anno 1221. inſtituit alium Tertiariorum, & ad eum recepit Bartolomæum Cumanum Aduocatum. qui poſtea recepit alios ſuos commilitones ad habitum vti executor merus eiuſdem S. Franciſci, & deinde poſt eius mortem Fratres Minores proſecuti ſunt recipere huiuſmodi Ter-
35 tiarios ex conſuetudine, vt teſtantur *Gonzaga par. 1. Hiſtor. & Miranda par. 1. q. 36. art. 7. & ad hoc deducitur etiam cap. 16.* Regulæ, vbi licet de conſilio recipere poſſunt Viſitatores ex Ordine Minorum, tamen idem Nicolaus IV. in alia Bulla illud conſilium redegit in præceptum, vt ſcilicet Tertiarii ſubeſſent Minoribus, ex cuius ſubiectione colligitur ius conferendi habitum volentibus ingredi.

Nam contra eſt. Tum quia hæc conſuetudo paritur difficultates ex ſupradictis, & ex Deciſ. 4. prope finem. Tum quia potius oppoſitum deducitur ex dictis, eo enim ipſo, quod S. Pater inſtituit Tertium Ordinem, & ad eum recepit Bartolomæum, & per hunc, cui dederat facultatem, alios recepit, infertur potius Tertiarios habitum recepiſſe ab alijs Tertiarijs, ſi dictus F. Bartolomæus alios recepit ad Ordinem. Nec verum eſt, quod Bartolomæus
36 fuerit merus executor S. Franciſci, ſed ea poteſtate vtebatur ex duplici capite, primo poteſtate ſibi ſpecialiter delegata, quæ in illo perdurauit etiam poſt mortem S. Franciſci, quia fuit gratia facta, quam cæpit exequi ante eius mortem, & cum haberet tractum ſucceſſiuum cum eo durauit vſq; ad mortem, & ſicut S. Pater voluit Tertium Ordinem à ſe inſtitutum perpetuo permanere, ita perpetuam F. Bartolomæo facultatem Nouitios recipiendi dedit ſcilicet vſq; ad mortem, & mirum non eſt, ſi *Marcus Vlixbon.*

bon.

*bon.par. 1.Cronic. lib.2.ſub cap. 33.§. Fù vn homo trà gli altri di
queſt'Ordine chiamato Bartolomeo Procuratore de liti. Laonde creb-
be in tanta ſantità di vita e famigliarità del Padre S.Franceſco, che
gli diede l'autorità di poter riceuere e gl'homini, e le donne del Terz
Ordine in luogo ſuo.* Dixit, S. Franciſcum F. Bartolomæo dediſſe
auctoritatem, *in luogo ſuo pro tempore* recipiendi Nouitios pro
hoc Ordine, quia ea facultas reſpiciebat propagationem Ordi-
nis, ac proinde conſentaneum eſt dicere eam fuiſſe perpetuam in
eo. Nec vrget, quod dicitur in Deciſ. 2. num. 7. non reperiri ea
verba *in luogo ſuo pro tempore*, apud D. Antoninum par. 3. Hiſtor.
tit.24. cap.7.§.3.fol.235. citatum in Margine à præfato F. Mar-
co, quia ibi duo citantur, dictus S. Antoninus, & Cronicæ anti-
quæ, quæ diuerſa ſunt, vt apparet in calce Epiſtolæ ad Lectores,
& quod non dixit vnus, potuit dicere alter; præterquamquod ea
clauſula comprehenditur ſub tenore facultatis conceſſæ recipi-
endi perſonas vtriuſq; ſexus indifferenter, de qua non dubitatur,
dum enim eam poteſtatem S. Pater delegauit, mandauit, vt F.
Bartolomæus in locum ſuum reciperet ad habitum Tertij Ordi-
37 nis, nam delegatus vices gerit delegantis, cap. Sane 11. de offic.
deleg. nihil enim proprij habet, ſed alterius iuriſdictionem exer-
cet, *l. Solet 16. ff. de iuriſc. omn. iud. Gloſ. v. Impendant extr. com. 2. de
ſepult.* Et cum S. eam poteſtatem dederit ad propagandum Ordi-
nem, ſequitur, quod *pro tempore* dederit. Siue ergo ea clauſula
exprimatur, ſiue non, neutrum parum refert, ſufficit, quod conſtet
de conceſſione, ad quam illi modi ſequuntur.
38 F. Bartolomæus non ſolum delegatam habebat poteſtatem dan-
di habitum alijs Tertiarijs à S. Patre, ſed etiam Ordinariam, & ex
officio per cap.2. Regulæ, nam à S. Patre deputatus fuit Miniſter
aliorum, vt colligitur ex Annalibus Vadingi, cuius verba retuli
cap.8. num.25, proinde eſto non duraſſet in eo facultas ab homi-
ne poſt mortem delegantis, quod negamus, quia erat gratia fa-
cta, & re non integra, quæ non expirat per mortem concedentis,
39 *cap. Relatum 19. cap. Gratum 20. de offic. deleg. cap. Si ſuper 3. eod. in
6. cap. Sicut 36. de prabend.* Viguiſſet ea, quam habebat ex Re-
gula. Nec quis de hac duplici facultate delegata, & ordinaria
dubitare debet, quia ſupponitur à Doctoribus, dum quærunt,
quando iudex procedere poteſt ex duplici poteſtate, quanam

ex illis vſus fuerit, reſpondent enim in dubio præſumi vſum ſu-
40 iſſe efficaciore *Nauar.tom.2.q.3.de Reddit. mon. 7. num.3.& con-
ſil.6.de conuerſ.infidel.num.36.& conſil.4 de offic.deleg.num.3.*
41 Demum ad reliqua obſtantiæ reſpondetur, conſilium datum Tertiarijs recipiendi in Viſitatores Minorum Sacerdotes ſemper remanſiſse tale non ſolum ex Regula, ſed etiam ex alia eius Bulla XI. & de hac arbitraria ſubiectione multa dixi cap. 6. fere per totum, & cap. 10. num.3.& 4. Sed quicquid ſit de Subiectione
42 quo ad Viſitationem, certum eſt ex ea non inferri ius ad conferendum habitum Tertiarijs, quia iam Regula ad ius aſſignauerat eorum Miniſtris, ergo aſſignatio Viſitatoris reſtringitur ad correctionem, & inſtructionem tantum, vt dicitur in eodem cap. *16*. Regulæ, vbi conſulitur receptio Minorum in Viſitatores.
43 Quod ſubiungitur in Decif. 3. num. 80. præteritis temporibus non fuiſse Tertiarios Regulares, ſed ſolum Seculares, quorum ius erat recipiendi ſuos, ſicut confratres alios ſuos confratres recipiunt; non eſt, inquiunt, contra Minores, qui cauſam non habent cum Tertiarijs Secularibus, ſed cum Regularibus, qui ſunt illis ſubiecti, ac proinde etiam quo ad hoc, vt Tertiarij Seculares à Minoribus tantum recipiantur. Dic tu eſſe, quia eædem rationes, quæ faciunt pro ſecularibus, faciunt etiam pro regularibus, ex ſupra probatis, & adductis ſub cap. 8. ſupra.
44 Subjicio nunc præcitatas quatuor Deciſiones, quas extraxi ex parte 2, tomi primi Nouiſſ m. apud Paulum Rubeum, quem tomum ego voco *6*. in ordine, quaru n prima habetur ſub num. 577. Secunda 584. tertia ſub num. *618*. quæ eſt vltima illius tomi.

DECISIO PRIMA.

*IN hac Deciſione habita die Veneris 25. Maij 1635. coram R.P. Piro-
uano Vlixbonenſi de iure conferendi habitum, diſputatur, ad quem pertineat conferre habitum Tertij Ordinis S. Franciſci Tertiarijs ſecularibus, an ad Fratres regulares eiuſdem Ordinis, an ad Minores de Obſeruantia. Eam autem extendit etiam Tambur. de iure Abbatiſſ. Deciſ. 27. eius qui ſequitur, tenoris.* Que-

Quæſitum fuit, omiſſa diſputatione ſuper poſſeſſorio ſummarijſſimo retinendæ, an conſtet de bono iure in caſu, de quo agitur, quod eo tendit, ad quem pertineat dare habitum Tertij Ordinis S. Franciſci, vel Fratribus Tertiarijs, vel Minoribus de Obſeruantia. Et conſtare de bono iure Fratrum de Obſeruantia fuit reſponſum.

Fundamentum huius relationis deſumitur ex primordiali exiſtentia Ordinis Fratrum Minorum de Obſeruantia, quia tempore naſcentis Religionis Seraphici Patris tres ab eo emanarunt diſtincti Ordines Fratrum, ſcilicet Minorum, quem anno Domini 1208. & ſuæ ætatis 27. Conuerſionis vero 2. Sanctus inſtituit. Secundum pro mulieribus de anno 1212. ſub vexillo S. Claræ. Tertium Pœnitentium de anno 1221. & hic poſtremus cæptus
45 eſt nuncupari Tertius Ordo, cuius omnes cuiuſcumq; qualitatis, ſexus, & ſtatus capaces ſunt, Clerici, Laici, Coniugati, Virgines, Viduæ, & Coniugatæ extra Clauſtra degentes, & in proprijs domibus habitantes, & ordinem ingredi, & profiteri poſsunt. *Gloſ. in Clem. Cum ex eo, vbi Vital. num. 3. Imola num. 4. de ſent. excom. Calder. conſil. 7. de foro compet. Feder. de Senis conſil. 150. num. 2. Gemin. conſ. 41. num. 2. Socin. ſen. conſ. 245. num. 1. vol. 2.*
46 Ab eodemq; Sancto præſcriptæ fuerunt trino ordini certę Regulę, quarum prima, & ſecunda Minorum, & mulierum ab Honorio III. fuerunt confirmatæ. Vltima vero pro Tertiarijs non prius à Sede Apoſtolica, quam de anno 1290. ſub Nicolao IV.
47 apparet confirmata. Seculis poſtmodum elapſis ab erectione Tercij Ordinis, & interim auctis gratijs, & priuilegijs ſpiritualib. tamquam ab hoc genere, & cætu vniuerſali emanauit Regularis
48 Ordo Tertij Ordinis in ſua ſpecie magis perfectus quo ad habitum, & viuendi modum, & votorum ſolemnem emiſſionem, cuius confirmatio contigit primo de anno 1507. ſub Iulio II. & poſtmodum de anno 1521. Leonis X. Pontificatus anno octauo (*ſed reuera non eſt ita, cum Sixtus IV. approbauerit ſolemnitatem votorum emiſſorum, & emittendorum de anno 1480. vt notaui hic ſub cap. 8. num. 10.*) ex quibus tamquam in facto non controuertis plura ſequuntur (*pateſt tamen controuerſia*) Primo, quod facultas conferendi habitum Fratribus, & Sororibus laicis ex vi Regulæ à Nicolao IV. approbatæ, non autem alio iure pertinere dignoſci-

gnoſcitur. Secundo antequam hęc ſpecies Tertij Ordinis regularis à ſuo genere eſſet deſumpta, vel ab eodem producta, huiuſmodi facultas conferendi habitum in ſuſpenſo eſſe non potuit, nec fuit. Nec per alios, quam Miniſtros Minorum Fratrum in ſuis caſibus exerceri potuit. Tertio, quod hæc ſpecies viuendi in maiori perfectione tamquam producta à ſuo genere ex ſe non eſt apta aſſumere priuatiue omnes qualitates generi adhærentes, niſi ab habente facultatem fuerint conceſſæ.

Prima propoſitio euidenter probatur. Quia Canones, & antiqui Doctores de Ordine ipſo Tertio Regulari mentionem non faciunt, ſed tantummodo de Tertiarijs in ſeculo degentibus, vt videre licet ex ſupradicta *Clem. Cum ex eo, & ponunt Vital. Imola, Calder. & alÿ ſupra allegati, & idem dicunt Bald. in l. Licet num.* 13. *C. de ſacroſ. eccleſ. Angel. conſil.* 218, *num.* 1. *& ſeq.* Vnde ſemper ad cognitionem pertinentiæ iſtius juris conferendi recurrendum eſt ad Regulam auctoritate Apoſtolica confirmatam, tamquam ad ius certum, & caſum legis *l. Ancilla C. de furtis Dec. conſ.* 563. *num.* 12. *& in terminis de Bella ponunt Nauar. de Spolÿs cleric.* §. 6. *car.* 36, *Caualcan decis.* 44. *num.* 3. *Surd. conſ.* 333. *num.* 12.

Secunda pariter conſequentia concludenter iuſtificatur. Nam quod facultas tradendi habitum nonquam in ſuſpenſo eſſe potuerit, aut fuerit, patet, quia Sanctus à die conſtitutionis iſtius ordinis cæpit conferre multis habitum, & ſucceſſiue idem fecerunt Miniſtri ſucceſſores vſq; ad confirmationem Regulæ ſub Nicolao IV. de anno 1290. quando quidem eo tempore non vigebat Regularis Ordo Tertij Ordinis; neq; Fratres, aut Sorores ante confirmationem erant certi ex vi Regulæ, an poſſent eligere à ſeipſis, & de ſeipſis Miniſtros, ad quos ſpectabat dare habitum ingredi volentibus, ſed tunc fuit determinatum, & per modum conſilij ab eodem Nicolao IV. in confirmatione Regulæ, vt Miniſtros de ſe ipſis eligerent; & deinde antequam hæc ſecunda proles fæcundaretur, ſtatim conuentum facere non potuerunt in omnibus reſpectiue orbis vniuerſi ciuitatis, caſtellis, & locis pro deputatis Miniſtris iuxta formam Regulæ cap. 2. & 16. ſed erat expectandum incrementum ſufficiens pro conuentu faciendo in eccleſijs, vel alijs locis religioſis; & interim certum eſt, quod ab alijs, quam Miniſtris Minorum de Obſeruantia habitus conferri non potuerit,

rit, & tamen infinitos habitus Tertij Ordinis recepiſſe vſq; ad an-
num 1290. teſtantur omnes Croniſtæ huius ſacræ religionis,
*Marcus Vlixbon. par. 1. Cronic. Min. lib. 1. cap. 33. & lib. 9. cap. 9. P.
Gonzaga in ſua Cron. par. 1. §. Cum autem, pag. 3. Miranda in ſuo
Manuali Prælator. & in expoſit. Reg. cap. 1. num. 9. cum alijs, qui poſ-
ſent allegari.* Quæ facultas, ſeu iuriſdictio vltra prætenſas Bullas,
& priuilegia apoſtolica, ſi quæ ſunt, illam tamen dare potuit con-
49 ſuetudo legitime per tot ſecula præſcripta, *cap. Conqueſtus 9. q. 3.
cap. Irrefragabili §. 1. cap. Dilectus, de offic. ordin. & cap. Cum con-
tingat, de foro compet.* Vbi Ioannes Andr. dicit, quod hoc alibi
non reperitur, quod conſuetudo tribuat iuriſdictionem, & Abbas
ibidem num. 5. reaſſumit dicens; duo eſſe, quæ poſſunt dare iu-
riſdictionem, priuilegium, & conſuetudo, & pluribus ibidem
comprobat *Felin. & Filenius Surd. conſil. 465. num. 4. & ſeq. lib. 4.*
Neque obſtat, quod hæc ipſa conſuetudo ceſſauerit ſuperueniente
Bulla confirmationis Regulæ de anno 1290. ſub Nicolao IV. in
qua expreſſe determinatur, quod Fratres habere debeant Mini-
ſtros ex ſe ipſis. Regula autem cap. 2. tribuit iuriſdictionem con-
50 ferendi habitum Miniſtris, non autem Fratribus Minoribus, &
quod plus eſt cap. 16. Regulæ confirmatæ poſtquam ſancitum
eſt, quod Miniſtri, & Fratres, & Sorores ciuitatis, & loci cuiuſli-
bet ad viſitationem communem in aliquo loco religioſo, vel ec-
cleſia conueniant, ſubditur: *Et Viſitatorem habeant ſacerdotem,
qui alicuius approbatæ religionis exiſtat, nec quiuis alius poſſit eis
huiuſmodi officium viſitationis exhibere.* Vnde dicebatur, ſi offici-
um Viſitatoris non eſt conceſſum Minoribus de Obſeruantia, ſed
51 ſacerdoibus indiſtincte approbatæ religionis, per quod & ſub-
iectio, ac iuriſdictio reſpectiue inducitur, *cap. Conquerente, de off.
ordin. Socin. de Viſitat. num. 4. Verſ. Decimo quarto Rota deciſ. 196. n.
2. par. 2. diuerſ.* Et facultas dandi habitum eſt pænes Miniſtros ab
ipſo cætu Fratrum, & Sororum electos, non autem Minores Fra-
52 tres, & hoc pariter fit de iuriſdictione, cap. Transmiſſæ de elect.
Lapus Allegat 89. num. 12. conſuetudo ipſa tamquam pugnans,
& incompatibilis cum Apoſtolica conceſſione ceſſare debebit,
Bart. in l. Nam & poſteriores, de legib. Abbas conſil. 51. lib. 1. & per
conſequens Minores neq; priuilegium, neq; conſuetudinem con-
ferendi habitum habere dici poterunt. *Alex. conſil. 108. col. vlti-*

ma lib. 3. Menoch. plene comprobant præſumpt. 38. num. 8. lib. 6.

Quia aduerterunt Domini, quod hodie non ſunt in cauſa Fratres, &
Sorores vniuerſi vti vniuerſi, neq; particulares ex ſingulis ciuita-
tibus, & locis ex toto orbe, qui contendant ſe eſſe exemptos à
iuriſdictione Fratrum Minorum, vel per viſitationem, vel per fa-
cultatem conferendi habitum à proprijs Miniſtris, ſed tantum-
modo Regularis Ordo Tertiarius, & Minores de Obſeruantia
ſuper iure conferendi habitum Tertiarijs laicis Fratribus, & So-
roribus Tertij Ordinis in ſuis caſibus, nempe quando prædicti
non habent Miniſtros, vel Viſitatores in ciuitatibus, & locis, in
quibus contigit fidelibus habitum petere, vel quando non ſint
apti habere Miniſtros, vel Viſitatores, & in vno, vel duobus, qui
vniuerſitatem, vel conuenium facere non poſſunt, quamuis in
vno, vel duobus poſſit conſeruari *l. Neratius 85. ff. de verb. ſignif.
cap. 1. cum Gloſ. in v. Duo, de elect.* Et tunc conſuetudo aquiſita
ſemper in ſuis caſibus conſeruat iuriſdictionem, nec per legem
53 ſuperuenientem abrogatur, aut tollitur, modo conſuetudo, quæ
vim legis habet, in aliquo etiam modico poteſt operari, ita plene
huic Regulæ declarationes quatuor ſubnectit idem *Menoch. præ-
ſumpt. 38. num. 14. lib. 6.*

Tertia, & vltima illatio minorem continet difficultatem, quia ſpeci-
es Ordinis Regularis Tertij Ordinis deſumptæ ex genere vniuer-
ſalis Ordinis omnibus indiſtincte competentis, non eſt apta de
ſe aſſumere in ſe omnes qualitates vniuerſalis Ordinis priuando
illam facultate deputandi Miniſtros, & de proprio cætu eligen-
dos, & ſacerdotes, & pro viſitatione, & correctione deputandos,
& in ſe aſſumere eandem facultatem, & ſeu facultates conferendi
habitum priuatiue quo ad vniuerſitatem, quia generi nonquam
54 per ſpeciem derogatur, niſi quando contraria determinantur
per Principem, legem, ſtatutum, conſuetudinem, vel præſcriptio-
nem, aut ab habentibus facultatem contrariam generi diſponen-
di, *Dec. in l. In toto iure num. 11. & ibi Cagnol. num. 9. in fine ff. de
reg. iur. Menoch. conſil. 141. num. 37. & in præſumpt. 38. num. 14. lib.
6. Surd. conſ. 352. num. 13. vol. 3.* Et bene conuenit exemplum de
55 eccleſia filiali erecta intra fines Matricis, quæ in ſeparatione
non priuat Matricem ſuo iure percipiendi decimas, nec gauden-
di iuribus parochialibus, niſi ab habente facultatem id ſanctum

fuerit,

fuerit, cap. *Ad audientiam; de eccleſ. ædificand. vbi Abbas, & alij Canoniſtæ; & idem ſancitum eſt per Tridentinum cap. 4. ſeſſ. 21.* & nouiſſime in Rota fuit reſolutum ſequendo antiquas deciſiones in cauſa Nouar. decimanona 18. Iunij 1635. coram D. meo Veroſpio.

Erit igitur de intentione Regularis Ordinis probare aquiſitionem iuris conferendi habitum, vt inde appareat de bono iure excluſiuo Ordinis Fratrum de Obſeruantia, quod quidem adhuc probatum non eſt, nec iuſtificatum viſum fuit.

Non enim iuuari poteſt ex eo, quod Ordo Minorum non doceat de aliqua carta, in qua hoc ius ſcriptum reperiatur, & hanc negatiuam admittat Miranda eiuſdem Ordinis Minorum profeſſus
56 in ſuo *Manuali Prælator. tom. 1. q. 36. art. 7.* dicens, ex priuilegiorum Collectore non reperiri aliquod Breue, ſeu Bullam conceſſam Fratribus Minoribus circa hanc materiam recipiendi Fratres, a. Sorores ad habitum Tertij Ordinis.

Nam ſuperius ſublata eſt huiuſmodi difficultas, quia ne dum priuilegio, ſed & conſuetudine aquiritur iuriſdictio, propterea ad aquiſitionem iuris priuatiui non ſufficit probare non ius tertij, niſi etiam probetur proprium ipſius Ordinis Tertij, *Menoch. de Adipiſcen. remed. 1. num. 68. Theſaur. deciſ. 4.*

Neque ad caſum controuerſum pertinent, quod ab origine Seraphicus Pater inſtituerit Ordinem Tertium omnino ſeparatum & independentem ab alijs, & ſeparatas Regulas præſcripſerit;
57 & dum Sanctus viuebat, iuſſit Bartolomæum Cumanum Tertiarium profeſſum pluribus alijs habitum conferre, & dum Tertiarij non erant Regulares ſibi ad inuicem habitum conferebant allegando Cronicham Religionis in par. 1. lib. 1. pag. 178. n. 14.

Quoniam & hoc præſupponitur per Fratres de Obſeruantia, quod ante confirmationem Regulæ de Tertiarijs vſq; ad Nicolaum IV. infiniti receperint habitum, tam à P. Seraphico, quam à ſuc-
58 ceſſoribus Miniſtris, vel ipſis mediantibus, quod idem eſt, & poſt Regulæ confirmationem ex vi eiuſdem Miniſtri Tertij Ordinis ex ſe ipſis electi habitum durent ingredi petentibus. Sed in conſequentia conſiſtit error, ſi dicatur; ergo ius conferendi, quod non ſpectat ad Minores de Obſeruantia, ad Tertiarios Regulares pertinere debet, quia quod eſt conceſſum Tertiarijs ab

ipſa Regula: Ipſi quidem Fratres Minores non poſſunt mutare, & ſibi ipſis appropriare, nempe deputare Miniſtros ex ſeipſis, & eligere Viſitatorem, de quibus hodie non eſt agendum, quia vt dictum ſupra fuit, in cauſa Tertiarij laici, & ſeculares non ſunt, ſed tantummodo Regulares Tertiarij, & Minores de Obſeruantia; & propterea non ſequitur, quod in alijs caſibus in Regula non comprehenſis non potuerint iuriſdictionẽ aquirere, nã aſſerentib. ad ipſos tale ius fuiſſe deuolutũ incumbit onus probandi.

Secundo principaliter non obſtat ius poſitiuum pro Tertiarijs allegatum ex Bullis Summorum Pontificum, & innumeris, vt dicitur conſtitutionibus Apoſtolicis Eugenij IV. Nicolai V. Leonis X. Clementis VIII. Pij V. ponderando præcipue illam Clem. VII. 1526. 15. Martij, anno 4. in qua dicebatur, confirmari conſtitutiones Eugenij IV. Nicolai V. Sixti IV. Iulij II. Leonis X. & de nouo concedi quo ad habitum, quem ipſe ſolus Viſitator, & non alius in Hiſpania conferre poſſit.

Quia ex tenore ſupradictarum Bullarum, & conſtitutionum non legitur prouiſum, quod iuriſdictio dandi habitum Miniſtris ab ipſo cætu Confratrum, & Sororum reſpectiue electis de ſeipſis à Nicolao IV. conceſſa, pertineat, aut pertinere debeat Regulari Ordini Fratrum Tertij Ordinis, aut deuoluta intelligi debeat; neq; minus in caſibus, in quibus non eſſent electi Miniſtri de ſe ipſis, aut nominati Viſitatores, quod ius conferendi habitum ſpectat ad Regulares Tertiarios, qui eſt proprie caſus controuerſus, ex quo deputatis iam Miniſtris ſecundum formam Regulæ per Nicolaum IV. approbatæ, neq; Minores, neq; Tertiarij poſſunt priuare Congregationes ſuo iure ipſis non auditis, & in cauſa non exiſtentibus, & ſignanter Bulla prædicta Clementis VII. quæ in corpore refert alias prædeceſſorum Pontificum Bullas, & confirmat, nihil de Regula Nicolai IV. mutauit, aut deſtruxit, ſed tantummodo quo ad Tertiarios Regulares Tertij Ordinis plura ſancita ſunt, de quibus hodie non eſt quæſtio cum Minoribus de Obſeruantia, ſed quis ipſorum habeat ius conferendi habitum in ſeculo, & in proprijs domibus degentibus, atq; ita de iure tertij quæſito eſt controuerſia, non autem de ſubiectione Tertij Ordinis Regularis.

Et eo minus videatur releuare ſententiæ in ſummario datæ cum literis

teris executorialibus. Quia vltra quod adhuc non ſunt de actis, & earum lectura patet, eas continere facultatem viſitandi perſonas, & loca Religioſorum, & Monialium Tertij Ordinis, ſeu Tertiæ Regulæ S. Franciſci, atq; ita ad Regulares Tertij Ordinis, ſeu Tertiæ Regulę S. Franciſci, atq; ita ad Regulares Tertij Ordinis, non autem ad laicos extra clauſtra, & congregationes viuentes, qui non dicuntur propriè Religioſi, iuxta declarationem Leonis X. factam vltima Auguſti, ſui Pontificatus anno quinto, quæ ponitur per Sillam Collectorem par. 2. pag. 64.

Demum nec poteſt in obſeruantia, aut poſſeſſione conſtitui fundamentum. Quia attenta anteriori, & indubitata poſſeſſione Fratrum Minorum, & cum tempore ſufficienti ad aquirendum titulum in iure conferendi habitum, vt ſupra fuit firmatum, de hac poſteriori quatenus eſſet probata, non eſſet in concurſu habenda ratio, cap. Licet cauſam, de probat. *Rota deciſ. 596. n. 2. par. 1. Diuerſ. Theſaur. deciſ. 206. in fine Menoch. de Retin. remed. 3. n. 733. cum alijs allegatis per Gratian. Diſcept n. 1. & 2. Et ita, &c.*

DECISIO SECVNDA.

59 P*Er hanc deciſionem expeditam die Lunæ 17. Decembris 1635. coram Reuer. Pirouano confirmatur precedens Deciſio, & probatur pluribus, quod ius conferendi habitum Tertiarijs ſecularibus ſpectat ad Fratres Minores de Obſeruantia, excluſiis Fratribus Tertiarijs Regularibus. Extenditur à Paulo Rubeo tom. 6. ſub Deciſ. 584. & à Tambur. de iure Abbatiſſ. Deciſ. 26.*

Cauſa repropoſita concluſum fuit, ſtandum eſſe in deciſ. 25. Maij præteriti. Quoniam verum eſt, Fratres de Obſeru. ab initio, & origine Ordinis, viuente Seraphico Patre, & poſt eius glorioſum obitum contuliſſe Tertiarijs habitum, & in hac cõſuetudine fundare intentionem, cõtra Regulares Tertiarios, nam Deciſio, quæ reuidetur ponit triplum Ordinem à Seraphico Patre emanatum ab anno 1208. ſcilicet Fratrum, Mulierum, & Tertium de Pænitentia de anno 1221. certis Regulis, & Mulieribus pręſcriptis, & inde ab Honorio III. confirmatis Tertiarijs vero non religionem, ſed certum viuẽdi modum, & veſtiendi honeſtum pręſcripſit, qui à Nicolao IV. ſub alijs Regulis diſtinctus fuit, & approbatus, ac demum ducentis annis, & vltra elapſis ſub Leone X. Regularis Ordo Tertiarius fuit erectus, & confirmatus (*apparet tamen ex hoc capite oppoſitum.*)

Pro Tertiarijs ſecundum diſtinctionem triũ temporũ ab eiſdẽ præmiſſam, idem in primo tẽpore narratur ab origine vſq; ad Nicol. IV. qui Regulam per modum, & tenorem per Sanctũ præſcriptã confirmauit, & in eo, quod dicitur, Seraphicũ Patrẽ ſuo tempore multis habitum contuliſſe, teſtantur Sacri Ordinis Cronicę nempe Epiſcopus Portuenſis *in par. 1. Cronic. Minor. lib. 2. cap. 33. fol. 216. & lib. 9. cap. 1. Epiſc. Mant. Gonzaga in ſua Cron. par. 1. §. Cum autem fol. 3. Miranda ſuper Regula Tertiar. c. 13. vſq; ad c. vltimum.* Et fuerunt, qui habitum ab eod. Sãcto receperunt, vt aliqui inter cæteros recenſentur, vltra integrum populũ de Carniero, de quo in prima part. Cron. *Portuenſ. lib. 2. fol. 217. necnon alios relatos à Mirand. c. 13. pag. 70. & 73. & ex eiſdem Hiſtor. ab an. 1222.* vſq; 60 ad an. 1231. B. Bona, Bartolomæus Cumanus Aduocatus, Matthæus Rubius Caietanus, qui fuit pater Nicol. III. omiſſis alijs, & ab an. 1231. à Miniſtris Fratrib. habitum ſuſceperunt Eliſabeth Vngariæ Regina, B. Emiliana, & aliæ perſonæ in eiſd. Cronicis relatę. Non tamen eſt verum, quod pro Tertiar. Ord. aſſeritur, eũdem Seraphicum deputaſſe in caput, & ſupremum ſuperior. Bartolomæum Cumanum ab ipſo ſancto receptum, & cũ omnimoda poteſtate, & auctoritate alios ad habitum recipiendi, in æternum ei, & ſucceſſorib. data; nam & ſi de dicto Bartolomæo loquatur Cronica, quæ datur in ſummar. n. 1. quã ſcripſit F. Marcus Vlixbon. in 1. p. lib. 2. fol. 217. dicatur inter alios huius Ordinis Ter. quendam nuncupatum Bartolomeum litium Procurat. qui ad eã vitæ ſanctitatem, & cũ ſancto familiaritatem peruenit, vt illi daret facultatem recipiendi viros, & mulieres ad Ordinem Tertiar. ſubdendo (*in luogo ſuo per ſempre*) & informãtes pro Tertiarijs adduunt alia verba, nempe cum omnimoda poteſtate, & auctoritate alios ad Ord. recipiendi, in eternum ſibi, & ſucceſſorib. attamen vnde Cronica deſumpſerit hanc partem ponitur in Margine dicti folij 217. nempe ex antiqua Cronica S. Antonini, qui fuit Archiepiſcopus Florent. in qua talia non leguntur *in ſua 3. parte Hiſtor. tit. 24. cap. 7. §. 3. Verſ. Anno Domini 1223. fol. 235.* ſed tantummodo habentur ſequentia verba: *Anno Domini 1223. fuit quidam in Italia Bartolomæus nomine, qui audita fama B. Franciſci, ad eius prædicationem aduocationem ſuam deſerens, ſub*

ſub honeſto habitu, & Tertia Regula dignos pænitentiæ fructus facere ſatagebat, & tantam cum B. Franciſco familiaritatem contraxerat, quod Sanctus recipiendi Fratres ei conceſſerat facultatem. Sed de tempore, aut perpetua ſucceſſione nullum verbum.

De ſecundo autem tempore à Nicolao IV. ad Nicolaum V. Fratres
62 de Obſeruantia non diſcordant cum Tertiarijs, quia Regula Nicolai IV. ab vniuerſo cætu Tertiariorum obſeruata fuerit, quo ad omnes tam ſub obſeruantia, & in communi viuentes, quam quo ad coniugatos, virgines, & alios in cælibatu viuentes, ac modum viuendi, & reſpectiue veſtiendi, & opera caritatis exercendi.

Tertium tempus à Nicolao V. vſq; ad Tertiarios Regulares formales erectos ſub Leone X. (*reuera erant ante, vt probatur in hoc capite*) cum & illud cum actibus ſubſecutis in tempore illo intermedio pertineat ad vniuerſum cætum cuiuſcunq; generis perſonarum Tertiariorum, nec Tertiarios Regulares tangere poſſit, cum adhuc non eſſent in rerum natura, nihil obſtare poterit veritati facti, quod Seraphicus Pater, & ſucceſſores contulerint habitum ingredientibus Tertium Ordinem, neq; diſpoſitioni iuris, quod ex hac conſuetudine Ordini Minorum primordialiter erecto iuriſdictio conferendi habitum quæſita fuerit, per *cap. Conqueſtus 9. q. 3. cap. Irrefragabilis §. 1. cap. Dilectus, in princ. de offic. ordin. cap. Cum contingat de foro comp. Abbas, Felin. Ioan. Andr. & alij per Surd. conſil. 465. num. 15. lib. 4.* qui in prima Deciſione fuerunt allegati, quibus accedunt plene hanc concluſionem firmantes *Bellamera conſ. 40. Alberic. conſ. 197. num. 15. Menoch. tract. de imper. & iuriſd. lib. 2. cap. 2. num. 2. Bald. conſil. 338. num. 1. lib. 1. Sanch. lib. 5. cap. 4. num. 64. & idem fuit firmatum in Sabin. Montis Rotundi Verſ. Neque obſtare 25. Iunij* 1627. coram D. meo D. Ca-
63 no; & hanc eandem conſuetudinem conferendi habitum, ſuadeat Miranda in Manuali par. 1. q. 36. art. 7. in principio dicens: *Licet non reperiatur aliquod Breue, ſeu Bulla conceſſa Fratribus Minoribus, vt poſſint recipere aliquos Fratres, vel Sorores, qui vocentur Tertiarij, ſiue de Pænitentia, & in proprijs domibus habitent, nihilominus ſufficit antiqua conſuetudo, quæ ab initio Ordinis fuit ſemper in praxi.* Quæ verba, & veritatem facti conſueti, & iuris diſpoſitionem in præſuppoſito deductam bene comprobant. Vnde niſi Regulares Tertiarij aliunde doceant ius conferendi habitum ad

rendi habitum, quæ ex conſuetudine præſcripta erat pænes Fratres de Obſeruantia ad Regulares Tertiarios fuiſſe deuolutam, aut inter ipſos tamquam de cætu vniuerſali conſeruatam, quamuis poſt ſecula in Regularem Ordinem erectos; nam & ſi opponatur ceſſare iuriſdictionem Minorum de Obſeruantia ex vi Regulæ per Nicolaum IV. confirmatæ de anno 1289. dum in fine Bullæ idem Pontifex voluit, quod huiuſmodi Fratres habere debeant Miniſtros de ſe ipſis, & in cap. 2. Regulæ approbatæ determinetur, quod Miniſtri deputati recipiant Fratres, & Sorores habitum ſuſcipere volentes, & in cap. 16. indulta ſit facultas eligendi in Viſitatorem virum religioſum ex aliqua religio-
68 ne approbata, quæ omnia videntur inferre iuriſdictionem, & quidem diſtinctam, & ſeparatam ab ordine Fratrum de Obſeruantia, *Bart. in l. Nam & poſteriores ff. de legib. cum alijs allegatis à Menoch. præſumpt. 38. num. 8. lib. 6.* Attamen eadem prima Deciſio reſpondet, quod ius conferendi habitum à Miniſtris electis à ſeipſis reſpicit Ordinem Tertiariorum in vniuerſum qui cum vt vniuerſales, neq; vt ſingulæ Congregationes ſint in cauſa pro definitione propriæ exemptionis, ſed tantummodo Regularis Ordo Tertiarius, & Fratres Minores ad inuicem contendentes de iure tertij, Congregationes illæ inualidæ non ſunt ſpoliandæ ſuis facultatibus per Nicolaum IV. indultis ex vi Regulæ approbatæ; & ita intrare non poteſt conſequentia deuolutionis huiuſmodi iuris ad Ordinem Regularem Tertiarium, qui de tempore Regulæ Nicolai non extabat, ſed poſt ducentos fere annos superuenit. Et interim ſunt conſeruandi Minores Obſeruantes in eorum iure conferendi in ſuis caſibus, quando Congregationes non deputant Miniſtros, vel antequam illæ non ſint erectæ in ciuitatibus, vel locis orbis vniuerſi, quod ſemper ſuſtinetur etiam in modico, in quo poteſt operari, Menoch. eadem præſumpt. 38. num. 14. & ſeq. lib. 6.

Neque obſtat, quod Ordo Regularis Tertiarius cum ipſo vniuer-
69 ſali Ordine fuerit ſemper edem, & independens conſeruatus à quacunq; religione etiam Minorum, tam ante erectionem huius in formalem Regulam, quam poſt Ordinis prædicti erectionem, vt probari dicebatur ex conſtitutione *Eugenij IV. de anno 1442. menſe Februarij, eius Pontificatus anno duodecimo, & ex alia Nicolai*

colaiV. de anno 1459. menſe Maij, eius Pontificatus anno quarto apud Sillam de priuileg. Tertij Ordinis pag. 30. & 40.

Quoniam ex illa Eugenij quicquid datum eſt Fratribus in communi viuentibus reſpectu Viſitatoris, & iuriſdictionis in Fratres prædictos nihil pertinet ad Fratres, & Sorores ſeparatim in eorum domibus viuentes, de quibus toto tenore Bullæ ponderato non agitur; & quod magis eſt, emanauit pro certis Regnis Caſtellæ, & Legionis, à quibus ad vniuerſas ciuitates, & mundi lo-
70 ca non licet inferre, neq; de vna ſpecie iuriſdictionis viſitandi ad aliam ſpeciem conferendi habitum extendi poteſt, vt infra dicetur.

Ex conſtitutione autem Nicolai V. quæ emanauit pro Leodienſi diœceſi, & in forma commiſſaria plura determinãtur pro Fratribus tantum in communi, & ſub obſeruantia tunc viuentibus. Et de prædictis non eſt quæſtio in hac diſputatione, in qua agitur de ſecularibus, non autem de Regularibus, uel tunc in communione ſub obſeruantia uiuentibus; plura etiam pro Fratribus ſecularibus in proprijs domibus degentibus ſtatuuntur, quæ omnia ſi ponderentur, clare conſtabit conſtitutionem eſſe localem pro diœceſi Leodienſi, quæ non admittit extenſionem, & in forma commiſſaria datam, quæ debet probari in narratis iuſtificata, & effectuata per obſeruationem ſubſecutam; nec aduerſari Regulæ Nicolai IV. niſi in Miniſtro, ſiue Viſitatore Generali, & ſuperioritate illius, ac in eo, quod eſſe debeat de Fratribus in communi, & obſeruantia uiuentibus, in cæteris uero firma manet Regula, quod in toto orbe ad Miniſtros de ſeipſis ſpectet ius dandi habitum. Vnde non eſt difficultas, an uiuentes in communi, & ſub obſeruantia, tam ante erectos in Regulares, quam poſt fuerit ſemper idem Ordo independens conſeruatus, & unũ corpus cum alijs, ſed cum contendat contra Obſeruantes Minores habentes fundatam intentionem in iuriſdictione per conſuetudinem aquiſitam, ut ſupra fuit firmatum, docere debent quam iuriſdictionem tunc habuerint, uel nunc habeant dandi habitum laicis ſeparatim uiuentibus, ſcilicet coniugatis, uiduis, uirginibus, aut alijs in cælibatu uiuentibus, quorum Fratrum, & Sororum iuriſdictioni ciuitatis, uel loci cuiuslibet non legitur
71 derogatum. Et nihilominus de illorum ſeparatione ab uniuerſo

ordine

gnoſcitur. Secundo antequam hęc ſpecies Tertij Ordinis regularis à ſuo genere eſſet deſumpta, vel ab eodem producta, huiuſmodi facultas conferendi habitum in ſuſpenſo eſſe non potuit, nec fuit. Nec per alios, quam Miniſtros Minorum Fratrum in ſuis caſibus exerceri potuit. Tertio, quod hæc ſpecies viuendi in maiori perfectione tamquam producta à ſuo genere ex ſe non eſt apta aſſumere priuatiue omnes qualitates generi adhærentes, niſi ab habente facultatem fuerint conceſſæ.

Prima propoſitio euidenter probatur. Quia Canones, & antiqui Doctores de Ordine ipſo Tertio Regulari mentionem non faciunt, ſed tantummodo de Tertiarijs in ſeculo degentibus, vt videre licet ex ſupradicta *Clem. Cum ex eo, & ponunt Vital. Imola, Calder. & alij ſupra allegati, & idem dicunt Bald. in l. Licet num. 13. C. de ſacroſ. eccleſ. Angel. conſil. 218, num. 1. & ſeq.* Vnde ſemper ad cognitionem pertinentiæ iſtius iuris conferendi recurrendum eſt ad Regulam auctoritate Apoſtolica confirmatam, tamquam ad ius certum, & caſum legis *l. Ancilla C. de furtis Dec. conſ. 563. num. 12. & in terminis de Bulla ponunt Nauar. de Spolijs cleric. §. 6. car. 36, Caualcan decis. 44. num. 3. Surd. conſ. 333. num. 12.*

Secunda pariter conſequentia concludenter iuſtificatur. Nam quod facultas tradendi habitum nonquam in ſuſpenſo eſſe potuerit, aut fuerit, patet, quia Sanctus à die conſtitutionis iſtius ordinis cæpit conferre multis habitum, & ſucceſſiue idem fecerunt Miniſtri ſucceſſores vſq; ad confirmationem Regulæ ſub Nicolao IV. de anno 1290. quando quidem eo tempore non vigebat Regularis Ordo Tertij Ordinis; neq; Fratres, aut Sorores ante confirmationem erant certi ex vi Regulæ, an poſſent eligere à ſeipſis, & de ſeipſis Miniſtros, ad quos ſpectabat dare habitum ingredi volentibus, ſed tunc fuit determinatum, & per modum conſilij ab eodem Nicolao IV. in confirmatione Regulæ, vt Miniſtros de ſe ipſis eligerent; & deinde antequam hæc ſecunda proles fæcundaretur, ſtatim conuentum facere non potuerunt in omnibus reſpectiue orbis vniuerſi ciuitatis, caſtellis, & locis pro deputatis Miniſtris iuxta formam Regulæ cap. 2. & 16. ſed erat expectandum incrementum ſufficiens pro conuentu faciendo in eccleſijs, vel alijs locis religioſis; & interim certum eſt, quod ab alijs, quam Miniſtris Minorum de Obſeruantia habitus conferri non potuerit,

rit, & tamen infinitos habitus Tertij Ordinis recepiſſe vſq; ad an-
num 1290. teſtantur omnes Croniſtæ huius ſacræ religionis,
*Marcus Vlixbon. par. 1. Cronic. Min. lib. 1. cap. 33. & lib. 9. cap. 9. P.
Gonzaga in ſua Cron. par. 1. §. Cum autem, pag. 3. Miranda in ſuo
Manuali Prælator. & in expoſit. Reg. cap. 1. num. 9. cum alijs, qui poſ-
ſent allegari.* Quæ facultas, ſeu iuriſdictio vltra prætenſas Bullas,
& priuilegia apoſtolica, ſi quæ ſunt, illam tamen dare potuit con-
49 ſuetudo legitime per tot ſecula præſcripta, *cap. Conqueſtus 9. q. 3.
cap. Irrefragabili §. 1. cap. Dilectus, de offic. ordin. & cap. Cum con-
tingat, de foro compet.* Vbi Ioannes Andr. dicit, quod hoc alibi
non reperitur, quod conſuetudo tribuat iuriſdictionem, & Abbas
ibidem num. 5. reaſſumit dicens, duo eſſe, quæ poſſunt dare iu-
riſdictionem, priuilegium, & conſuetudo, & pluribus ibidem
comprobat *Felin. & Filenius Surd. conſil. 465. num. 4. & ſeq. lib. 4.*
Neque obſtat, quod hæc ipſa conſuetudo ceſſauerit ſuperueniente
Bulla confirmationis Regulæ de anno 1290. ſub Nicolao IV. in
qua expreſſe determinatur, quod Fratres habere debeant Mini-
ſtros ex ſe ipſis. Regula autem cap. 2. tribuit iuriſdictionem con-
50 ferendi habitum Miniſtris, non autem Fratribus Minoribus, &
quod plus eſt cap. 16. Regulæ confirmatæ poſtquam ſancitum
eſt, quod Miniſtri, & Fratres, & Sorores ciuitatis, & loci cuiusli-
bet ad viſitationem communem in aliquo loco religioſo, vel ec-
cleſia conueniant, ſubditur: *Et Viſitatorem habeant ſacerdotem,
qui alicuius approbatæ religionis exiſtat, nec quiuis alius poſſit eis
huiuſmodi officium viſitationis exhibere.* Vnde dicebatur, ſi offici-
um Viſitatoris non eſt conceſſum Minoribus de Obſeruantia, ſed
51 ſacerdoibus indiſtincte approbatæ religionis, per quod & ſub-
iectio, ac iuriſdictio reſpectiue inducitur, *cap. Conquerente, de off.
ordin. Socin. de Viſitat. num. 4. Verſ. Decimo quæro Rota deciſ. 196. n.
2. par. 2. diuerſ.* Et facultas dandi habitum eſt pænes Miniſtros ab
ipſo cætu Fratrum, & Sororum electos, non autem Minores Fra-
52 tres, & hoc pariter fit de iuriſdictione, cap. Tranſmiſſæ de elect.
Lapus Allegat 89. num. 12. conſuetudo ipſa tamquam pugnans,
& incompatibilis cum Apoſtolica conceſſione ceſſare debebit,
Bart. in l. Nam & poſteriores, de legib. Abbas conſil. 51. lib. 1. & per
conſequens Minores neq; priuilegium, neq; conſuetudinem con-
ferendi habitum habere dici poterunt. *Alex. conſil. 108. col. vlti-*

ma lib. 3. Menoch. plene comprobant præſumpt. 38. num. 8. lib. 6. Quia aduerterunt Domini, quod hodie non ſunt in cauſa Fratres, & Sorores vniuerſi vti vniuerſi, neq; particulares ex ſingulis ciuitatibus, & locis ex toto orbe, qui contendant ſe eſſe exemptos à iuriſdictione Fratrum Minorum, vel per viſitationem, vel per facultatem conferendi habitum à proprijs Miniſtris, ſed tantummodo Regularis Ordo Tertiarius, & Minores de Obſeruantia ſuper iure conferendi habitum Tertiarijs laicis Fratribus, & Sororibus Tertij Ordinis in ſuis caſibus, nempe quando prædicti non habent Miniſtros, vel Viſitatores in ciuitatibus, & locis, in quibus contigit fidelibus habitum petere, vel quando non ſint apti habere Miniſtros, vel Viſitatores, & in vno, vel duobus, qui vniuerſitatem, vel conuentum facere non poſſunt, quamuis in vno, vel duobus poſſit conſeruari *l. Neratius 85. ff. de verb. ſignif. cap. 1. cum Gloſ. in v. Duo, de elect.* Et tunc conſuetudo aquiſita ſemper in ſuis caſibus conſeruat iuriſdictionem, nec per legem
53 ſuperuenientem abrogatur, aut tollitur, modo conſuetudo, quæ vim legis habet, in aliquo etiam modico poteſt operari, ita plene huic Regulæ declarationes quatuor ſubnectit idem *Menoch. præſumpt. 38. num. 14. lib. 6.*

Tertia, & vltima illatio minorem continet difficultatem, quia ſpecies Ordinis Regularis Tertij Ordinis deſumptæ ex genere vniuerſalis Ordinis omnibus indiſtinctè competentis, non eſt apta de ſe aſſumere in ſe omnes qualitates vniuerſalis Ordinis priuando illum facultate deputandi Miniſtros, & de proprio cætu eligendos, & ſacerdotes, & pro viſitatione, & correctione deputandos, & in ſe aſſumere eandem facultatem, & ſeu facultates conferendi habitum priuatiue quo ad vniuerſitatem, quia generi nonquam
54 per ſpeciem derogatur, niſi quando contraria determinantur per Principem, legem, ſtatutum, conſuetudinem, vel præſcriptionem, aut ab habentibus facultatem contrariam generi diſponendi, *Dec. in l. In toto iure rum. 11. & ibi Cagnol. num. 9. in fine ff. de reg. iur. Menoch. conſil. 141. num. 37. & in præſumpt. 38. num. 14. lib. 6. Surd. conſ. 352. num. 13. vol. 3.* Et bene conuenit exemplum de
55 eccleſia filiali erecta intra fines Matricis, quæ in ſeparatione non priuat Matricem ſuo iure percipiendi decimas, nec gaudendi iuribus parochialibus, niſi ab habente facultatem id ſanctum

fuerit,

fuerit, cap. *Ad audientiam; de eccleſ. ædificand. vbi Abbas, & alij Canoniſtæ; & idem ſancitum eſt per Tridentinum cap. 4. ſeſſ. 21.* & nouiſſime in Rota fuit reſolutum ſequendo antiquas deciſiones in cauſa Nouar. decimanona 18. Iunij 1635. coram D. meo Veroſpio.

Erit igitur de intentione Regularis Ordinis probare aquiſitionem iuris conferendi habitum, vt inde appareat de bono iure excluſiuo Ordinis Fratrum de Obſeruantia, quod quidem adhuc probatum non eſt, nec iuſtificatum viſum fuit.

Non enim iuuari poteſt ex eo, quod Ordo Minorum non doceat de aliqua carta, in qua hoc ius ſcriptum reperiatur, & hanc negatiuam admittat Miranda eiuſdem Ordinis Minorum profeſſus
56 in ſuo *Manuali Prælator. tom. 1. q. 36. art. 7.* dicens, ex priuilegiorum Collectore non reperiri aliquod Breue, ſeu Bullam conceſſam Fratribus Minoribus circa hanc materiam recipiendi Fratres, a Sorores ad habitum Tertij Ordinis.

Nam ſuperius ſublata eſt huiuſmodi difficultas, quia ne dum priuilegio, ſed & conſuetudine aquiritur iuriſdictio, propterea ad aquiſitionem iuris priuatiui non ſufficit probare non ius tertij, niſi etiam probetur proprium ipſius Ordinis Tertij, *Menoch. de Adipiſcen. remed. 1. num. 68. Theſaur. deciſ. 4.*

Neque ad caſum controuerſum pertinent, quod ab origine Seraphicus Pater inſtituerit Ordinem Tertium omnino ſeparatum & independentem ab alijs, & ſeparatas Regulas præſcripſerit;
57 & dum Sanctus viuebat, iuſſit Bartolomæum Cumanum Tertiarium profeſſum pluribus alijs habitum conferre, & dum Tertiarij non erant Regulares ſibi ad inuicem habitum conferebant allegando Cronicham Religionis in par. 1. lib. 1. pag. 178. n. 14.

Quoniam & hoc præſupponitur per Fratres de Obſeruantia, quod ante confirmationem Regulæ de Tertiarijs vſq; ad Nicolaum IV. infiniti receperint habitum, tam à P. Seraphico, quam à ſuc-
58 ceſſoribus Miniſtris, vel ipſis mediantibus, quod idem eſt, & poſt Regulæ confirmationem ex vi eiuſdem Miniſtri Tertij Ordinis ex ſe ipſis electi habitum durent ingredi petentibus. Sed in conſequentia conſiſtit error, ſi dicatur; ergo ius conferendi, quod non ſpectat ad Minores de Obſeruantia, ad Tertiarios Regulares pertinere debet, quia quod eſt conceſſum Tertiarijs ab

S ipſa

ipſa Regula: Ipſi quidem Fratres Minores non poſſunt mutare,
& ſibi ipſis appropriare, nempe deputare Miniſtros ex ſeipſis, &
eligere Viſitatorem, de quibus hodie non eſt agendum, quia vt
dictum ſupra fuit, in cauſa Tertiarij laici; & ſeculares non ſunt,
ſed tantummodo Regulares Tertiarij, & Minores de Obſeruan-
tia; & propterea non ſequitur, quod in alijs caſibus in Regula
non comprehenſis non potuerint iuriſdictionẽ aquirere, nã aſſe-
rentib. ad ipſos tale ius fuiſſe deuolutũ incumbit onus probandi.

Secundo principaliter non obſtat ius poſitiuum pro Tertiarijs al-
legatum ex Bullis Summorum Pontificum, & innumeris, vt dici-
tur conſtitutionibus Apoſtolicis Eugenij IV. Nicolai V. Leonis
X. Clementis VIII. Pij V. ponderando præcipue illam Clem.
VII. 1526. 15. Martij, anno 4. in qua dicebatur, confirmari con-
ſtitutiones Eugenij IV. Nicolai V. Sixti IV. Iulij II. Leonis X. &
de nouo concedi quo ad habitum, quem ipſe ſolus Viſitator, &
non alius in Hiſpania conferre poſſit.

Quia ex tenore ſupradictarum Bullarum, & conſtitutionum non
legitur prouiſum, quod iuriſdictio dandi habitum Miniſtris ab
ipſo cætu Confratrum, & Sororum reſpectiue electis de ſeipſis à
Nicolao IV. conceſſa, pertineat, aut pertinere debeat Regulari
Ordini Fratrum Tertij Ordinis, aut deuoluta intelligi debeat;
neq; minus in caſibus, in quibus non eſſent electi Miniſtri de ſe
ipſis, aut nominati Viſitatores, quod ius conferendi habitum
ſpectat ad Regulares Tertiarios, qui eſt proprie caſus contro-
uerſus, ex quo deputatis iam Miniſtris ſecundum formam Re-
gulæ per Nicolaum IV. approbatæ, neq; Minores, neq; Tertiarij
poſſunt priuare Congregationes ſuo iure ipſis non auditis, &
in cauſa non exiſtentibus, & ſignanter Bulla prædicta Clementis
VII. quæ in corpore refert alias prædeceſſorum Pontificum Bul-
las, & confirmat, nihil de Regula Nicolai IV. mutauit, aut de-
ſtruxit, ſed tantummodo quo ad Tertiarios Regulares Tertij
Ordinis plura ſancita ſunt, de quibus hodie non eſt quæſtio cum
Minoribus de Obſeruantia, ſed quis ipſorum habeat ius confe-
rendi habitum in ſeculo, & in proprijs domibus degentibus, atq;
ita de iure tertij quæſito eſt controuerſia, non autem de ſubie-
ctione Tertij Ordinis Regularis.

Et eo minus videntur releuare ſententiæ in ſummario datæ cum li-

teris

teris executorialibus. Quia vltra quod adhuc non ſunt de actis, & earum lectura patet, eas continere facultatem viſitandi perſonas, & loca Religioſorum, & Monialium Tertij Ordinis, ſeu Tertiæ Regulæ S. Franciſci, atq; ita ad Regulares Tertij Ordinis, ſeu Tertiæ Regulę S. Franciſci, atq; ita ad Regulares Tertij Ordinis, non autem ad laicos extra clauſtra, & congregationes viuentes, qui non dicuntur proprie Religioſi, iuxta declarationem Leonis X. factam vltima Auguſti, ſui Pontificatus anno quinto, quæ ponitur per Sillam Collectorem par. 2. pag. 64.

Demum nec poteſt in obſeruantia, aut poſſeſſione conſtitui fundamentum. Quia attenta anteriori, & indubitata poſſeſſione Fratrum Minorum, & cum tempore ſufficienti ad aquirendum titulum in iure conferendi habitum, vt ſupra fuit firmatum, de hac poſteriori quatenus eſſet probata, non eſſet in concurſu habenda ratio, cap. Licet cauſam, de probat. *Rota decif. 596. n. 2. par. 1. Diuerſ. Theſaur. decif. 206. in fine Menoch. de Retin. remed. 3. n. 733. cum alijs allegatis per Gratian. Diſcept n. 1. & 2. Et ita, &c.*

DECISIO SECVNDA.

59 PEr *hanc deciſionem expeditam die Lunæ 17. Decembris 1635. coram Reuer. Pirouano confirmatur præcedens Deciſio, & probatur pluribus, quod ius conferendi habitum Tertiarijs ſecularibus ſpectat ad Fratres Minores de Obſeruantia, excluſis Fratribus Tertiarijs Regularibus. Extenditur à Paulo Rubeo tom. 6. ſub Deciſ. 584. & à Tambur. de iure Abbatiſſ. Deciſ. 26.*

Cauſa repropoſita concluſum fuit, ſtandum eſſe in deciſ. 25. Maij præteriti. Quoniam verum eſt, Fratres de Obſeru. ab initio, & origine Ordinis, viuente Seraphico Patre, & poſt eius glorioſum obitum contuliſſe Tertiarijs habitum, & in hac cõſuetudine fundare intentionem, cõtra Regulares Tertiarios, nam Deciſio, quæ reuidetur ponit trinum Ordinem à Seraphico Patre emanatum ab anno 1208. ſcilicet Fratrum, Mulierum, & Tertium de Pænitentia de anno 1221. certis Regulis, & Mulieribus pręſcriptis, & inde ab Honorio III. confirmatis Tertiarijs vero non religionem, ſed certum viuẽdi modum, & veſtiendi honeſtum pręſcripſit, qui à Nicolao IV. ſub alijs Regulis diſtinctus fuit, & approbatus, ac demum ducentis annis, & vltra elapſis ſub Leone X. Regularis Ordo Tertiarius fuit erectus, & confirmatus *(apparet tamen ex hoc capite oppoſitum.)*

Pro Tertiarijs ſecundum diſtinctionem triũ temporũ ab eiſdẽ præmiſſam, idem in primo tẽpore narratur ab origine vſq; ad Nicol. IV. qui Regulam per modum, & tenorem per Sanctũ præſcriptã confirmauit, & in eo, quod dicitur, Seraphicũ Patrẽ ſuo tempore multis habitum contuliſſe, teſtantur Sacri Ordinis Cronicę nempe Epiſcopus Portuenſis *in par. 1. Cronic. Minor. lib. 2. cap. 33. fol. 216. & lib. 9. cap. 1. Epiſc. Mant. Gonzaga in ſua Cron. par. 1. §. Cum autem fol. 3. Miranda ſuper Regula Tertiar. c. 13: vſq; ad c. vltimum.* Et fuerunt, qui habitum ab eod. Sãcto receperunt, vt aliqui inter cæteros recenſentur, vltra integrum populũ de Carniero, de quo in prima part. Cron. *Portuenſ. lib. 2. fol. 217. necnon alios relatos à Mirand. c. 13. pag. 70. & 73. & ex eiuſdem Hiſtor. ab an. 1222.* vſq;
60 ad an. 1231. B. Bona, Bartolomæus Cumanus Aduocatus, Matthæus Rubius Caietanus, qui fuit pater Nicol. III. omiſſis alijs, & ab an. 1231. à Miniſtris Fratrib. habitum ſuſceperunt Eliſabeth Vngariæ Regina, B. Emiliana, & aliæ perſonæ in eiſd. Cronicis relatę. Non tamen eſt verum, quod pro Tertiar. Ord. aſſeritur, eũdem Seraphicum deputaſſe in caput, & ſupremum ſuperior. Bartolomæum Cumanum ab ipſo ſancto receptum, & cũ omnimoda poteſtate, & auctoritate alios ad habitum recipiendi, in æternum ei, & ſucceſſorib. data; nam & ſi de dicto Bartolomæo loquatur Cronica, quæ datur in ſummar. n. 1. quã ſcripſit F. Marcus Vlixbon. in 1. p. lib. 2. fol. 217. dicatur inter alios huius Ordinis Ter. quendam nuncupatum Bartolomęum litium Procurat. qui ad eã vitæ ſanctitatem, & cũ ſancto familiaritatem peruenit, vt illi daret facultatem recipiendi viros, & mulieres ad Ordinem Tertiar. ſubdendo (*in luogo ſuo per ſempre*) & informãtes pro Tertiarijs adduat alia verba, nempe cum omnimoda poteſtate, & auctoritate alios ad Ord. recipiendi, in eternum ſibi, & ſucceſſorib. attamen vnde Cronica deſumpſerit hanc partem ponitur in Margine dicti folij 217. nempe ex antiqua Cronica S. Antonini, qui fuit Archiepiſcopus Florent. in qua talia non leguntur *in ſua 3. parte Hiſtor. tit. 24. cap. 7. §. 3. Verſ. Anno Domini 1223. fol. 235.* ſed tantummodo habentur ſequentia verba: *Anno Domini 1223. fuit quidam in Italia Bartolomæus nomine, qui audita fama B. Franciſci, ad eius prædicationem aduocationem ſuam deſerens,*

ſub

ſub honeſto habitu, & Tertia Regula dignos pœnitentiæ fructus facere ſatagebat, & tantam cum B. Franciſco familiaritatem contraxerat, quod Sanctus recipiendi Fratres ei conceſſerat facultatem. Sed de tempore, aut perpetua ſucceſſione nullum verbum.

De ſecundo autem tempore à Nicolao IV. ad Nicolaum V. Fratres
62 de Obſeruantia non diſcordant cum Tertiarijs, quia Regula Nicolai IV. ab vniuerſo cætu Tertiariorum obſeruata fuerit, quo ad omnes tam ſub obſeruantia, & in communi viuentes, quam quo ad coniugatos, virgines, & alios in cælibatu viuentes, ac modum viuendi, & reſpectiue veſtiendi, & opera caritatis exercendi.

Tertium tempus à Nicolao V. vſq; ad Tertiarios Regulares formales erectos ſub Leone X. (*revera erant ante, vt probatur in hoc capite*) cum & illud cum actibus ſubſecutis in tempore illo intermedio pertineat ad vniuerſum cætum cuiuſcunq; generis perſonarum Tertiariorum, nec Tertiarios Regulares tangere poſſit, cum adhuc non eſſent in rerum natura, nihil obſtare poterit veritati facti, quod Seraphicus Pater, & ſucceſſores contulerint habitum ingredientibus Tertium Ordinem, neq; diſpoſitioni iuris, quod ex hac conſuetudine Ordini Minorum primordialiter erecto iuriſdictio conferendi habitum quæſita fuerit, per *cap. Conqueſtus 9. q. 3. cap. Irrefragabilis §. 1. cap. Dilectus, in princ. de offic. ordin. cap. Cum contingat de foro comp. Abbas, Felin. Ioan. Andr. & alij per Surd conſil. 465. num. 15. lib. 4.* qui in prima Deciſione fuerunt allegati; quibus accedunt plene hanc concluſionem ſirmantes *Bellamera conſ. 40. Alberic. conſ. 197. num. 15. Menoch. tract. de imper. & iuriſd. lib. 2. cap. 2. num. 2. Bald. conſil. 338. num. 1. lib. 1. Sanch. lib. 5. cap. 4. num. 64. & idem fuit firmatum in Sabin. Montis Rotundi Verſ. Neque obſtare 25. Iunij 1627.* coram D. meo D. ca-
63 no; & hanc eandem conſuetudinem conferendi habitum, docet Miranda in Manuali par. 1. q. 36. art. 7. in principio dicens: *Licet non reperiatur aliquod Breue, ſeu Bulla conceſſa Fratribus Minoribus, vt poſſint recipere aliquos Fratres, vel Sorores, qui vocentur Tertiarij, ſiue de Pænitentia & in proprijs domibus habitent, nihilominus ſufficit antiqua conſuetudo, quæ ab initio Ordinis fuit ſemper in praxi.* Quæ verba, & veritatem facti conſueti, & iuris diſpoſitionem in præſuppoſito deductam bene comprobant. Vnde niſi Regulares Tertiarij aliunde doceant ius conferendi habitum ad

ipſos ſpectare, vel deuolutum fuiſſe, aut deniq; ex alijs Summorum Pontificum conſtitutionibus, & Bullis conceſſum fruſtra de proprietate Iuris conferendi habitum Tertiarijs ſecularibus contendunt.

Non igitur conſtat ad ipſos ſpectare ius conferendi ante Bullam Nicolai IV. neq; ex diſpoſitione eiuſdem, quæ emanauit de anno 1289. & eſt ſecunda in nouo Bullario, & impreſſa reperitur in libro intit. *Firmamentum trium Ordinum*, ad quam ſemper recurritur, dum agitur de Tertio Ordine, nam & ſi ille fuerit ab ipſo beato inſtitutus, vt in ipſa Bulla præſupponitur in 16. cap. Regulæ, attamen Gonzaga Epiſcopus Mantuanus *in ſua Cron. par. 3. Verſ. cum autem pag. 3. & Rodriq. tom. 3. q. 72. art. 1. in princ.* dicunt,
64 quod Regula à B. Franciſco tradita non inuenitur, ſed tantum modo illa, quæ enuntiatur, & approbatur à Nicolao IV. in qua de pertinentia ad Regulares Tertiarios non eſt agendum, dum adhuc Ordo illorum ad formalem Regulam non eſt erectus.

Neque ad rem facit, ſi dicatur, Seraphicum Patrem ab origine inſtituiſſe Ordinem Tertiariorum omnino diſtinctum ab Ordine
65 Minorum, & probaui ex verbis *Gloſ. in Clem. Ex eo. de ſent. excom. & prima v. obedietiam de relig. domib. Calderin. conſ. 7. de foro comp. num. 2.* Et inde ſumendam eſſe conſequentiam neceſſariam, ius conferendi habitum de Iure communi non competere Minorib. de Obſeruantia cum non ſint ſuperiores eiuſdem Ordinis cap. fin. de Regular. in 6. Lapus Allegat. 31. num. 1. Oldrad. conſ. 91. num. 1.

Quia obiectum omnino ceſſat propter Ius quæſitum ex conſuetudine conferendi habitum vniuerſo cœtui Tertiariorum, vt ſupra oſtenſum fuit.

Quæ iuriſdictio non poteſt dici ſublata ex eo, quod Beatus non dederit facultatem Miniſtris Ordinis Minorum, ſed ipſe ſolus ab initio Tertiarios receperit, & poſtmodum eandem facultatem dederit Bartolomæo Cumano à ſe recepto, & cum clauſula *in æternum*, quæ exinde dicitur tranſmiſſa ad ſucceſſores in approbatione Regulæ per Nicolaum IV. dum voluit in cap. 2. & 16. quod Miniſter de ſeipſis Tertiarijs eligerentur, & ab ijs habitus daretur.

Nam ſi Cronicis huius Sacræ Religionis eſt ſtandum, prout non eſt

dubi-

dubitandum, iam concludenter ex ſupradictis patet, quod Sanctus Franciſcus ab origine inſtituti Ordinis, dum vixit, habitum ingredientibus dedit, & poſt eius glorioſum obitum Miniſtri Generales, & alij Miniſtri particulares, & quod dicitur de Bartolomæo, ibi ſimpliciter data fuit facultas recipiendi ſeculares
66 ad habitum ab ipſo Seraphico Patre, non autem ſecularibus in perpetuum, vt dicant Tertiarij Regulares, quod abunde ſupra fuit oſtenſum; vt propterea quicquid actum fuit ab ipſo Bartolomæo, mandante Beato Franciſco non iure proprio, quaſi ſit effectus proprietarius iuris conferendi habitum, ſed ab ipſo Patre, à quo facultatem acceperat, factum reputatur, per tex. *in l. Vnum ex familia, §. Falcidia, ff. de legat. 2.* Vbi non dicitur quis habere ius ab eligente, ſed ab eo, qui dedit poteſtatem eligendi, & per illum tex. ibidem infert Bartol. ſi abundantia generalis eligit illum, quem Priores nominarunt, ille dicitur electus ab abundantia habente proprietatem facultatis eligendi, non autem à Priorib. idem comprobant *Cuman. & Florian. in dicta §. Falcidia, Didacus à Segura ibid. n. 182. Craneta conſ. 275. num. 3.* dicens idem in mandante, penes quem eſt poteſtas mandandi, ab eo deducendum eſſe actum electionis, non autem ab ipſo eligente. Et cum facultas prædicta data fuerit Bartolomæo biennio poſt à die Ordinis Tertiarij inſtituti, nempe de anno 1223. vt dicunt Croniſtæ ſupra allegati, & tempore, quo infiniti prope habitum receperant ab ipſo Beato, clarum eſt, quod tanta iuriſdictio non ſit tranſlata in Bartolomæum, quia maior apud ſuperiorem remanſerit, *cap. Dudum 14. de præbend. in 6. l. fin. C. de iuriſd. om. iud. l. 1. C. de præfect. Vrb. Bald. conſil. 236. incip. Rex Romanorum, in fine num. 16.*
67 dicit, quod quando Princeps committit iuriſdictionem alicui, cenſetur eãdem ſibi reſeruare, *Caputaq; deciſ. 337. n. 8. par. 1. Menoch. præſumpt. 38. n. 1. lib. 2. Felin. comprobans in cap. Paſtoralis n. 2. de offic. ordin. & plenius Surd. conſil. 56. n. 22. Gonzal. ad Reg. 8. Cancell. in proœm. §. 2. n. 2.* Cum agatur de terminata facultate Bartolomæi, Bulla Nicol. IV. nihil diſpoſuit de ſucceſſoribus illius, ſed de iure conferendi indulto Miniſtris eiuſdem Ordinis cuiuſcumq; qualitatis, & ſexus quod nihil commune habet cum facultate Bartolomæi.

Secundo principaliter non probatur, huiuſmodi facultatem confe-

rendi habitum, quæ ex conſuetudine præſcripta erat pænes Fratres de Obſeruantia ad Regulares Tertiarios fuiſſe deuolutam, aut inter ipſos tamquam de cætu vniuerſali conſeruatam, quamuis poſt ſecula in Regularem Ordinem erectos; nam & ſi opponatur ceſſare iuriſdictionem Minorum de Obſeruantia ex vi Regulæ per Nicolaum IV. confirmatæ de anno 1289. dum in fine Bullæ idem Pontifex voluit, quod huiuſmodi Fratres habere debeant Miniſtros de ſe ipſis, & in cap. 2. Regulæ approbatæ determinetur, quod Miniſtri deputati recipiant Fratres, & Sorores habitum ſuſcipere volentes, & in cap. 16. indulta ſit facultas eligendi in Viſitatorem virum religioſum ex aliqua religio-
68 ne approbata, quæ omnia videntur inferre iuriſdictionem, & quidem diſtinctam, & ſeparatam ab ordine Fratrum de Obſeruantia; *Bart. in l. Nam & poſteriores ff. de legib. cum alijs allegatis à Menoch. præſumpt.* 38. *num.* 8. *lib.* 6. Attamen eadem prima Deciſio reſpondet, quod ius conferendi habitum à Miniſtris electis à ſeipſis reſpicit Ordinem Tertiariorum in vniuerſum qui cum vt vniuerſales, neq; vt ſingulæ Congregationes ſint in cauſa pro definitione propriæ exemptionis, ſed tantummodo Regularis Ordo Tertiarius, & Fratres Minores ad inuicem contendentes de iure tertij, Congregationes illæ inualidæ non ſunt ſpoliandæ ſuis facultatibus per Nicolaum IV. indultis ex vi Regulæ approbatæ; & ita intrare non poteſt conſequentia deuolutionis huiuſmodi iuris ad Ordinem Regularem Tertiarium, qui de tempore Regulæ Nicolai non extabat, ſed poſt ducentos fere annos ſuperuenit. Et interim ſunt conſeruandi Minores Obſeruantes in eorum iure conferendi in ſuis caſibus, quando Congregationes non deputant Miniſtros, vel antequam illæ non ſint erectæ in ciuitatibus, vel locis orbis vniuerſi, quod ſemper ſuſtinetur etiam in modico, in quo poteſt operari, Menoch. eadem præſumpt. 38. num. 14. & ſeq. lib. 6.

Neque obſtat, quod Ordo Regularis Tertiarius cum ipſo vniuer-
69 ſali Ordine fuerit ſemper idem, & independens conſeruatus à quacumq; religione etiam Minorum, tam ante erectionem huius in formalem Regulam, quam poſt Ordinis prædicti erectionem, vt probari dicebatur ex conſtitutione *Eugenij IV. de anno* 1442. *menſe Februarij, eius Pontificatus anno duodecimo, & ex alia Nicolai*

eclair. de anno 1459. menſe Maij, eius Pontificatus anno quarto apud Sillam de priuileg. Tertij Ordinis pag. 30. & 46.

Quoniam ex illa Eugenij quicquid datum eſt Fratribus in communi viuentibus reſpectu Viſitatoris, & iuriſdictionis in Fratres prædictos nihil pertinet ad Fratres, & Sorores ſeparatim ſn eorum domibus viuentes, de quibus toto tenore Bullæ ponderato non agitur; & quod magis eſt, emanauit pro certis Regnis Caſtellæ, & Legionis, à quibus ad vniuerſas ciuitates,& mundi lo-
70 ca non licet inferre, neq; de vna ſpecie iuriſdictionis viſitandi ad aliam ſpeciem conferendi habitum extendi poteſt, vt infra dicetur.

Ex conſtitutione autem Nicolai V. quæ emanauit pro Leodienſi diœceſi, & in forma commiſſaria plura determinantur pro Fratribus tantum in communi, & ſub obſeruantia tunc viuentibus. Et de prædictis non eſt quæſtio in hac diſputatione, in qua agitur de ſecularibus, non autem de Regularibus, uel tunc in communione ſub obſeruantia uiuentibus; plura etiam pro Fratribus ſecularibus in proprijs domibus degentibus ſtatuuntur, quæ omnia ſi ponderentur, clare conſtabit conſtitutionem eſſe localem pro diœceſi Leodienſi, quæ non admittit extenſionem, & in forma commiſſaria datam, quæ debet probari in narratis iuſtificata, & effectuata per obſeruationem ſubſecutam; nec aduerſari Regulæ Nicolai IV. niſi in Miniſtro, ſiue Viſitatore Generali, & ſuperioritate illius, ac in eo, quod eſſe debeat de Fratribus in communi, & obſeruantia uiuentibus, in cæteris uero firma manet Regula, quod in toto orbe ad Miniſtros de ſeipſis ſpectet ius dandi habitum. Vnde non eſt difficultas, an uiuentes in communi, & ſub obſeruantia, tam ante erectos in Regulares, quam poſt fuerit ſemper idem Ordo independens conſeruatus, & unũ corpus cum alijs; ſed cum contendat contra Obſeruantes Minores habentes fundatam intentionem in iuriſdictione per conſuetudinem aquiſitam, ut ſupra fuit firmatum, docere debent quam iuriſdictionem tunc habuerint, uel nunc habeant dandi habitum laicis ſeparatim uiuentibus, ſcilicet coniugatis, uiduis, uirginibus, aut alijs in cælibatu uiuentibus, quorum Fratrum, & Sororum iuriſdictioni ciuitatis, uel loci cuiuslibet non legitur
71 derogatum. Et nihilominus de illorum ſeparatione ab uniuerſo

ordine

ordine conſtat ex conſtitutione Leonis X. menſe Ianuarij 1521. Pontificatus eiuſdem anno octauo, quæ ponitur per Sillam de priuileg. Tertij Ordinis fol. 66. in qua expreſſe leguntur ſeparati, ibi: *Nos iuxta Domini voluntatem pretioſum à vili ſeparantes eandem Tertiam Regulam, in modum, qui ſequitur, diſtinctum, de nouo confirmamus, & approbamus.* Per quam ſeparationem neq; directe cætus Fratrum, & Sororum laicorum priuatus fuit proprio iure indulto per Nicolaum IV. vt in prima Deciſione fuit firmatum, neq; in conſequentiam, ex quo non bene infertur de iuriſdictione locali ad ciuitates, & loca vniuerſa, neq; de vna ſpecie viſitandi ad aliam ſpeciem dandi habitum, deficiente cauſa vniuerſali, & alio exiſtente in poſſeſſione, *Innoc. in cap. Dilectus ſuper v. Poſſeſſionem cap. fin. de Caus. poss. Roman. conſil. 368. n. 8. Felin. in cap. Auditis num. 18. de præſcript. Surd. conſ. 429. num. 45. vol. 3.* Neque vbi agitur de priuatione iuris tertio competentis ſufficit allegare conuenientiam, quod magis illis debeatur, qui habent in denominatione, & viuendi modo ſimilitudinem, quam Minoribus Obſeruantibus ratione Ordinis omnino diſtincti, *Tiraquel. de leg. connub. l. 5. num. 20. Surd. conſil. 140. n. 32. cum alijs allegatis.* Quoniam iuriſdictio ſicut non datur per conuenientiam, ſed aquiritur priuilegio, vel conſuetudine, *Abbas in cap. Cum contingat, n. 5. de foro comp. Surd. conſ. 465. n. 5. vol. 3.* Ita nec eodem modo priuari poteſt dominus, aut poſſeſſor, niſi per habentem facultatem, & ſuperioritatem priuandi.

Tertio deniq; non probatur, Tertiarios Regulares conceſſionem habere conferendi habitum ſecularibus, neq; priuatiue, neq; cumulatiue, quo ad Minores de Obſeruantia, neq; quo ad vniuerſum Ordinem laicorum, & ſeu Congregationis cum derogatione Regulæ Conſtitutionis Nicolai IV.

Nam ex Conſtitutionibus ſupradictis de hac conceſſione nullum verbum; ex vltima autem, quæ allegatur à Clemente VII. de anno 1526. menſe Martij, eius Pontificatus anno quarto regiſtrata apud Sillam fol. 69. ſi bene, & diſtincte attendatur, dum de Regularibus tam virorum, quam mulierum loquitur in narratiua, & in diſpoſitiua eiuſdem, nihil ad præſentem diſputationem pertinet, in qua de ſuperiore Ordinis Tertiarij non eſt quæſtio, ſed de iure conferendi habitum ſecularibus contenditur.

Pro Laicis autem non obſtant verba eiuſdem Bullæ Clementis VII. in quibus pro Tertiarijs conſtituitur fundamentum apud Sillam pag. 76. ibi: *Viſitator Generalis vniuerſo Ordini, illiuſq; Domibus, Monaſterij, ac vtriuſq. ſexus perſonis. & in Hiſpaniarum, & Portugalliæ regnis, ac partibus, & Prouincia prædictis exiſtentibus præſit, ac Fratres, Moniales, & Sorores, atq; aliæ vtriuſq. ſexus & in*
72 *ſeculo exiſtentes perſonæ ipſi Antonio, & pro tempore exiſtenti Generali Viſitatori dicti Ordinis de Pænitentia in omnibus, & ſingulis ipſum Ordinem concernentibus obediant.* Ex quibus verbis *Præſit, & obediant,* dicebatur, & vnum corpus eſſe conſeruatum, & iuriſdictionem conceſſam dandi habitum ſecularibus, ex quo de iure admiſſa ſuperioritate, conferre habitum ad alium non ſpectat, quam ad Superiorem Prælatum, cap. fin. de Regul. Lapus allegat. 51. num. 1. Oldrad. conſil. 91. n. 1. Felin. in cap. Quoniam n. 1. de maior.

Quoniam vbi agitur de ſeparata iuriſdictione, nempe particularis Viſitatoris, & ſuperioris, & de Miniſtris eligendis pro recipiendis ſecularibus ad habitum laicis præſcriptum, prout hæc duo diſtincta in Regula per Nicolaum IV. confirmata ponuntur, vna ſpecie derogata non tollitur alia; nec inter ſe confunduntur
73 propter naturam derogationis, quæ recipit ſtrictam interpretationem *Clem. 1. de præbend. Achill. deciſ. 3. num. 4. Qui filij ſint legitimi, Rota deciſ. 159. num. 7. coram Papa Gregor. XV. 103. n. 5. 134. n. 5. 229. n. 2. par. 2. Recent.* Præterea hæc ipſa Clem. VII. Bulla per Pium V. de anno 1568. anno eius Pontificatus tertio per Sillam fol. 85. in totum fuit ſublata, antiquata, & extincta, ibi: *Officia, Magiſtratus, & Viſitatoris Generalis dicti Ordinis perpetuo extinguimus, & abolemus, ac Vicarium Generalem eiuſdem Ordinis officio, vſu, & exercitio omnimode interdicimus.* Et ſubmittuntur Generali, & Prouincialibus Ordinis Minorum, vnde bene retorquetur argumentum; ſi conferre habitum ſpectat ad Prælatum ſuperiorem, ceſſante ſuperioritate, per extinctionem officij Viſitatoris, ceſſabit ius per Regulares Tertiarios prætenſum dandi habitum laicis in ſeparatis domibus degentibus.

Non obſtat, quod ſuperioritas Miniſtri Generalis Minorum ſit ab eo exercenda reduplicatiue, non tanquam, quod abſolute ſit ſuperior, ſed tantum Prælatus Tertiarij Ordinis, & eo cetu non

poſſit

poſſit deputare perſonas Miniſtros ad dandum habitum laicis ex proprio Ordine Minorum, ſed ſeruare debeat ſtatuta, & ordinationes, ac priuilegia Ordinis Tertiarij ſecundum exempla, quæ ponuntur *per Gonzal. ad Regulam* 8. *Gloſ.* 5. §. 7. *num*, 123. de Rege Catolico, qui in diuerſis regnis imperat ſecundum leges eorum.

Quia Minores Obſeruantes non veniunt ex iure deuoluto per priuationem, ſed reſpondendo Bullæ Clementis VII. dicunt ſuperioritatem Viſitatoris Ordinis Tertiarij eſſe extinctam, & ipſos vti poſſe iure ſuo in conferendo habitum laicis priuatiue quo ad Tertiarios Regulares ex conſuetudine vſq; ab initio naſcentis Ordinis aquiſita.

Denique nullius ponderis viſum fuit Dominis fundamentum communicationis priuilegiorum Fratrum Minorum, quæ legitur facta per Pium V. in eadem Bulla extinctionis Viſitatoris Generalis Ordinis Tertiarij.

74 Quia non poſſunt vti communicatione contra eos, à quibus deſumunt communicationem, quicquid ſit, ſi ab alijs haberent priuilegia independenter ab ipſis Fratribus Minoribus, *Franc. in cap. Sicut num.* 1. *de verb. ſign. in* 6. *Caſarub. v. Communicatio Eraſmus Cochier. de iuriſd. Ordin. in exemptos par.* 1. *q.* 17. *num.* 19. Quod ſi ſecus eſſet, ageretur de noua ſuperioritate communicanda implicando contradictionem in eadem Pij Bulla prohibitam, ibi: *Quæcunq; ſint, præſentibus tamen non repugnantia*, quod non eſt dicendum. Et ita vtraq; &c.

DECISIO TERTIA.

75 IN *ea die lunæ* 23. *Iunij* 1636. *coram R. P. Merlino Decano confirmatur alias deciſum in præcedentibus alijs duabus, quod ius conferendi habitum Tertiarijs ſecularibus S. Franciſci competit Fratribus Minoribus eiuſdem Ordinis, non autem Fratribus Tertiarijs Regularibus, Eam extendit idem* Rubeus Deciſ. 598. fol. 358. & Tambur. de iure Abbatiſſ. deciſ. 9.

Cum diſceptaretur inter Fratres Minores de Obſeruantia, & Fratres Tertiarios Regulares S. Franciſci, cuinam ipſorum competeret ius, & facultas recipiendi ſeculares ad habitum Tertij Or-

dinis

dinis de Pœnitentia, ſiue dictum habitum ſecularibus conferendi, fuit per ſententiam Rotalem pronunciatum pro Fratribus Minoribus de Obſeruantia, quam ſententiam hodie coram me confirmandam eſſe cenſuerunt Domini.

Quia iuſtitia illius fulcitur, & principijs iuris communis, & conſuetudine, & conſtitutionibus Pontificijs, & demum communicatione priuilegiorum.

Principijs iuris communis, ſi enim receptio, & collatio habitus ſpectat ad eos, qui connexionem, & ſuperioritatem, ſeu prælationem habent cum recipiendis, *cap. fin. de Regular. iur. in 6. Lapus allegat. 31. num. 1. Felin. in cap. Quoniam n. 1. de ſimon. Sanch. lib. 5. cap. 4. n. 62. Verſ. Idem conſtat, & fuit dictum in Toletana habitus 6. Aprilis 1626 coram R. P. D. Pironano*, vere hæc receptio debet ſpectare ad Fratres Minores, quia licet ipſi non habeant propriam, & coactiuam iuriſdictionem in Tertiarios ſeculares, iſti enim non ſunt vere religioſi, nec emittunt vota ſolemnia, ſecundum *Gloſ. in cap. Cum ex eo, v. Tertium de ſent. excom. D. Thomam 2. 2. q. 187. art. 4. ad 3. Calderin. conſ. 7. de foro compet. Nauar. conſil. 35. num. 1. conſil. 54. de Regul. Eugen. conſ. 26. num. 15. lib. 1. Laurent. Portell de dubiis Regul. v. Tertiarii num. 4.* ſed ſubſunt eorum
77 Ordinarijs, & præſidibus laicis, dum collegialiter non viuunt, vt per *Mirand. tom. 1. q. 36. conſil. 2. § Tantum ergo. Rodriq. tom. 3. q. 72. art. 1. concl. 1. Coſarub. v. Tertiarii fol.* 524. Et repugnat puritati Ordinis S. Franciſci habere iuriſdictionem in eos, qui ſunt meri laici, vt monuerunt *Rodriq. q. 72. art. 1. §. Vnde ſuper tales Miranda q. 36. art. 6. concl. 2.*

Attamen ijdem Tertiarij ſeculares habent aliquam dependentiam, & ſubiectionem erga Fratres Minores, atq; ſub eorum protectione, & ſpirituali regimine viuunt, cum ab eodem fonte, nempe à D. Franciſco omnes deſcendant, vt dixit Vital. *in Clem. Cum ex eo num. 11. Verſ. Et ſic de ratione, de ſent. excom. & aliis Canoniſta ibidem communiter, Miranda in expoſit. Reg. Tertiar. cap. 7. & in Manuali q. 36. concl. 2. Portell. de dubiis Regul. v. Tertiarii num. 6.*
78 Et quamuis iſtorum cœtus non ſit Religio, eſt tamen Ordo, & quidem modus bene viuendi, & eoſdem Tertiarios ſeculares in viam ſalutis dirigunt Fratres Minores, imbuendo ſpiritualibus monitis, excipiendo eorum confeſſiones, frequentius conferendo

do

do illis, quam alijs fidelibus Sacramentum Auguſtiſſimæ Eucharistiæ, communicando indulgentias, & peccatorum remiſſiones, aliaſq; ſalutares prærogatiuas, & illos tractando tamquam eorum pietatis, & diſciplinæ alumnos, vt tradunt Miranda *dicta q.36.concl.2.§.Tantum ergo habemus Rodr. dicta q.72.§.Vnde ſuper tales.* Qui etiam infert, ex his reſultare quandam mutuam obligationem. Vnde ſi mutua eſt obligatio conſequenter etiam datur connexio, ſuperioritas, & ſubiectio, ex quibus reſultas ius, & facultas recipiendi, & conferendi habitum in quocumq; Ordine, ac priorum, ſeu religioſorum cætu ex traditis per *Sanchez lib. 4.cap.16.num.52.& lib.5.cap.4.num.71.Verſ.Tamber.*

79 Immo ſi in partibus Hiſpaniarum, & ſignanter in Luſitania Fratres Minores habent prælationem, & ſuperioritatem ſuper Tertiarijs Regularibus, qui viſitantur, puniuntur, & reguntur à Generali Minorum vt teſtantur *Miranda q.36.art.6.concl.1.§.Quare quicquid, in fine Rodriq. q.72. art.1.concl.3.§. Qua conſtitutio.* Abſurdum videtur, vt ipſi Tertiarij Regulares poſſint impedire Fratres Minores eorum ſuperiores, ne habitum conferant Tertiarijs ſecularibus, & cum illis velint concurrere iuxta Iſaiæ dictum cap.10. *Numquid gloriabitur ſecuris contra eum, qui ſecat in ea? aut exaltabitur ſera contra eum, qui trahit eam,* relatum in cap. *Inferior 21.diſt.*& faciunt tradita *in cap.Denique, cap.Nunc autem dicta diſt.21.* & per Abbatem in cap. Cum inferior, num. 1. de maior. Et decorum videtur, & multum conſentaneum, vt Tertiarij ſeculares recipiant habitum à capite, prout eſt Generalis Minorum, & ab ipſis Minoribus potius, quam à Tertiarijs Regularibus, qui ſunt quaſi membra ipſius Ordinis Minorum, iuxta concluſiones ſuperius allegatas.

Conſuetudo vero multo magis fauet Minoribus, & hæc euidenter probatur, nam Seraphicus Pater S. Franciſcus poſtquam inſtituerat ſuum Ordinem Fratrum Minorum, inſtituit etiam Ordinem, ſiue iſtum modum bene viuendi de Pænitentia, cuius profeſſores communiter appellantur Tertiarij, & hæc inſtitutio facta fuit de anno 1221. vt teſtatur D. Antoninus in Hiſtor. tit. 24. §. 3. & alii paſſim. Et licet non reperiatur Regula præſcripta à S. Franciſco circa Tertiarios, tamen omnes Cronologi admittunt, S. Franciſcum inſtitutorem præſcripſiſſe etiam Regulam, & moni-

taquæ deinde in certum methodum redegerit, approbādo hunc cœtum Tertiariorum ſecularium Nicolaus Papa IV. qui fuit Minorita, vt apparet ex Bulla promulgata de anno 1289. 16. Cal. Septembris, & de illo tempore nondum erat inſtitutus Ordo Tertiariorum Regularium, qui ſolum inſtitutus fuit, & approbatus à Iulio II. & à Leone X. anno 1521. *(ſed reuera approbatus fuit à Sixto IV.)* Vnde longiſſimo hoc trecentorum annorum ſpatio Tertiarij Seculares non potuerunt recipi ad habitum à Tertiarijs Regularibus, qui non extabant, ſed recipiebantur à Minorib. prout receptus fuit à D. Franciſco Bartolomæus Cumanus Aduocatus, vt tradit D. Anton. in Hiſtor. dicta tit. 24. §. 3. qui Cumanus licet deinde receperit, & habitum contulerit alijs Tertiarijs ſecularibus ſuis commilitonibus, hæc tamen receptio refe-
80 renda eſt D. Franciſco tamquam principali, & demandanti, non autem Cumano, qui merus fuit executor eiuſdem S. Franciſci, *ad l. Item eorum, §. Decuriones ff. quod cuiuſq; vniuerſ. nom. l. Vnum §. 1. ff. de legat. 2. cap. Super literis, de reſcr. Surd. deciſ. 292. num. 9. Rota coram Gregor. XV. deciſ. 292. num. 9.* Et ſucceſſiuis temporibus ſemper habitum contulerunt Tertiarijs ſecularibus, prout vltra teſtes ſuper hoc formiter examinatos, de hac eadem antiquiſſima conſuetudine teſtantur P. Gonzaga, qui poſtea fuit Epiſcopus Mantuanus *in Hiſtor. famil. Franc. par. 1. §. Cum autem, & Mirand. in Manuali Prælator. tom. 1. q. 36. art. 7.* Et bene etiam deducitur ex ſtatutis editis vſq; de anno 1241. in Comitijs Generalibus Minorum habitis Barchinonæ ſuper qualitate habitus deferendi Tertiariis ſecularibus, & ſuper conditione, & moribus recipiendorum ad dictum habitum; ſignum quod inconcuſſa penes eos erat facultas, & ius conferendi habitum, ſuper quo ſtatuebatur, iuxta tradita *per Capic. deciſ. 27. num. 30. Alba conſil. 164. num. 9. & 10. Maſcard. de probat. concl. 946. num 23.* Vnde dum Minores ſpatio 300. annorum contulerint habitum, ſi poſtea ſuperuenit Religio Tertiariorum Regularium, nequaquam dicendum eſt, ipſos inferre potuiſſe præiudicium Minoribus, quia ijdem continuarent in hac receptione, & collatione habitus, nec vſq; adhuc Tertiarii Regulares Bullam aliquam, ſeu conſuetudinem legitimam deduxerunt contra Patres Minores.

Nec dicatur, quod ſi Tertiarii Regulares non contulerunt habitum,

nec receperunt eo, quod non extarent, non tamen inde ſequi, quod Fratres Minores receperint, & habitum contulerint, cum hæc receptio, & habitus collatio peragi potuerit ab ipſis Tertiariis ſecularibus, prout videmus in Confraternitatibus, in quibus antiquiores Confratres recipiunt iuniores, & ad eorum cætum admittunt, attentis præſertim verbis Bullę Nicolai IV. quibus receptio indefinite demandatur Miniſtris ad receptionem deputatis.

Quoniam ſatis eſt, Fratres Minores habere literas eaſdẽ reſpectu Tertiariorum Regularium, & ſolum hoc ius poſſet competere Tertiariis ſecularibus, qui non ſunt in lite, nec contradicunt Minoribus, ſed potius illorum cauſam fouent, ac tuentur.

At vere apparet, receptionem Tertiariorum ſecularium ab eorum exordio exercitam fuiſſe ab ipſis Minoribus, nempe à S. Franciſco, miniſterio etiam Bartolomæi Cumani, & deinde proſecutam fuiſſe à ſucceſſiuis ſuperioribus Minoritarum, & Nicolaus IV. in eadem Bulla edita de anno 1289. in cap. 16. Quia hic Ordo Tertiariorum ſecularium inſtitutionem à S. Franciſco ſuſcepit, conſuluit, vt Viſitatores, & Reformatores de Fratrum Minorum Ordine aſſumerentur; quod conſilium idem Nicolaus IV. redegit
8 ; poſtea in pręceptum in Bulla promulgata anno ſequenti ſexto idus Auguſti, ibi: *Quoniam cupimus vehementer huiuſmodi noſtrum ſalubre conſilium adimpleri, &c. Impedientes, quo minus adimpleant, quod ab huiuſmodi impedimento deſiſtant, per locorum Ordinarios compeſci volumus, & mandamus.* Et ſic Papa non ſtetit in ſimplicibus terminis conſilii, ſed ad pręceptum tranſiuit; quamuis etiam conſilia, & hortamenta Papę cum ſoleant aliquãdo obtinere vim pręcepti, vt monuit *Gloſ. & Archid. in c. Reuertimini v. honor 16. q. 1. & in clem. 1. 11. Exhortamur, de teſtib. cum aliis deductis per Tiraquel. de panis temper. cauſa 35. num. 4.* Nec eſt credibile, Papam monuiſſe, ac pręcepiſſe, vt aſſumerentur Viſitatores, & Reformatores ex Minoribus, & poſtea alterius cętus eſſent receptores, ac accolatores habitus.

Pontificię autem conſtitutiones vigent pro Minoribus circa hanc receptionem, quoniam ſibi ipſi Minores ex Bulla Sixti IV. quę eſt in Compend. Bullar. Ordinis S. Franc. fol. 92. conceſſ. 201. & eſt relata per Mirandam q. 36. art. 6. & traditur etiam à Portello

v. Tertiarij num. 10. poſſunt corrigere, punire, & viſitare Tertiarios ſeculares, ſique exceſſus aliquis expoſtulet, etiam priuare habitu, ergo ad quem ſpectat priuatio habitus ad eundem debet ſpectare collatio eiuſdem habitus arg. *l. Solet ff. de off. procon. l. Eius eſt, & l. Nihil tam naturale, vbi Cagnolus num. 4. ff. de reg. iur. cap. Prudentia §. cæterum, de offic. deleg. & bene tradit Stephanus Federicus de interpret. iur. par. 1. num.* 73. Quæ habitus collatio clarius etiam per eundem Sixtum IV. demandata fuit Fratribus Minoribus in Bulla edita de anno 1471. quæ eſt in collectione Bullarum Ordinis S. Franc. compilata per Rodriq. *fol.* 144. *& relata per eundem Rodriq. tom. 3. q. 72. art. 1. Verſ. Tertia concluſio,*
83 ibi ſimiliter ſtatuit, *quod prædicti Prælati Ordinis Minorum poſſunt recipere volentes aggregari huiuſmodi Tertio Ordini, ac etiam poſſint eiſdem Tertiarijs deputare Viſitatorem, ſeu Confeſſorem prædicti Ordinis Minorum de Obſeruantia*; quæ verba videntur omnem tollere controuerſiam.

Dum vero Miranda dicta q. 36. art. 7. aſſeruit, quod Fratres Minores non habent Bullam, ſeu Breue aliquod expreſſum ſuper iure conferendi habitum Tertiarijs ſecularibus, ſed ſolum antiquiſſimam vſq; ab Ordinis Minorum exordio introductam conſuetudinem ad primam duntaxat, non autem ad ſecundam hanc Bullam Sixti IV. Bullam reſpexiſſe videtur.

Demum ex abundanti aliqui ex Dominis addebant, ſuffragari Minoribus etiam communicationem priuilegiorum, quia certum eſt Fratres S. Dominici, Carmelitas, Auguſtinianos, & Fratres S. Franciſci de Paula ad inſtar Fratrum Minorum poſſe recipere, & conferre habitum Tertiarijs ſecularibus, prout cautum eſt ex Bullis Eugenij IV. Martini V. & Iulij II. relatis per *Rodriq. tom. 3. q. 72. art. 3.* In quibus Bullis inſeruntur etiam facultates ipſorum Fratrum Minorum. Porro Sixtus IV. Alexander VI. Leo X. & Clemens VII. communicarunt Fratribus Minoribus quaſcumq; prærogatiuas, & facultates conceſſas Dominicanis, Carmelitis, & alijs Mendicantibus, quas communicationes refert Miranda q. 46. art. 1. Vnde iiſdem Minoribus fauet facultas admittendi, & recipiendi ad habitum Tertiarios ſeculares, quemadmodum competit & Dominicanis, & alijs Mendicantibus; ratione cuius communicationis reſpondet etiam Sacra Congregatio Eminen-

tiſſimorum Dominorum Cardinalium Sacri Concilij Tridentini interpretum ſuperioribus Regularibus licere recipere ad habitum Tertiarios, quod Decretum per extenſum habetur apud *Ioan. Antonium Nouar. in Sum. Bullar. tit. de Tertiarijs num.* 4. §. *Superiores Regulares.*

Nec officit, ſi diceretur Tertiarios etiam Regulares habere hanc communicationem priuilegiorum, & ideo ſaltem cumulatiue ipſos Tertiarios Regulares poſſe recipere ſeculares ad habitum Quoniam vltra quod non exhibetur priuilegium communicationis, & ſi] produceretur illud non poſſet retorqueri, & opponi
84 contra Fratres Minores, cum regulariter priuilegiatus contra æque priuilegiatum non gaudeat priuilegio, *l. ſimiliter ff. de adminiſtr. tutoris, l. Aſſiduis, C. qui potior in pign. Surd. de alim. tit.* 8. *priuileg.* 8. *num.* 5. *& priuileg.* 61. *num.* 11. *Rota coram ſancta memoria Gregorio XV. deciſ.* 473. *num.* 13. Et cum Tertiarij Regulares ſint poſteriores inſtituto, & origine, non poſſunt punire, ac ſpoliare Minores eorum iure, & poſſeſſione per 300. annos exercita ante ortum ipſorum Tertiariorum Regularium, dumq; vt in principio dictum fuit, iſti Tertiarij Regulares in Luſitania. & alijs Prouincijs Hiſpaniarum ſubſunt Minoribus, communicatio non poteſt ſuffragari illis contra Minores, à quibus habent dependentiam, & à quibus quodam modo hoc priuilegium in eos deriuatur; vt in his terminis communicationes priuilegium bene explicat *Corduba in Annotatione ad Compendium priuilegiorum Fratrum Minorum Verb. Communicatio, in fine, Auctore Alphonſo de Caſarubios Hiſpano. Miranda quæſtione* 46. *artic.* 9. *Verſ. Aduertit, Cochier de iuriſd. exempt. par.* 1. *q.* 17. *num.* 19. *&* 20. Sicq; communicatio priuilegiorum debet intelligi ſine præiudicio illius, cuius priuilegia communicantur, iuxta tradita per Rotam *deciſ.* 55. *par.* 2. *diuerſ. & deciſ.* 214. *num.* 5. *par.* 2. *Recent.* Itaut Tertiarij Regulares non valeant falcem immittere in meſſem Minorum, & quemadmodum Fratres Minores vigore communicationis non poſſunt conferre habitum Tertiariorum S. Dominici, nec Ordinis Carmelitani, ita viciſſim nec Tertij Ordinis Regulares debent conferre habitum Tertiarijs Minorum, cum hoc ius, & facultatem ipſi Minores habuerint in ortu Tertiariorum ſecularium, & S. Franciſcus ab initio hunc habitum contulerit,

lerit, & ſucceſſores continuauerint in receptione, & collatione habitus.

Nec obſtat, quod ex Tertiarijs Regularibus, & ſecularibus conflettur vnum corpus, & propterea indecorum ſit, vt Tertiarij ſeculares recipiantur ab extraneis, quales ſunt Minores, & ab hoc iure recipiendi excludantur Tertiarij Regulares, qui ſunt de eodem corpore cum Tertiatijs Secularibus.

85 Quoniam negatur aſſumptum, quod Tertiarij Regulares ſint de eodem corpore cum Tertiarijs ſecularibus, toto enim diſtant cœlo, origine ſcilicet, quia S. Franciſcus inſtituit *T*ertiarios ſeculares de anno 1221. Regulares vero inſtituti fuerunt à Leone X. de anno 1521. *T*ertiarij Regulares emittunt vota ſolemnia religionis; ſeculares vero non emittunt *T*ertiatij Regulares habent particularem habitum, degunt in clauſtris, mancipantur multis præceptis, & legibus, quibus etiam obligantur ſub culpa lethali (*temera id falſum eſt*) è contra vero *T*ertiarij ſeculares verſantur in foro, pugnant in caſtris, publiciſq; incumbunt negotijs, & licet aliquibus legibus, ſeu monitis ſe ligauerint, non tamen obligantur ad aliquam culpam lethalem, vt in verbis dixit Nicolaus IV. in Bulla eorum approbationis cap. 20. & quamcumq;ſuperioritatem, ac dependentiam, quam poſſent *T*ertiarij Regulares prætendere cum *T*ertiarijs ſecularibus ſuſtuliſſe videtur S. Memoriæ Pius Papa V. *in eius Bulla ſub datum 5. non Iulij anno 1568. impreſſa apud Rodriq fol* 445. *vt fuit conſideratum in*

86 *2. Deciſ. R.P. D. mei Pirouani.* Immo ipſos *T*ertiarios Regulares expreſſe ſubiecit Generali Minorum, quam ſubiectionem antea etiam præceperant Sixtus IV. & Leo X. vt teſtatur *Rodriq. tom.* 3. *q.* 72. *art.* 1. *concl.* 3. *& Laur. Portellus de dub. regul. v. Tertiarij in Addit. num.* 3. Et quatenus etiam adeſſet aliqua connexio inter ipſos *T*ertiarios, & ex his vnum corpus efficeretur, ſemper tamen vrget motiuum ſupra conſideratum, quod in Luſitania, & alijs Prouincijs Hiſpaniarum Generalis Minorum eſt ſuperior *T*ertiariorum Regularium, cui etiam ſubijciuntur, & parent.

Nec admitti poteſt illa interpretatio, quod eidem Generali Minorum ſubſint,& pareant Tertiarij Regulares non tamquam Generali Minorum, ſed tanquam ſuperiori Tertiariorum Regularium ad inſtar Regis Catolici, qui conſideratur tamquam Rex Caſtellæ,& Arragoniæ, ac ſub alijs formalitatibus, iuxta tradita per *Gonzal ſuper Reg.8.Cancell.Gloſ.5.§.7.n.* 123. Et ſic Generalis Minorum conſideretur reduplicatiue.

87 Quoniam recipi poſſet iſta interpretatio, ſi eſſent omnino diuerſi,& nulla connexione iungerentur iſti Ordines Minorum,& Tertiariorum Regularium; ſed cum ipſi Tertiarij ſint nati ex latere Minorum, eundem agnoſcant parentem, & Ducem, nempe D.Franciſcum, ſimillimaq; veſte,& cingulo vtantur, & in proceſſionibus etiam ſub eodem vexillo nullo diſcrimine, nulloq; interiecto medio poſt Minores incedant, tamquam membrum, & pars dicti Ordinis Minorum non congruit exemplum Regis Catolici, quia illius regna nullam habent inter ſe communionem; niſi reſpectu ipſius Regis, qui in ſimul his regnis imperat, neq; regna ipſa ſunt ſubalternata, nec vnum ab alio pendet.

Et ita ex his, & alijs late deductis in duabus deciſionibus coram R. P.D.meo Pirouano emanatis, reſolutum fuit Fratribus Minoribus de Obſeruantia tantum informantibus.

DECISIO QVARTA.

88 *IN qua reformatis præcedentibus tribus deciſionibus, quæ emanauerant fauore Fratrum Minorum de Obſeruantia de iure conferendi per ipſos habitum Tertiarijs ſecularibus, deciſum fuit die 2. Veneris Decembris 1637. coram R. P. D Roias, idem ius, & facultatem competere cumulatiue etiam Tertiarijs Regularibus in Luſitania, nam controuerſia erat pro illis partibus Hiſpaniarum. Eam autem extendit Paulus Rubeus cum alijs Deciſ. 618. & vltima illius tomi.*

Duabus ſententijs Rotalibus pronunciatum fuit, Ius conferendi habitum Tertiariorum ſecularium Seraphici Patris Sancti Franciſci ſpectare priuatiue ad minores de obſeruantia, excluſis Fratribus Regularibus de Pœnitentia.

Hodie

Hodie in tertia inſtantia coram me, cauſa vertente propoſui Dubium, Verum eſſent necne dictæ ſententiæ confirmandæ, & Domini reſponderunt, illas eſſe reformandas, & ius conferendi hunc habitum pertinere cumulatiue ad Minores, & Tertiarios Regulares, moti, quia ex nouiter deductis per Tertiarios Regulares viſa ſunt ceſſare fundamenta, quibus ad prædictas ſententias deuentum fuit, & ſi quid in fauorem Minorum adduci poteſt, illud non arguere, niſi ius cumulatiue conferendi.

Quantum enim ad fundamenta ſententiarum, quæ ad quatuor capita reducuntur, nempe ad principia iuris communis, communicationem Priuilegiorum, conſtitutiones Pontificias, & conſuetudinem.

Viſum primo fuit, non ſuſtineri, primum de principijs iuris communis, nam quamuis vera ſit cõcluſio in deciſione R.P.D. mei Mer-
89 lini firmata, & prius adducta coram R.P.D. meo Pirouano, videlicet collationem habitus alicuius Ordinis Regularis, ſpectare ad illos, qui habent connexionem cum recipiendis, & ſuperioritatem in eo Ordine, vt præter allegata in d.d. deciſionibus probat *Cap. Porrectum, & c. ad Apoſtolicam de Regular. traditq. Oldrad. conſ. 97. num. 1. verſ. ſed in contrarium.*

Nihilominus in facto defendi non poteſt Minores habere cum recipiendis ad habitum Tertiariorum ſæcularium connexionem ſaltem tantam, quantam habent Tertiarij Regulares, minuſque in Tertio Ordine ſuperioritatem.

Siquidem initium ſumendo à connexione, tantum abeſt, quod Ordo Minorum connexionem habeat, cum recipiendis ad habitum Tertiariorum in ſæculo degentium, vt de manifeſta inter eos diſtinctione appareat ex *Clem. cum ex eo de ſent. excomm. ex gloſ. ibidem diſcretiuè tres ordines numerante, & ex Calder. conſ. 7. n. 2.*
90 *in princ. verſ. ſed nec de illa de ſiro compet.* vbi probat Fratres Tertij Ordinis in ſæculo degentes, non eſſe de Religione Minorum, *per text. in d. Clem. cum ex eo,* quibus accedunt literæ Iulij Secundi relatæ in Bulla Clementis Septimi incipien. *Ad vberes,* vbi Iu-
91 lius præcipit, Regulam Ordinis de Pœnitentia, prout Sanctus Franciſcus inſtituit, ab omnibus illam pro tempore profitentibus abſque alia commixtione cum alijs Regulis, & Ordinibus eiuſdem Sancti, illorumque Fratribus, & Sororibus ſeruari.

92 Et in omnem euentum, quod Tertiarij ſæculares non habeant
tantam connexionem cum Minoribus, quantam habent cum
93 Tertiarijs Regularibus; Dixerunt Domini conſtare, nedum ex
eo, quod omnes dicantur Tertiarij ad *tex. in* §. *illud tamen*, & §.
*ſeq. in auth. vt indic. ſine quoquo ſuffrag. omneſque deferunt habitum
conformem, c. vt Iudex*, §. *idem de ſent. excomm. in* 6. Verum etiam
ex dicta Bulla Clementis Septimi, & ex Bulla in hac tertia in-
ſtantia producta Pauli Tertii, in quibus dicitur Tertium Ordi-
nem, nedum coniugatis, vtriuſque ſexus verum etiam Fratribus,
& Monialibus in communi viuentibus, ac tria vota ſubſtantialia
ſolemniter emittentibus, florere, complectendo omnes prædi-
94 ctos ſub vno ordine, & ſub vnica oratione recta ab eodem ver-
bo, florere, quod eſt maximum ſignum connexionis, *l.* 1. *C. ſi vnus
ex pluribus appellauerit, Bald. in l. ampliorem in princ. n.* 4. *verſ. ſed
quæro, C. de appell. Bero. conſ.* 76. *n.* 67. *verſ. neque inconueniens, lib.*
1. *Surd. conſ.* 535. *n.* 19. *verſ. quia cum æque, Aldobrand. conſ.* 77. *n.*
37. *lib.* 1. *Menoch. de arbitr. caſ.* 45. *num.* 7.
Præſertim quia Clemens Septimus in eadem Bulla decreuit, vt pro
conſeruatione d. Ordinis, ac regulari modo viuendi, in Capitulo
generali ipſius Ordinis tunc primum celebrando nonnulla pro
Fratribus, & Sororibus coniugatis, ac in ſæculo viuentib. necnon
alia pro Eremitis, ac alia pro Fratribus in communi viuentibus,
necnon alia pro Monialibus dicti Ordinis, cuilibet eorum, pro
quibus fierent, ſtatui conuenientia, quæ Regula dicti Ordinis de
Pœnitentia perpetuis futuris temporibus exiſteret, ac nuncupa-
retur auctoritate Apoſtolica conſtitui poſſent, ac deberent, &
Paulus Tertius Statuta huiuſmodi in executionem d. Bullæ
Clem. Septimi in Capitulo generali condita, & in vnam Regu-
95 lam redacta ex certa ſcientia confirmauit. Ex hac namque Re-
gulæ vnitate, connexio pariter inter omnes illos arguitur *l. omnes
Populi*, §. *nam quod quiſque ff. de iuſt. & iur.*
Poſtea veniendo ad ſuperioritatem quod Ordo Minorum eam non
habeat in Tertiarios ſæculares, probant literæ dicti Iulii Secundi
96 relatæ in præfata Bulla Clementis Septimi, quibus reuocauit li-
teras Apoſtolicas ſubiicientes Ordinem de Pœnitentia Ordini
Minorum. & voluit illum dicto Ordini Minorum ſubiectum non
97 eſſe, nam vbi ſubiectio non eſt, ſuperioritatem tamquam eius

corre-

correlatiuam ceſſare neceſſe eſt, *l. final. ff. de acceptilat. Bald. in rubr. n. 10. C. de reb. credit.*

Demum aliis omiſſis, hoc idem probat dicta Bulla Clementis Septimi in qua expreſſe derogatur omnibus, & ſingulis aliis literis Apoſtolicis ſubiicientibus, Fratres, Moniales, Sorores, ac alias vtriuſque ſexus perſonas Ordinis de Pœnitentia Fratribus Ordinis Minorum de Obſeruantia, ſeu Conuentualium, confirmanturque aliæ ſimiles literæ derogatoriæ Pontificum prædeceſſorum, & ſtatuitur, quod Fratres, Moniales, & Sorores, ac aliæ vtriuſque ſexus in ſæculo exiſtentes perſonæ Viſitatori Generali ipſius Ordinis de Pœnitentia pro tempore exiſtenti obediant, illeque eis præſit. Hæc enim, & quod ſuperius relatum fuit, verſ. præſertim, ſuperioritatem Ordinis Minorum in Ordinem de Pœnitentia clariſſime excludant, & illam Viſitatoris Generalis ipſius Ordinis de Pænitentia confirmant tum propter ſignificationem
98 verbi, præſit, l. 1. 3. & 4. *ff. de offic. Præfed.* tum quia obedientia non præſtatur, niſi Superiori, *c. 2. 8. diſtinct. Federic. de Sen. conſ. 191. n. 5. in fin. verſ. & quia in obediendo, Oldrad. conſ. 172 num. 3.*

Nec obſtat Bulla Pii Quinti, in qua extincto officio dicti Viſitatoris Generalis vniuerſis Grex Tertiariorum ſubiicitur Generali, ac Prouincialibus Minorum, quam ſubiectionem prius quoque præceperunt Sixtus Quartus, & Leo X. vt dicitur in deciſione D. mei Merlini.

Quia Conſtitutionibus horum duorum Pontificum derogauit
100 Clem. in Bulla ſuperius citata. Quare nequeunt hodie allegari *Dec. in c. 1. in 1. lect. de Conſtit.*

Ad Bullam autem Pii Quinti reſponſum fuit ſuperioritatem in ea conceſſam Prouincialibus Minorum fuiſſe ſublatam à Clemente Octauo. Illam vero quæ conceditur Generali non arguere Superioritatem ipſius Ordinis Minorum, quia non datur dicto Generali tamquam Generali Minorum, ſed tamquam ſubrogato in locum Viſitatoris Generalis Tertii Ordinis, & conſequenter d.
101 Generalis conſiderari debet ſub qualitatibus præfato Viſitatori olim competentibus, non ſub illis, quæ conueniunt Generali Minorum *c. Poſtulaſti in fine de conceſſ. præbend. c. A collatione de appellat. l. ſi quando, C. de eod.* Quod Domini confirmarunt, quia ipſemet Pius Quintus in eadem Bulla expreſſe voluit, d.

Generalem Minorum in regendis perſonis Tertii Ordinis, nihil ſtatuere poſſe, quod eorum regulæ aduerſetur & in Breui ſuper declaratione eiuſdem Bullæ directo Nuntio Hiſpaniarum, iuſſit dicto Nuntio, vt nomine ſuo moneret Generalem, & alios Miniſtros Minorum, ſuæ intentionis non eſſe extinguere Tertium Ordinem, aut eius Regulam immutare, ſed tantum illius profeſſores ad obſeruantiam ipſius Regulæ reformare, ex quo aper-
102 tiſſime liquet, Pium voluiſſe, vt ſuperioritas conceſſa Generali Minorum intelligeretur ei data vti Generali Tertii Ordinis, non autem vti capiti Minorum ex bene adductis in ſimili *per Gonzal. in reg.* 8. *gloſ.* 5. §. 7. *num.* 119. *& ſeqq.* eiuſque intentionis non fuiſſe quod habitus Tertiariorum daretur à Minoribus, cum hoc repugnet Regulæ Tertii Ordinis, quam declarat nolle immutare. In dicta enim Regula c. 2. expreſſe præcipitur, quod habitus per Miniſtrum ipſius Tertii Ordinis conferatur, ſicut, & in Regula confirmata à Paulo 3.

Secundo non eſt viſum Dominis tutum fundamentum deſumptum ex communicationib. Priuilegiorum. Nam ſi loquimur de communicationibus actiuis, hoc eſt de illis, quibus priuilegia Tertiariorum Sancti Franciſci communicata fuerunt Tertiariis Sancti Dominici, ac aliis, & in quibus ſupponitur Tertiarios vocari Ordinis Minorum, patet illas, ſi tempus earum conceſſionis inſpiciatur non ſuffragari quædam quæ factæ fuerunt à Martino V. & de tempore Eugenii Quarti, factæ fuerunt de tempore, quo Ordo Tertiariorum ſubiectus erat Ordini Minorum, & propterea mirum non eſt quod in illis Tertiarii Sancti Franciſci vocentur Tertiarii Minorum; in ea vero quæ facta fuit à Iulio Secundo poſt reuocatam ab ipſo ſuperioritatem Minorum in Tertium Ordinem, nullibi profeſſores illius appellantur Tertiarii Minorum, ſed tantum profeſſores Tertii Ordinis, vt videri poteſt in communicationibus relatis à *Roderic. quæſt. regul. tom.* 3. *quæſt.* 72. *art.* 2.

Si autem ſermo eſt de communicatione paſſiua, ideſt de ea qua priuilegia conceſſa cæteris Ordinibus communicantur Ordini Minorum, reſpondetur huiuſmodi communicationem, circa Ius
103 conferendi habitum Tertiariis ſecularibus nihil operari, quia generalis communicatio priuilegiorum non trahitur ad ea in

quibus

quibus ſpecialiter eſt prouiſum *c. ſi propter de reſcript. in 6. Calderin. conſ. 1. num. 2. per tot. ſignanter poſt princ. verſ. ad idem de priuileg. Mandoſ. de priuileg. ad inſtar gloſ. 8. num. 5. & 6.*

Tertio viſum eſt facile tolli fundamentum iactum in Pontificijs Conſtitutionibus. Quoniam duæ tantum in deciſione D. mei Merlini adducuntur, ambæ Sixti Quarti; Altera qua Minoribus conceditur facultas corrigendi, & viſitandi Tertiarios ſæculares, ac ſi aliquis exceſſus ita poſtulet eos habitu priuandi: Altera quod Prælati Ordinis Minorum recipere poſſint volentes aggregari Tertio Ordini, ac etiam valeant eiſdem deputare Confeſſorem, ſeu Viſitatorem prædicti Ordinis Minorum, quarum Conſtitutionum neutra nunc ſuffragatur quia ambæ cadunt ſub reuocationem, quam Iulius Secundus, dicti Sixti ſucceſſor fecit de Apoſtolicis Conſtitutionibus ſubijcientibus Tertium Ordinem Fratribus Ordinis Minorum, necnon ſub reuocationem, quam de eiſdem Apoſtolicis Conſtitutionibus, nominatim Sixti Quarti fecit Clem. VII. in ſæpe dicta Bulla.

In qua cum ille vlterius ſtatuerit quod ſolus Antonius de Tablada (qui tunc erat Viſitator Generalis Tertiariorum; non ſolum ſæcularium, ſed etiam Regularium à Leone X. iam approbatorum, omniumque aliarum perſonarum Tertij Ordinis) & pro tempore exiſtens Viſitator Generalis eorundem, & ab eo pro tempore exiſtens Viſitator Generalis eorundem, & ab eo pro tempore deputati, & nullus alius venientes à ſæculo, vel alias in Fratres, ſeu Moniales, vel Sorores vtriuſque ſexus dicti Ordinis recipiant, nec ad profeſſionem admittant, & aliter habitum d. Ordinis recipientes, & profeſſionem emittentes, pro non Fratribus ipſius Ordinis habeantur, nec habitum huiuſmodi deferre poſſint, vtique apparet in puncto Iuris conferendi hunc habitum Conſtitutiones Pontificias ſtare pro Tertiarijs Regularibus, non pro Minoribus, pro quibus nullam reperiri Bullam dantem Ius recipiendi
104 Tertiarios, teſtatur etiam *Miranda ex* ordine ipſo Minorum *in manuali Prælat. reg. tom. 1. quæſt. 36. art. 7.*

Neque hic obijci poteſt ſupradicta Conſtitutio Pii Quinti, quia ad illam ſuperius abunde reſponſum fuit.

105 Poſtremo viſum eſt Dominis non eſſe firmum fundamentum, quod pro Minoribus factum fuit in conſuetudine.

Nam

Nam illa, quæ deducitur ex eo quod ab anno 1221. vſque ad annum 1521. quo à Leone X. approbatus fuit Ordo Tertiariorum Regularium lapſi fuerint 300. anni, ac conſequenter cum hoc longiſſimo tempore Tertiarii ſæculares habitum recipere non
106 potuerint à Tertiariis Regularibus, qui non extabant, illum neceſſario recepiſſe videantur à Minoribus, non ſubſiſtit, imo penitus corruit, ſiquidem in Regula Tertii Ordinis à Nicolao IV. anno 1289. 16. kalen. Septembris ædita, & quæ ab ipſo Seraphico emanaſſe creditur, quamuis ab eo promulgata non reperiatur, ius conferendi habitum Tertiariorum tribuitur dumtaxat miniſtris Tertii Ordinis, & idem Nicolaus Quartus declarans hanc regulam dicit Fratres iſtius Ordinis debere habere miniſtros de ſe ipſis iuxta formam in prædicta regula compræhenſam. Quæ
107 verba de ſe ipſis ſunt perſonaliſſima, §. *fuerat, in fine, vbi gloſ. Inſtit. de action. Rol. conſ. 59. n. 28. lib. 3.* Ideoque ab ipſis miniſtris Tertii Ordinis, & non à Minoribus habitus Tertiariorum dicto tempore collatus præſumi debet.

Quæ vero deducitur ex Chroniſtis, & Hiſtoricis, necnon ex Teſtib. pro Minoribus examinatis affirmantibus Minores longo tempore contuliſſe habitum Tertiariis ſæcularibus, vel ſunt intelligenda in caſu quo dictus habitus à Miniſtris Tertii Ordinis cōmode haberi non potuerit, vel ſimul cum iis. Quæ geſta prætenduntur ab initio naſcentis Ordinis non ſunt hodie habenda in conſideratione, ex quo cuicumque conſuetudini ampliſſime derogarunt Clemens Septimus, & Paulus Tertius in Bullis ſupra-
108 dictis, quæ habent Decreta irritantia quibus inficitur omnis contraria conſuetudo, non modo præterita, ſed etiam futura. *Felin. in c. cum acceſſiſſent, num. 30. verſ. quarto limit. de conſtit. Rum. conſ. 13. n. 13. lib. 2. & conſ. 102. n. 12. lib. 3. Gabr. de clauſ. concluſ. 3. n. 39. verſ. tertius effectus.*

Ex quibus licet Tertiarii Regulares prætenderent ius conferendi dictum habitum ad Minores nullo modo ſpectare, & ad ſe pertinere priuatiue ad omnes alios præterquam ad dictum P. Generalem Minorum conſideratum tamquam caput Tertii Ordinis.
109 Attamen Domini rigore prætermiſſo, & amplexi æquitatem, reſoluerunt, vt initio dictum fuit, ius conferendi habitum Tertiariis ſæcularibus ſpectare cumulatiue ad vtroſque, Minores ſcili-

ſcilicet, & Tertiarios regulares,& in hac parte ſententias eſſe re-
formandas.
110 Tum quia etiamſi fauendo Minoribus admitteretur illos vi-
gore conſuetudinis aquirere potuiſſe iuriſdictionem conferendi
dictum habitum, nihilominus cum ipſi non probent illam aqui-
ſiuiſſe priuatiue ad Tertiarios Regulares, qui illam habent ex
vi regulæ, & ſic iure ordinario, cenſeri deberet aquiſita cumula-
tiue, non autem priuatiue ex regula generali. Quod iuriſdictio
111 tributa,& aquiſita contra habentes iuriſdictionem ordinariam
intelligitur cumulatiue, & non priuatiue, *l. fin. vbi Bald. in princ.
& n. 4. C. de iuriſd. omn. Iud. Aretin. conſ.* 102. *n.* 1. *verſ. & quia, Rom.
conſ.* 393. *n.* 1. *& ſeqq. Greg. XV. deciſ.* 4. *n.* 5.
Tandem quia dictus P. Generalis Minorum ſubrogatus fuit in lo-
cum dicti Viſitatoris Generalis Tertij Ordinis à quo ſolo, vel
Deputatis ab eo ex dicta Bulla Clem. VII. & Pauli III. habitus
112 iſte conferri poterat, & ideo cum ipſe P. Generalis præſens
eſſe non poſſit in omnibus locis, in quibus iſte habitus conferri
debet, nec valeat facultatem illum dandi denegare omnibus,
tam Minoribus, quam Tertiarijs regularibus, ex quo hoc modo
ſucceſſu temporis extinguerentur omnes Tertiarij ſeculares cõ-
tra declarationem mentis ſuæ factam à Pio Quinto in dicto
Breui directo Nuntio Hiſpaniarum, non eſt maior ratio cur ad
illum dandum deputare debeat Minores potius, quam Tertia-
113 rios Regulares quinimo Tertiarij Regulares prætendunt ſe
eſſe in hoc Minoribus præferendos, *arg. text. in cap. nouit de his
quæ fiunt à Prælat. ſine conſ. capit. & in c. in noua.* 16. *quæſt.* 7.
Nec obſtat quod in deciſionibus Reuerendiſſimorumm DD. meo-
rum Pirouani, ac Merlini dicatur Regulam, & alia adducta pro
Tertiarijs facere tantum pro Tertiarijs ſæcularibus, qui hodie
non ſunt in cauſa, non autem pro Tertiarijs Regularibus.
Quia quod Regula Tertiariorum ſæcularium, & Regularium vnica
ſit,& illa eadem quam Nicolaus Quartus à Seraphico Patre tra-
114 ditam edidit, licet Leo X. in approbatione Tertiariorum Re-
gularium ſeparans pretioſum à vili, hoc eſt capita d. Regulæ fa-
cientia pro Regularibus, ab eis, quę ſęcularibus tantum conue-
niebant, illa vſui, ac ſtatui Regularium adaptauerit. Probatur
ex ipſamet Bulla Leonis X. ibi, nos iuxta Domini voluntatem

pre-

pretioſum à vili ſeparantes, eandem Tertiam Regulam in mo-
dum qui ſequitur diſtinctam, de nouo conſtituimus, & approba-
115 mus, ac vobis, & ſucceſſoribus veſtris ſeruandam tranſmitti-
mus. Illa enim dictio, *eandem*, quę refertur ad Regulam Nicolai
Quarti, de qua immediate ante fit mentio, oſtendit illas eſſe in
ſubſtantia vnam *Bald. in l. ſi vnius*, §. *pactus ne peteret in 2. lect. n.*
6. ff. de pact.

Qnod vero Tertiarij ſæculares non ſint in cauſa, nihil eſt, nam ſufficit litem agi cum Regularibus, de quorum intereſſe non videtur dubitandum cum Clem. VII. in d. Bulla poſt approbatos iam à Leone X. Tertiarios Regulares conceſſerit Ius conferendi habitum Tertiariorum ſæcularium Viſitatori Generali, tam ipſorum Regularium, quam ſecularium. Quod etiam ſtatuit in ſua Bulla Paulus III.

Quibus fundamentis, & alijs per informantes adductis poſt ſextam cauſæ propoſitionem re mature, & vtraque parte ſemper informante diſcuſſa, ita reſolutum fuit, &c.

116 Similis difficultas excitata fuit in Gallia, nam nonnulli Epiſcopi de illis partibus ad inſtantiam quorundam deuotorum Capucinorum declarauerunt ius, & poteſtatem conferendi habitum Tertij Ordinis S. Franciſci ſecularibus vtriuſq; ſexus ſpectare ad ſuperiores dicti Ordinis Capucinorum; à qua declaratione, & decreto Regulares eiuſdem Tertij Ordinis S. Franciſci ſuperiores coacti fuerunt appellare ad Sacram Congregationem, accedentes ad Romanam curiam, poſtulantes obſeruari decretum ſub hac re alias editum ab eadem Sacra Congregatione, quod extendi in Archiuio Collect. 4. Decr. 12. fol. 905. §. *Superioribus autem Regularibus ſufficienti facultate ad id à Sede Apoſtolica ſuffulti, Capucinis exceptis, licere, &c.* virtute cuius noſtri inſtabant, vt præciperetur eiſdem Capucinis, vt ſe abſtinerent à receptione ſecularium ad Habitum Tertij Ordinis S. Franciſci ſuper qua inſtantia emanauit Decretum contra Capucinos tenoris ſequentis.

Die 29. Nouembris 1653. Sacra Congregatio Eminentiſſimorum Cardinalium Concilij Tridentini interpretum decreuit ſerio iniungendum Procuratori Generali Capucinorum, & ore tenus inſinuandum Emin. Cardinali Protectori, vt Fratres Capucini obſeruent Decre-

tum

tum alias ab hac Sacra Congregatione editum, non licere eiſdem Capucinis mulieres ad habitum Tertiariarum recipere. ſed id competere Fratribus Tertij Ordinis. Sign. Petrus Aloyſius Cardin. Caraffa.

Patres Capucini appellarunt, & contra illos emanauit ſequens Decretum huius tenoris.

In cauſa Galliæ inter Fratres Tertij Ordinis S. Franciſci ex vna, & Capucinorum ex altera.

Die 15. Maij 1655. S. Congr. Emin. Cardinalium Concilij Tridentini interpretum omnibus mature perpenſis cenſuit, ſeruandum eſſe Decretum S. Congregationis editum die 20. Decembris 1616.

Die 20. Decembris 1616. S. Congreg. &c. Inſtantibus Fratribus Tertij Ordinis S. Franciſci, cenſuit, ſuperioribus Regularibus ſufficienti facultate ad id ſuffultis (Capucinis exceptis) licere mulieres ad huiuſmodi habitum Tertiariorum recipere, atq; ad ipſos eas veſtiendi officium pertinere. Sign. Iulius Epiſcopus Tuſcul. Card. Sacchetus. Franciſcus Pauluccius Congregat. Secret.

Denuo Procurator Generalis Capucinorum conqueſtus fuit dictũ Decretum eſſe contrarium alteri Decreto poſteriori eiſdem Capucinis conceſſo die 31. Ianuarij 1620. in quo eis datur facultas recipiendi ad habitum mulieres. Illud refero in Archiuio ſub Decr. 36. cui Sacra Congregatio reſpondit vt ſequitur.

Die quinta Iunij 1655. S. Congreg. cenſuit, ſtandum eſſe in Decreto ſub die 15. Maij præteriti. Eſt ſupra extenſum. Quod vt firmius exiſteret, & Capucini non haberent amplius occaſionem aduerſari Fratribus Tertij Ordinis in Gallia, maxime in ciuitate Iuliobonenſi, vbi controuerſia initium habuit, procurarunt noſtri Breue Sanctiſſimi Alexandri Papæ VII. nunc feliciter regnantis confirmatorium præfati Decreti tenoris ſequentis.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad perpetuam rei memoriam.

117 EManauit nuper à venerabilibus Fratribus noſtris S. R. E. Cardinalibus S. Concilij Tridentini interpretibus Decretum tenoris ſequentis, videlicet. *Die 15. Maij 1655. Sacra Congregatio Emin. Cardinalium Concilij Tridentini interpretum omnibus mature perpenſis, cenſuit, ſeruandum eſſe Decretum huius S. Congr.*

editum

editum die 20. Decembris 1616. tenoris ſequentis. Die 20. Decembr. Sacra Congr. Emin Cardinalium Concilij Tridentini interpretum. inſtantibus Fratribus Tertij Ordinis S. Franciſci cenſuit, Superiorib, Regularibus ſufficienti facultate ad id ſuffultis (Capucinis exceptis) licere mulieres ad huiuſmodi habitum Tertiariorum recipere, atq; ad ipſos eas veſtiendi officium pertinere.

Cum autem firmiora ſint, in quibus Sedis Apoſtolicæ accedit auctoritas. Nobis propterea dilectus filius Romanus à Conſtantia Procurator Fratrum Reformatorum Tertij Ordinis S. Franciſci Regni Franciæ humiliter ſupplicari fecit, vt præinſertum prædictorum Cardinalium Decretum die 15. Maij proxime præteriti emanatum, quo aliud etiam ſupra inſertum ſeruari mandatur, pro illius firmiori ſubſiſtentia confirmare de benignitate Apoſtolica dignaremur.

Nos igitur eundem Romanum ſpecialibus fauoribus, & gratijs proſequi volentes, & à quibuſuis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, alijſq; eccleſiaſticis ſententijs, cenſuris, & pœnis à iure, vel ab homine quauis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit, ad effectum præſentium duntaxat conſequendum harum ſerie abſoluentes, & abſolutum fore cenſentes, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati.

Decretum huiuſmodi apoſtolica auctoritate firmitatis robur adijcimus: Ac omnes, & ſingulos, tam iuris, quam facti, defectus, ſi qui deſuper quomodolibet interuenerint, ſupplemus.

Decernentes præſentes literas validas, firmas, & efficaces exiſtere, & fore; ſuoſq; plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere; ac ab omnibus, & ſingulis, quos illæ concernunt, & quomodolibet concernent in futurum, inuiolabiliter, & inconcuſſæ obſeruari.

Sicq; per quoſcumq; Iudices, & Commiſſarios, quauis auctoritate fungentes, & functuros, etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores, iudicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, ſi quid ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate, ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Non obſtantibus præmiſſis, ac conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis; necnon dicti Ordinis etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, priuilegijs quoque indultis, & literis Apoſtolicis, qui-

quibuſuis dicti Ordinis ſuperioribus, & perſonis ſub quibuſuis verborum tenoribus, & formis; & cum quibuſuis etiam deroga-toriarum derogatoriis, aliiſq; efficacioribus, & inſolitis clauſulis, & decretis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innouatis. Quibus omnibus, & ſingulis illorum tenoribus præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum effectum, ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſq; contrariis quibuſcumq;

Datum Romæ apud S. Mariam Maiorem ſub annulo Piſcatoris die 30. Iunii 1655. Pontificatus noſtri anno primo.

Capucini autem ægreferentes dictum Decretum cum eius Apoſtolica confirmatione de nouo inſtiterunt, ſed reiecti fuerunt per ſubiectum Decretum.

Sacra Congregatio S.R.E. Cardin. negotiis, & conſultationib. Epiſcoporum, & Regularium præpoſita attentis narratis, viſiſq; omnibus, & mature diſcuſſis, cenſuit, ſeruandum eſſe, prout præſenti Decreto mandat, & præcipit Breue S. D. N. necnon reſolutiones S. Congregationis Concilii Tridentini ſuper prædictis emanatas, quibuſcumq; in contrarium non obſtantibus. Romæ 9. Iulii 1656. *Sign. Martius Cardin. Ginettus. Camillus Archiep. Capuæ Secr.*

Quibus tamen adhuc Capucini aduerſantur petentes ſupradicta moderari, agente contra ipſos F. Ricardo Aumullenſi Prouinciæ S. Iuonis in Gallia Reformatorum Tertij Ordinis S. Franciſci, in Curia Romana Procuratore.

Notandum autem eſt, quod ex ſupradictis ante extenſas Deciſiones, conſtat, ſuperiores Tertij Ordinis Regulares habere facultatem à Sede Apoſtolica dandi habitum eiuſdem Ordinis perſonis ſecularibus vtriuſq; ſexus, & in ſpecie pro Reformatis Franciæ extendi ſuper hac facultate Pauli V. in Archiuio Bullam CCLXIII. fol 602.

De huiuſmodi Reformatione in Francia nonnulla ſubijcio ad verbum accepta à Barboſa lib. 1. de iure eccleſ. cap. 41. num. 178. huius tenoris.

118 *Ex ijs Tertiarijs alij Reformati, qui cæperunt in Gallia anno Domini 1595. nam extincta ferè memoria Regularis Obſeruantiæ Tertii Ordinis non ex incuria ipſorum, ſed ob hæreſum prauitatem, & bella*

ciuilia

ciuilia illic graſſantia R.P. Vincentius Muſſart Pariſienſis, Prædicator Regius, & vir admodum ſpectatæ probitatis, vna cum F. Franciſco Muſſart germano ſuo, adſcitis etiam nonnullis alijs piis, & religioſis viris, prædicto anno Reformationi huiuſmodi cum auctoritate Clementis VIII. ita ſolicite incumbere cœperunt, vt vſq; ad hodiernam diem quamplura cœnobia antiqua reſtaurauerint in diuerſis Galliæ Prouinciis, necnon in Lotaringia, & Burgundia, in quibus habent etiam diuerſa montalium monaſteria ſub eodem inſtituto & reformatione militantium. Gaudent multis priuilegiis per diuerſos Summos Pontifices conceſſis, & præcipue per Paulum V. conſt. incip. Quæ pro augenda 14. Maij 1613. *Vacant prædicationibus, conferentiis, & controuerſiis in hæreticos, confeſſionibus, infirmorum viſitationibus, & cæteris pietatis officiis. Sunt Romæ ad S. Mariam Miraculorum prope S. Mariam de Populo.* Hæc Barboſa.

Bullam citatam extendi in Archiuio ſub num. CCLXIII. Aliæ ibidem habentur, vna Clem. VIII. ſub num. CCLI. Pauli V. quatuor præter citatam, ſub num. CCLX. CCLXI. CCLXIV. CCLXV. Vna Vrbani VIII. ſub num. CCLXXVIII.

CAPVT XIII.

Catalogus Generalium, & de eorum poteſtate.

1 *Tertius Ordo inſtitutus fuit ſine Generali.*
2 *Habet tamen Viſitatorem in ſingulis locis.*
3 *Cui eleuato in Religionem ſucceſſit Generalis.*
4 *Generalis primus Traiectenſis nationis.*
5 *Generalis ſecundus Congregationis Zepperenſis in Belgio.*
6 *Generalis tertius nationis Hiſpanæ.*
7 *Generalis quartus Italorum, & inſularum adiacentium.*
8 *Generalis ſucceſſit Viſitatori, de quo in Regula.*
9 *Viſitator ille extraneus erat pro Tertiarijs ſecularibus.*
10 *Poteſtas Generalis circa quæ ſe extendat.*
11 *Habitum auferre intelligitur de incorrigibilibus.*
12 *Generalis eandem habet poteſtatem, quam habent alij aliorum Ordinum.*
13 *Facultate tributa Epiſcopis in Tridentino vtitur Generalis.*
14 *Etiam ampliore, & pro foro externo.*
15 *Interpretatur etiam iudicialiter dubia Regulæ, & Conſtitutionum.*
16 *Confraternitas Cordigerorum erigit in ſuis eccleſijs.*
17 *Habilitat, & diſpenſat in pœnis.*

EX CATALOGO.

8 *Saluatus de Quarterijs Romanus Prouincialis, & Miniſter S. Hieronimi de Vrbe.*
Hieronimus de Caſtilione Generalis.
10 *Henricus Generalis in Italia, alter in Germania.*
22 *Franciſcus Cremenſis Prouincialis Romandiolæ ſimul, & Tuſciæ.*
26 *Sebaſtianus Vicentinus Prouincialis Marchiæ Teruiſinæ.*
27 *Antonius de Maſſa Prouincialis Ducatus Spoleti.*
Conuentus S. Rochi Montis Falconis.
28 *Peregrini duo, vnus Generalis, alter eius nepos Magiſter.*

39 *Tertiarij ſeculare referant ſubiecti.*
34 *Olim Capitula fiebant intra Eccleſiam.*
Cardinalis de Carpo Protector.
40 *Albertus de Caſalbutano Præſidens Capituli.*
Alphonſus de Barco Cropanenſis Commiſſarius Generalis.
45 *Ferdinandus Cardinalis de Medicis Protector.*
Ambroſius Coccius Secretarius.
49 *Pompeius Cardinalis Arrigenius Protector.*
52 *Fabricius Cardinalis Verallus Protector.*
53 *Defunctus ante annum 1625.*
55 *Franciſcus Cardinalis Barberinus Protector.*
57 *Congregatio prima Generalis.*
58 *Congregatio ſecunda Generalis.*

1 Sanctus Franciſcus Tertium Ordinem inſtituit ſine Generali,
quia eius intentio fuit, vt omnes, qui eiuſmodi habitum de Ter-
tio Ordine deferrent, in proprijs domibus Deo ſeruirent in ob-
ſeruatione diuinorum præceptorum meliori modo, quam cæte-
2 ri fideles in ſuis domibus. Statuit nihilominus, vt legitur cap. 16.
eius Regulæ, vt Viſitatorem haberent ſacerdotem alicuius ap-
probatæ religionis, qui illis de commiſſis exceſſibus iniungeret
pœnitentiam ſalutarem, & hoc Viſitationis officium ſemel in an-
no exerceretur, præſcripſit, niſi neceſſitate aliqua ſuadente eſſet
pluries facienda. In ſingulis ergo ciuitatibus neceſſarius videba-
tur ſingularis Viſitator.

3 Deinde proceſſu temporis nonnulli ex his profeſſoribus ad me-
liores profectus ſalutis ſuarum animarum deliberarunt aſpirare,
ac proinde ſub tribus votis ſolemnibus, quæ cæteri regulares
Deo nuncupant, cœperunt religioſe viuere, proprium Ordinem
eleuantes in ſtatum religioſum, & proceſſu temporis in diuerſis
mundi partibus obtinuerunt ſingulæ nationes Generalem eiuſ-
dem profeſſionis ſolemnis, qui omnibus talis nationis præeſſet.
4 Primus Generalis à Bonifacio IX. ſub Bulla eius XXXIV. anno
1404. conceſſus fuit Traiectenſibus, & à Ioanne XXIII. ſub Bulla
XXXVIII. in oppido Delfen conceditur cœmeterium etiam pro
extraneis cum Prædicatore Bulla XXXIX.

5

5 Secundus Generalis fuit Leodienſium Congregationis nuncu-
patæ Zepperenſis in campo S. Hieronymi diæceſis Leodienſis
anno 1435. ex conceſſione Ioannis Epiſcopi Leodienſis, vt patet
ex Inſtrum. 4. & 5. & ex Bulla Nicolai V. CXXXVIII. anno 1450.
Huius autem Congregationis Fratres nunc ſunt ſub obedientia
Generalis Itali, ex Bulla CCXCII. Innocentij X.
6 Tertius Generalis nationis Caſtellæ, & Legionis ex conceſſione
Eugenij IV. Bulla 166. anno 1442.
7 Quartus eſt nationis Italæ à Nicolao V. anno 1447. Bulla 138.
qui præ cæteris multo plures Prouincias, & conuentus habet, &
conſeruatur in ſuo regimine, alij enim fuerunt ſuppreſſi modo
ſub obedientia Generalis de Obſeruantia. De Italo potiſſimum
eſt agendum, qui aliquo modo ſucceſſit Viſitatori, de quo San-
8 ctus Pater loquitur in Regula eo cap. 16. vnde & retinet nomen
Viſitatoris ex officio, nuncupatur vero Generalis ex poteſtate,
quam generaliter habet ſuper omnes Fratres diuerſarum na-
tionum, & ex eius dignitate, & prælatura. Nec Papa Nicolaus
derogat prædicato capiti 16. in eo, quod habeant ſacerdotem in
Viſitatorem, qui ſit alterius religionis, quia id intelligitur de
9 Tertiarijs viuentibus in proprijs domibus, non autem de ijs, qui
in communi viuunt; iuſtum enim eſt, vt à ſuis profeſſoribus re-
gantur. Nihilominus idem Nicolaus in Bulla 138. pro Leodien-
ſibus derogat in hoc dicto capiti 16. Regulæ ſimiliter Eugenius
IV. derogauit in ſua 106. ſed hoc parum refert ad præſens.
10 Poteſtatem autem habet ampliſſimam ſibi conceſſam à dicto
Nicolao V. qui Generalis de conſilio, & conſenſu ſuorum Defi-
nitor. poteſt facere ſtatuta, habitu aliqualiter immutare, vt ab Ere-
mitis Fratres diſtinguantur, adminiſtrare in ſpiritualibus, & tem-
poralibus, viſitare, reformare in capite, in membris, congregare
capitulum, eligere officiales, illos remouere, & ſi opus ſit, punire,
11 corrigere, priuare, habitum auferre, & eijcere tanquam incorri-
gibiles, compeſcendo contumaces cenſuris, appellatione poſt-
poſita, atque etiam vti auxilio brachij ſecularis. Et quia nonnulli
religioſi initio erant contumaces; Sixtus IV. in ſua 164. præci-
pit omnibus, vt obedientiam præſtent Generali, & Prouinciali-
bus. Et Clemens Septimus in ſua 231. decreuit, Generalem ha-
bere omnem poteſtatem abſoluendi, & diſpenſandi, & rehabili-

 tandi,

tandi, atq; quæcunq; ſtatuta, ordinationes, & conſtitutiones non contraria ſacris canonibus faciendi, alterandi, mutandi, ſicut habent Generales aliorum Ordinum.

13 Eandem poteſtatem, quam Tridentinum ſeſſ. 24. cap. 6. tribuit Epiſcopis diſpenſandi ſuper irregularitatibus, & abſoluendi à caſibus Sedi Apoſtolicæ ſuos ſubditos, habet etiam Generalis reſpectu ſuorum ſubditorum, ex Bulla Pij V. incip. *Romani Pontificis*, exceptis caſibus in Bulla Cænæ Domini; & ampliorem,

14 quia poteſt eam facultatem exercere, licet caſus non ſit amplius occultus, ſed deductus ad forum contentioſum ipſius ſuperioris, quia nullius lædit iuriſdictionem, propter quod Tridentinum eam poteſtatem reſtrinxit ad caſus occultos.

15 Interpretatur etiam iudicialiter, & legaliter quæcunq; dubia in Regula, conſtitutionibus, ſtatutis, & conſuetudinibus occurrentibus ex Bulla præcitata eiuſdem Clementis VII. & Decreto 3. Innocentij X. cum ſuis Definitoribus.

16 Confraternitates Cordigerorum in ſuis eccleſijs erigere poteſt, vbi non ſunt Conuentuales, & Obſeruantes, ex Bulla 272. Gregorij XV.

17 Habilitare poteſt, & diſpenſare in pœnis, & inhabilitatibus propter grauiora delicta, ex Bulla eiuſdem Clem. VII. num. 28. infamiam quoque tollere ex Bulla 154. Sufficiant hæc pro præſenti inſtituto.

CATALOGVS GENERALIVM.

1 BArtolomæus de Bonamatis ciuis Peruſinus in conuentu S. Rochi Caſtri de Montefalco, vbi erat congregatũ Capit. Gen. electus fuit in Generalem die 25. Iulij 1448. virtute Bullæ 133. Nicolai V. cuius executores fuerunt Antonius Epiſc. Eugubinenſis, Epiſcopus Cremonen. & Abbas Monaſterij S. Pauli extra muros Vrbis, quor. literas executorias extẽdit Reuer. de Sillis in ſuo Bullar. fol. 33. cuius Definitores fuerunt F. Frãciſcus de Gẽua, F. Antonius Laurẽtij, F. Onophrius de Mediol. & F. Steph. de

de Piſis, vt conſtat ex quodam Inſtrum. ſub Collect. 3.num.14. Erat religioſus regularis Obſeruantiæ apprime zelator, quem notum dictus Epiſcopus Eugubinus ad eam Prælaturam euexit, erat enim in capitulo præſidens. Sub hoc Generali diuerſa ſtatuta condita fuerunt ſed Papa Nicolaus V. in ſua incip. *Romanus Pontifex* apud Aluam anno 1449. num. 37. mandauit, eos viuere ſecundum ſtatuta, non ſecundum moderna, inquit Vading. ad dictum annum num. 58.

2 Franciſcus de Spinatis Genuenſis ibidem electus fuit anno 1451. tertio Auguſti, vir eruditus in ſacris literis, concionator eximius.

3 Andreas de Franceſchinis Mediolanenſis electus fuit in conuentu SS. Iacobi, & Philippi Florentiæ anno 1454. die 22. Iulij Iſte Pater creatus fuerat Procurator Generalis ſub anno 1449. vt patet ex dicto Inſtrum. 14. eius cartæ procuræ, quo anno fecit extrahere Bullam XXXVII. Ioannis XXIII. & Martini V. Bullam LXVII.

4 Vgolinus Bernonus de Placentia ſic nuncupatus à Vadingo tomo 6. ad annum 1458. num. 55. die 20. Aprilis in conuentu S. Saluatoris Terræ Caſalisbuttani diœceſis Cremonenſis. Eſt alter ab Vgolino infra 13.

5 Honofrius Friginus Mediolanenſis electus fuit in conuentu S. Donati extra Comum die 27. Aprilis 1460.

6 Franciſcus de Brunis Florentinus in conuentu Florentino aſſumptus die 3. Maij 1463.

7 Ioannes Camoleſius, ſeu de Criſoſtomis de Verona in conuentu S. Mariæ de Plazano extra Cremam die 28. Aprilis 1466.

8 Ioannes de Crema electus fuit in Conuentu Vairani extra Cremam die 8. Maij 1469. In quodam proceſſu, in quo probatur Fratres conuentus S. Arcangeli Raphaelis extra Florentiam non eſſe viſitandos à Prouinciali Minorum Tuſciæ, ſed à ſuperioribus ſuis, nominatur F. Ambroſius de Mediolano Viſitator Generalis, in hac cauſa agente anno 1469. die 10. Maij producit tranſumptum Bullæ Pauli II. ſub num. CLV. Legi Inſtrum. 20. extenſum ſub Collect. 3. publicatum 1472. 19. Aprilis. F. Saluatum de Quattarijs Romanum conuentus S. Hieronimi de Vrbe Miniſtrum, & Prouinciæ Romanæ Prouincialem, cum F.

Ioanne de Verona Vicarium in partibus Lombardiæ, & F. Andrea de Mediolano Miniſtro Conuentus Montisbelli, conuocaſſe Capitulum Generale celebrandum Florentiæ eodem anno 1472. 24. Septembris, propter mortem F. Hieronymi de Caſtroleone Ordinis Viſitatoris, & Miniſtri Generalis, vnde aut dictus Ioannes de Crema non fuit Generalis, aut in officio mortuus eſt, ſicut ipſe Hieronimus de Caſtilione, qui erat Genuenſis, in hoc autem Capitulo electus fuit ſequens.

9 Ioannes Paulus de Verona nomen compoſitum in Catalogo de Sillis, ſimplex Ioannes in præcitato Inſtr. electus fuit Florentiæ anno 1472. die 24. Septembris. Et hoc capitulo condita fuerunt Generalia ſtatuta, quæ continent ſubſtantiam Regulæ Nicolai IV. vt dicitur in eorum Proæmio.

10 Henricus de Vngaro de Conſtantia in conuentu Siluæ Matutinæ die 15. Maii 1475. in quo publicata fuerunt Generalia Decreta, præterito triennio propoſita in Capitulo Generali Florentino, vt conſtat ex Proæmio. Et mortuus eſt in officio. Eſt alter Henricus, qui in Bulla CLXXIX. nuncupatus Henricus Bueſfus Dcpholt. prætendebat per literas Apoſtolicas ſe eſſe Viſitatorem Generalem in Germania ſuperiori, & inferiori, vnde vocauit omnes Miniſtros de Argentina, Baſilea, & Conſtantia ad Capitulum Generale in Baſilea celebrandum anno 1491. quo um controuerſiam ortam inter dictum Henricum, & Miniſtros illorum Conuentuum, qui noluerunt obedire, Innocentius VIII. per dictam Bullam commiſit Epiſcopis dictarum ciuitatum decidendum, auditis partibus, appellatione remota, decernerent, quod iuſtum eſſet. Rem hanc tangit Vading. tom. 7. ad annum 1492. num. LVI.

11 Ioannes de Verona ſub num. 7. ſecundo electus Bononiæ in conuentu Caritatis 2. Maii 1477. obtinuit priuilegium Ducis Venetiarum extenſum ſub Collect. 2. Archiuij, defunctus in offic.

12 Arcangelus Guerinus Cremonenſis in conuentu Caſalisburani promotus 1479. die 3. Maii.

13 Vgolinus de Placentia creatus in conuentu Montisbelli die 30. Aprilis 1482. ex rogitu de Puteis Laudenſis, iſte profeſſionem emiſit in conuentu de Vairano in manibus Ludouici de Petrinis anno 1462. die 28. Aprilis, ex quibuſdam ſcripturis, & ita eſſe

arguit

arguit tum differentia nominis, tum magna diſtantia Capitulorum, tum quia in ſecundo inſtrumento extante nulla ſit mentio, quod alias fuerit Generalis.

14 Antonius de Peſcua Vallis Tellinæ in conuentu S. Ioannis de Biogio in Parochiali pagi Melli Vallis prædictæ diæceſis Comenſis anno 1485. 25. Aprilis.

15 Bernardus de Septem agnarum Cremenſis in conuentu S. Mariæ de Montebello anno 1488. 25. Aprilis.

16 Antonius Luſcatus de Cremona in conuentu Comenſi anno 1491. die 24. Aprilis.

17 Bernardus, de quo num. 15. ſecundo promotus in conuentu de Vairano 1494. die 28. Aprilis.

18 Arcangelus, de quo num. 12. Cremonæ aſſumptus die 30. Aprilis 1497.

19 Alexander de Salla Bononienſis in conuentu de Plazano 1500. die decima Maii, contra Leonardum de Vincentia colligantes, cauſa ab Alexandro VI. fuit commiſſa Protectori, & per hunc Vicarius Generalis Bononienſis tulit ſententiam pro Alexandro.

20 Antonius de Paſſariis Cremenſis electus Regii die 8. Maii 1503. ex rogitu Petri de Scartucciis.

21 Leonardus de Lauezariis Cremenſis in conuentu de Plazano die 3. Maii 1506.

22 Leonardus de Vicentia in conuentu Montisbelli 1509. die 29. Aprilis. Iſte obtinuit executoriales Bullarum CXXXVIII. CLV. CLVIII. CXC. CXCI. & in iudicio comparuit F. Franciſus de Crema Prouinciarum Romandiolæ, & Tuſciæ Vicarius, vt conſtat ex Actis Hieronymi de Ghimucciis Auditoris Cameræ Apoſtolicæ 1511. per Benedictum Balandrinum.

23 Franciſcus de Crema in conuentu de Vairano 1513. 17. April.

24 Bernardus de Crema, de quo 15. & 17. tertio electus in eodem conuentu 13. Aprilis 1516.

25 Franciſcus de Scorcinis Cremonenſis in conuentu Montisbelli electus anno 1519. die 15. Maii. Sed quia eius electio fuit ſimoniaca, Cardinalis Grimanus tunc Protector illum reiecit, & anno ſequenti F. Bernardinum Placentinum electum Regii die prima Maii, confirmauit die 15. eiuſdem menſis, vt patet ex M.S, in Archiuio Piratelli.

26 Georgius de Riparia Salodij in conuentu Nouentæ electus 13. Maij 1522. Literas patentes eodem die vna cum ſuis Definitoribus dedit F. Sebaſtiano de Vicentia, per quam illum conſtituit Prouincialem Vicarium Prouinciæ Marchiæ Teruiſanæ, cum cum facultate puniendi etiam Eremitas ſine eius licentia quæſtuantes, aut ſcandala dantes. Literas habeo apud me.

27 Franciſcus de quo num. 73. & 25. tertio aſſumptus in conuentu Montisbelli die 7. Maij 1525. Iſte Pater in certis ſuis literis vocat ſe Ioannem Franciſcum, per quas conſtituit F. Antonium de Maſſa Prouincialem Ducatus ſcilicet Spoletani, ſub datum in conuentu S. Rochi Montis Falconis die 18. Iunij 1526. ex quo manifeſtum eſt, noſtros habuiſſe hunc conuentum, & in eo celebratum fuiſſe primum Capitulum Generale, dum in literis executorialibus Nicolai V. dicitur. *Et nihilominus Capitulum Generale huiuſmodi Ordinis pro hac prima vice in loco Caſtri de Montefalco Fulginatenſis diœceſis, videlicet in vigeſima quinta menſis Iulii* 1448. apud Bullarium de Sillis fol. 36.

28 Peregrinus de Vicentia cognomine Sauiolus Curlæ electus in Generalem 3. Maij 1528. de quo fit mentio in Bulla CCXIV. cum ſuis Definitoribus, Columbano Priore S. Mariæ Piratelli, Petro de Bergomo infra 33. Generalis, & Iulio de S. Columbano, qui fuerat Notator, id eſt, Scriba, ſeu Secretarius præteriti Generalis. Dixi Magiſtrum in Theologia ſub Reſol. 80. ſed verius fuit alter Peregrinus eius nepos, qui anno 1580. erat Prouincialis, poſtea Commiſſarius Generalis 1584. deceſſit in Domino anno 1586.

29 Remigius de Riperia Salodij in conuentu Vairani die 4. Maii 1531. Fecit Commiſſarium ſuum Generalem præfatum Peregrinum exgeneralem ſuper omnes Tertiarios etiam non ſubiectos ſine licentia quæſtuantes, ſeu ſcandala dantes, vt patet ex eius literis ad hunc effectum expeditis in eodem Capitulo, in quo ille electus fuerat.

30 Peregrinus, de quo 28. ſecundo promotus Piratelli anno 1534. die 26. Aprilis.

31 Remigius, de quo num. 29. in conuentu Vicentino anno 1537. die 22. Aprilis.

32 Peregrinus, de quo num. 28. & 30. tertio promeruit Generalatus dignitatem in conuentu Montisbelli 1540. 18. Aprilis. De quo Bonauentura infra in ſua Epiſt. ad Calem Regulæ hæc ſcribi *Et præcipue venerabili Peregrino Vicentino, quem honoris cauſa nomino humaniſſimo alumno meo, de quo dubium non eſt, eius religioſa vita & Chriſti pietate conſiderata, quin vere dictum ſit:*

Qui peregrinus erat, factus fuit incola cæli.

Æterni, & gaudet luminis intuitu.

Eas literas dedit 17. Septembris 1551. defunctus paulo ante hunc annum, vel eodem.

33 Petrus de Calderinis de Bergomo Piratelli dies 15. Aprilis 1543.

34 Bonauentura Vicentinus Magiſter egregius in Theologia electus fuit in eccleſia S. Mariæ de Curla (ſolebant tunc in Eccleſijs celebrare electionem) die 17. Maij 1546. Præſidente in Capitulo Hieronimo Paphio I. V. D. Vicario Generali ex commiſſione Cardinalis de Carpo perpetui Adminiſtratoris Epiſcopatus Eccleſiæ Fauentinæ Protectoris. Ex rogitu Iacobi q. Neuoloni de Pænetinis. Reduxit ad meliorem formam Statuta Generalia, quæ pro Regula habemus, confirmata poſtmodum ab eodem Protectore.

35 Ioannes Baptiſta Mutinenſis Piratelli anno 1549. 25. Maij.

36 Laurus de Salodio ibidem 1552. die 8. Maij.

37 Nicolaus de Lanzonibus ibidem 1555. die 15. Maij, quo ſupradictum Bonauenturam deputauit Commiſſarium Generalem. De hoc Nicolao honorificam mentionem facit idem Bonauentura in literis ad Calcem Statut. his verbis: *Commendo itidem orationibus veſtris venerabilem, ac religioſum virum Nicolaum Cremonenſem, qui mihi aſſiduus adiutor, ac comes fuit in rebus noſtræ Congregationis ſedandis.* Deceſſit in officio anno ſequenti.

38 Damianus de Bonuinis Cremonenſis in conuentu Caſalisbutani deputatus Generalis 1557. die 20. Aprilis, obijt in officio anno ſequenti poſtquam dedit licentiam 22. Februarij recipiendi conuentum Papienſem.

39 Bonauentura, de quo num. 34. electus fuit ſecundo in conuentu Bertulæ Placentinæ die prima Maij 1558. mortuus circa finem ſui officij, cum magna iactura ſui Ordinis, cui multum profuturus

rus erat, tum virtutum ſplendore, tum prudentia ſui regiminis.

40 Gaſpar de Mutina in conuentu Montisbelli 1561. die 27. Aprilis, conuocato capitulo per F. Albertum de Caſaliburano Commiſſarium Generalem, ob mortem dicti Bonauenturæ, in eo præſidentem, & ſubſequenter elegerunt in Commiſſarium Generalem F. Paulum de Brixia, qui in eodem Capitulo erat vnus ex Scrutatoribus votorum, ex rogitu Georgij filij Baſſiani de S. Columbano, in quo Generalem vocat Reuerendiſſimum. Fecit autem Commiſſarium pro Regnis Neapolitano, & Calabro F. Alfonſum de Barco Croganenſem contra contumaces, & vagos, deceſſit Generalis in officio anno 1563.

41 Columbanus de S. Columbano in conuentu Montis Galdæ 1563. die 5. Maij, expirauit in officio.

42 Bartolomæus de Morettis Cremenſis Bononiæ 1564. die 23. Aprilis, mortuus in officio.

43 Ioannes Franciſcus de Morettis Cremenſis, forſan eiuſdem conſanguineus excitauit dignitatem in conuentu Caſalisbutani anno 1565. die 13. Maij, in officio animam exhalauit.

44 Ioannes Baptiſta Cantonus nobilis Papienſis, Doctor Thologus Collegij Papienſis, in conuentu Betulę die 21. Aprilis 1567. rexit ordinem vſque ad executionem Bullæ CCXXXIII. Pij V. qui extinxit in eo, & ordine officium Generalatus ſubijciendo Fratres Superioribus Ordinis Minorum de Obſeruantia, ab anno 1568. vſq; ad annum 1586. quo Sixtus V. reſtituit Generalem.

45 Benedictus Bellotus Cremonenſis, poſt reſtitutionem Generalis per Bullam CCXLI. Sixti V. Romæ in conuentu SS. Coſmæ, & Damiani eligitur anno 1586. die 24. Vigilia Pentecoſtes, quo die deinceps Capitula Generalia celebrata fuerunt, relicto ſtatuto celebrandi illud circa Dominicam tertiam poſt Paſcha, ſequendo morem cæterorum Franciſcanorum. Præſedit in eo Ferdinandus Cardinalis de Medicis Protector, qui Generalem confirmauit, de quo vide Inſtr. 85. Habuit pro ſuo Secretario Ambroſium Coccium Mediolanenſem virum doctum. Ferunt, hunc Pontificem noſtro Ordini feciſſe hanc gratiam reſtitutionis Generalis memorem beneficij, quod in eum, quando erat in minoribus pauper religioſus & contemptus, noſtri contulerunt recipiendo in hoſpitem aliquot dies in conuentu Cremonenſi.

46

46 Dionifius Columba de Oriolo Calaber in conuentu Piratelli proclamatus fuit Generalis die 20. Maij. 1589. cum ſuis Definitoribus Bonifacio de Sillis Magiſtro in Theologia, Seraphino Ciambra Siculo, Nicolao Co[illegible]larino Cremenſi, & Pompeio Peronello. Deceſſit autem Generalis ex hac vita eodem anno, in cuius locum Sixtus V. ſuffecit in Vicarium Apoſtolicum ſequentem, literis expeditis à Sixto V. anno 1590. die 22. Ianuarij, ex M.S. conuentus S. Columbani.

47 Seraphinus *M*almaga *M*ediolanenſis renuntiatus fuit Piratelli 1592. die 16. *Maij*, qui circa finem ſui officij ad meliorem vitam tranſijt.

48 Hieronimus *M*archetus de Crema Romæ nominatus Generalis anno 1595. die 13. *Maij*; cuius Definitores fuerunt *M*agiſter *M*atthæus Strurius à *M*ontefano; *M*agiſter Bonifacius de Sillis Bergomenſis, de quo ſub num. 46. Columbanus *M*azzius de S. Columbano, & Bernardus Sabbia Panormitanus. Obtinuit Bullam CCXLV. Clementis Octaui, in qua proponitur forma eligendi Generalem, & alios officiales in ſingulis Prouincijs, qui ſolebant inſtitui omnes in Capitulo Generali, ad quod accedebant etiam *M*iniſtri locales cum ſuis Diſcretis, quod cum eſſet in graue diſpendium Ordinis, ſublatum fuit, & reductum in eam formam, quæ exprimitur in dicta Bulla. Idem autem Generalis ob ſua merita, & bonum regimen habitum ſecunda vice reelectus fuit in Generalem Cremonæ die 9. *Maij* 1598. vnde & is primus fuit, qui ſexennium in officio hoc percurrit, id enim prorogari poſſe vſq; ad ſexennium induſit Sixtus V. in reconceſſione Generalis extincti à Pio V. Is Pater vir fuit pietate inſignis, regimine iuſtus, & diligens paſtor, Prouinciam Vmbriæ ad meliorem formam tum Conuentuum, tum regularis obſeruantiæ reduxit, ex hac mortali vita deceſſit, perpetuo victurus immortalis in altera regni cæleſtis, relinquendo ex ſuis ſanctis operibus, & bonis exemplis opinionem ſanctitatis apud Fratres, & incolas, in conuentus Colleſcipionis eccleſia honorifice, & religioſe tumulatus die quinto Octobris 1617. cui multum debeo, quia me religioni incorporauit recipiendo profeſſionem, quam in eius manibus legi anno 1611. die nona Februarij circa horam decimam quartam in dicta eccleſia S. *Mariæ* Puſtarganæ extra terram Colleſcipionis.

49 Ioannes Baptiſta Prouenzanus Drepanenſis *M*agiſter in Theologia Romæ die 9. Iunij 160 1. primo inſtitutus, ibidem reſtitutus fuit anno 1604. die quinta Iunij confirmatus à Cardinali Arrigonio Protectore præſidente in capitulo. Habuit Secretarium Cherubinum *M*ontifredum. Erat eximius verbi Dei concionator & in moralibus, atq; Theologicis ſpeculationibus inſignis, Theologus Pauli Æmilij Presbiteri Cardinalis Sfondrati tituli S. Ceciliæ, Gregorij XIV. nepotis. De illo mentionem facit *Mare Oceanum* fol. 261.

50 Antonius de Sillis Bergomenſis Theologus inſignis laureatus Ferrariæ 1593. ex Protocollo Bonon. fol. 255. Romæ deputatus in Generalem die 3. Iunij 1607. Confirmatus à Pompeo tituli S. Balbinæ Presbitero Cardinali Arrigonio Protectore præſidente capitulo; poſt triennium ibidem renuntiatus fuit in eodem officio die 29. Maii 1610. Præſidente Hieronymo Presbitero Cardinali Pamphilio Romano tituli S. Blaſii de Anulo, Viceprotectore, qui eius exhibuit confirmationem. *M*ultis perfunctus aliis officiis Romæ Procurator Generalis deceſſit.

51 Ioannes Baptiſta, de quo num. 49. ſecunda vice Romæ vocatus fuit ad ſupremam Ordinis dignitatem anno 1613. die 25. *Maii.* Vitam hanc miſeriis repletam in meliorem commutauit, vt pie creditur die vndecima Aprilis 1614. ibidem ſepultus.

*M*agiſter Sanctorus Pecorella Siculus in eius locum ſuffectus fuit Vicarius Apoſtolicus die quinta *Maii* 1614. à Paulo V. quo officio honorifice, & iuſte functus fuit biennium, & non potuit aſſequi Generalatum, quia in Viſitatione maiores depoſuit, & minores exaltauit, putans per hoc prodeſſe publicæ vtilitati, non curans propria, & quæ ſua erant, ſed Ieſu Chriſti. Erat vir bonus, & humilis, regularis obſeruantiæ zelator, obtinuit ab eodem Romano Pontifice conuentum S. Pauli de Arenula in Vrbe pro ſua natione, & Prouincia Siculana, cum perpetua adminiſtratione eiuſdem loci S. Pauli, quem ſanctiſſime gubernauit, & plenus ætate, & meritis migrauit ad immortalitatem anno 1631. die vltimo Aprilis ibidem ſepultus. Bulla ſui Vicariatus Apoſtolici eſt CCLXVII. Receptionis vero conuentus CCLXIX. eiuſdem tenuta CCLXX.

52 Matthæus Stutius de Monteſano Prouinciæ Marchiæ Anconitanæ

tanæ in Theologia Magiſter inſignis Romæ die 21. Maii 1616. in ſexto ſcrutinio, in aliis præcedentibus colludentibus Vocalibus modo pro prædicto Pecorella, modo pro Magiſtro Franciſco de Guidis à Monteſiorum, tandem exiuit Generalis, de quo verificatus fuit illud vulgatum. Inter duos litigantes tertius gaudebit. Erat Procurator Generalis 1593. Definitor Generalis 1595. Confirmatus à Fabritio Presbitero tituli S. Auguſtini Cardinali Verallo Romano, pręſidente in Capitulo. eius Definitores fuerunt Magiſter Bonauentura Batalea Siculus, Magiſter Ludouicus Ciottus Romanus, Antonius Maſſa de ciuitate Neritoni Prouincialis Neapolitanus, & Lucas de Sabenico in Dalmatia. Magiſter Benedictus Fidelis Secretarius concionator eximius, de quo in cap. de Scriptoribus Tertii Ordinis. Ibidem trienio tranſacto reconfirmatus fuit ab eodem Protectore die 18. Maii 1618. Definitores fuerunt Magiſter Ambroſius Corlius Mutinenſis, Magiſter Bernardinus Albertis de Maſſa Vmbriæ, Matthæus de Siclo Siculus, & Andreas de Gręcis Brixienſis. Confirmauit in Procuratorem Generalem Bernardum Sabbiam, & Secretarium ſupradictum.

53 Franciſcus Guaſtamilius de Cutla diæceſis Bononienſis Romę electus die 14. Maii 1622. Definitores Bernardinus Baleſtra Vicentinus, Donadeus Muſa Placentinus, Hieronimus Drepanenſis, & Magiſter Seraphinus Legius. Procurator Generalis M. Antonius de Sillis. Secretarius M. Innocentius de Marſala. Ibidem relectus anno Iubilei 1625. Definitores M. Iulius Piſanus Neapolitanus, Hieronimus Ferellus Scurculenſis, Saluſtius Calaber, & Laurentius Marchianus nunc Magiſter de Vrbiſalia cognomine de Lutiis. Idem Procurator perſeuerauit, Secretarius M. Ludouicus Ciottus Romanus. Confirmauit primam electionem Cardinalis Verallus Protector. Secundam vero Antonius Seneca Epiſcopus Anagninus ob mortem Protectoris. obiit Bononię 1644. 16. Februarii ætatis annorum 75.

54 Ludouicus Ciottus Romanus in Thelogia Magiſter Romæ nominatus Generalis die 10. Iunii 1628. Definitores M. Fulgentius Sanſonetus Romanus vir eximię virtutis, M. Gregorius de Albertis à Maſſa Vmbrię concionator celebris, M. Ioannes Baptiſta Brigus, & Petrus Segus Dalmatinus. Secretarius M. Nicolaus

Talia-

Talliacoccius. Confirmatus fuit ab Antonio Ricciullo Epiſcopo Belcaſtreſi Vicegerente de ſpeciali mandato Vrbani VIII. felicis memoriæ. Qui Generalis, cùm propter peſtem graſſantem in pleriſq; locis Italiæ anni 1629. & 30. non poſſet congregari Capitulum, confirmatus fuit immediate ab eodem Summo Pontifice anno 1631. vſq; ad annum 1634. Romæ obijt anno 1635. 29. Aprilis.

55 Gregorius de Albertis à Maſſa Vmbriæ Magiſter Romæ creatus fuit Generalis die 3. Iunij 1634. Definitores eius fuerunt M. Ioannes Maria Polonus de S. Columbano, M. Marius Panormitanus, M. Petrus Pendinus Vicentinus, & Ludouicus Fullonus Brixienſis. Procurator M. Ioannes Vincentius Aliſerius Panormitanus. Secretarius Hieronimus Drepanenſis. In hoc Capitulo præſedit Eminentiſſimus Franciſcus Cardinalis Barberinus Protector, & dictam electionem confirmauit. Poſt triennium à Sanctiſſimo Vrbano Papa VIII. fuit confirmatus pro ſequenti triennio; quia vocales ob bellorum incurſiones non potuerunt ſe in vnum congregare pro Capitulo Generali. Anno autem 1637. in conuentu Lauretano Placentiæ ex hac vita in officio migrauit die quintadecima Septembris, in eius eccleſia honorifice tumulatus. Erat eximius Prædicator magni ſpiritus, & fructus fidelium, qui illum audiebant in multis Italiæ ciuitatibus.

56 Franciſcus Guaſtamilius, de quo num. 53. in locum Albertis defuncti ſuffectus fuit Vicarius Apoſtolicus eodem anno 1637. die 24. Nouembris, & ſequenti anno 1638. die 22. Maij, tertia vice aſſumptus fuit ad eundem gradum, præſidente Capitulo Romæ Eminentiſſimo Barberino Protectore, à quo fuit confirmatus, & deinde hoc triennio peracto anno 1641. ſine Capitulo, quod nõ potuit congregari propter pericula bellorum, à Sede Apoſtolica immediate confirmatus fuit pro ſequenti triennio, ſed ſenectute grauatus, nuntium remiſit officio, cui ſequens, qui erat Procurator Generalis, ſucceſſit Vicarius Apoſtolicus vſque ad annum 1647. ante quod tempus propter imminentia pericula bellorum non potuit Capitulum Generale congregari. Definitores illius fuerunt M. Nicolaus Talliacoccius Aprutinus, M. Ludouicus de Leone Calaber. M. Gregorius Blanchinus Marchianus, & M. Vincentius Neapolitanus.

57 M. Antonius Bottonus Bononienſis in Theologia Magiſter, de quo ſupra in præcedenti numero à Sanctiſſimo Vrbano Papa Octauo creatus fuit Vicarius Generalis Apoſtolicus in fine anni 1642. & tandem anno 1647. die octaua Iunij in conuentu Caritatis Bononiæ recognitus fuit in Generalem à toto Generali Capitulo ibidem congregato, in eo præſidente Eminentiſſimo Lelio Cardinali Falconerio Legato à Latere Bononiæ, à quo confirmatus fuit. Eius quatuor Definitores fuerunt M. Ægidius Cignus de Camerata Romanus, M. Franciſcus Bordonus Parmenſis, M. Franciſcus Hieronimus Fontius à Maſſa Vmbriæ, & Ioannes Bacudeus Iadrenſis. In eo Capitulo nonnullas conſtitutiones per me compoſitas, & lectas accepta unt Patres Vocales, per eo'dem ſubſcriptas, ex illis tamen ſeptem tantum capita approbata fuerunt à Sacra Congregatione, agente eodem Generali, confirmata ab Innocentio Papa X. per ſuam Bullam 291. in quibus inter alia indulgetur, quòd quolibet ſexennio fiat Capitulum Generale, & quolibet alio ſexennio intermedio fiat Congregatio Generalis, vnde ſubijcio primam Congregationem.

Prima Congregatio Generalis.

EA ad præſcriptum nouorum Statutorum, de quibus ſub dicta Bulla 291. primo celebrata fuit Romę die quarta Iunij vigilia Pentecoſtes anni 1650. Iubilæi, in qua præſedit dictus Generalis cum Vocalibus, qui fuerunt tres ſupradicti Definitores excepto Iadrenſi, præterea *M.* Dionifius Caſtellus Prouincialis Romanæ Prouinciæ, & *M.* Dominicus Palterius Prouincialis titularis *Prouinciæ Montis* Feltri, magis ex gratia, quam de iure, & *Prior* dicti conuentus dictus *Magiſter* Fontius etiam Definitor. In ea nonnullæ conſtitutiones declaratiuæ factæ fuerunt, quæ typis excuſſæ fuerunt. In ea Generalis ſibi eligit *M.* Ioannem *Mariam Polonum* in Secretarium, & me Franciſcum Bordonum in Procuratorem Generalem.

58 Franciſcus Bordonus *Parmenſis* Aſſiſij in conuentu S. Antonij de *Padua* die vltima *Maij* 1653. electus fuit Generalis ſuffragijs 43. ex tredecim *Prouincijs*, computata Belgica de Flandria vnita per Bullam 292. nuncupata Congregatio Zepperenſis. Definitores

nitores fuerunt Franciſcus *M*aria Cana *M*ediolanenſis, *M*agiſter *P*etrus *P*endinus Vicentinus, *M*.Honoratus Beducius Brixienſis, & *M*.Barnabas *P*anormitanus. *P*ræfuit Capitulo Gaudentius *P*olus Epiſcopus Amerinus delegatus ab Eminentiſſimo Cardinali Barberino, ab eodem Generalis confirmatus fuit. *P*rocurator Generalis fuit exgeneralis. Secretarius *M*. Benedictus Guidotus Bononienſis vſq; ad finem triennij.

Secunda Congregatio Generalis.

HÆc vocata fuit Bononiam, vbi in conuentu S. *M*ariæ Caritatis *P*atres Generalis in ea præſidens. *M*agiſter *P*etrus *P*endinus Vicentinus, *M*. Honoratus Beducius Definitores Generales mortuo Franciſco Cana, & Barnaba Siculo abſente, Alphonſus Braibantus *P*rouincialis huius *P*rouinciæ, *M*. Dioniſius Secretarius Generalis, & *M*. Benedictus Prior dicti conuentus Bononiæ congregati die decima Iunij 1656. nonnulla ſtatuerunt, declarauerunt, & diſpoſuerunt vtilia regimini, & gubernationi totius Ordinis, de quibus in Actis eiuſdem Congregationis à fol. 36.

CAPVT XIV.

De Prouincialibus, & Prouincijs.

1 *Generales Metropolitanis, & Prouinciales Epiſcopis comparantur.*
2 *Prouincialis non prohibitus poteſt in ſua Prouincia, quicquid Generalis in toto Ordine.*
3 *Prouincialis reſidere poteſt in quolibet conuentu ſuæ Prouinciæ.*
4 *Suffragatur ad receptionem profeſſionis nouitiorum.*
5 *Caput ſuæ Prouinciæ, quæ ſine eo nihil agere poteſt.*
6 *Priuilegio diſpenſandi, & abſoluendi ex Tridentino gaudet.*
7 *Prouinciales alii iuriſdictionis, alij titulares.*
8 *Titulares ſubſunt Prouinciali, & Priori.*
9 *Prouincia componitur ſaltem ex quatuor conuentibus.*
10 *Conuentus vero ex duobus, vel tribus.*
11 *Diſpoſitio Prouinciarum moderna, & antiqua.*
12 *Conſtitutiones factæ ſub Generali Calabro 46.*
13 *Diſpoſitio Prouinciarum ſecundum de Sillis.*
14 *Poſt extinctionem Generalis, fiebant Capitula Prouincialia.*
15 *Peregrinus Sauiolus Commiſſarius Generalis in tota Italia ante reſtitutionem Generalis.*

1 A Doctoribus comparantur Prouinciales Epiſcopis, & Generales Metropolitanis in cauſa iuriſdictionis, de re *Rodriq. tom. 1. q. 12. art. 5.* De Prouinciali comparata Epiſcopò quo ad iuriſdictionem idem *Rodriq. tom. 1. q. 24. art. 16. Nauar. conſil. 23. de priuilegijs, Homob par. 4. Reſpon. 88. Ego Reſol. 80. & 88.* vbi fuſe de poteſtate Prouincialis, & *in capit. 2. & cap. 4.* Regulę plura dixi, ideo hic me paucis expediam.

2 Prouincialis ergo poteſt in ſua Prouincia quicquid facere valet Generalis in tota religione, cum ea tamen limitatione, niſi prohibeatur, Rodriq. tom. 1. q. 17. art. 6. Prohibitio autem colligitur ex cap. 4. Regulę, vbi dicitur, quòd grauiora Generali referuentur, ibidem in Expoſit. num. 3. Caſus reſeruatos Prouinciali recenſuimus ad cap. 14. Regulę num. 7. Prouincialis in quolibet

X con-

3 conuentu ſuę Prouinciæ dicitur ſuperior, vbi actu reperitur, & ſi
ibi non reſideat, *Peyrin. de Prælato q. 3. cap. 1. §. 3. num.* 116. vnde
4 vbique ſuffragatur in negotijs conuentuum, etiam in recipiendis
Nouitijs ad profeſſionem, Portell. par. 1. caſu 11. Eſt caput ſuę
5 Prouincię, ſine quo ea congregari non poteſt, *Miranda tom. 2. q.
29. art. 1. concl.* 3. De eius poteſtate in conuentu, vbi moram tra-
hit cum Priore agit Peyrin. de priuileg. ad conſtit. 7. Pauli V. n.
6 23. Poteſtate, quam habent Epiſcopi ex Trident. ſeſſ. 24. cap. 6.
circa diſpenſationes, & abſolutiones Papę reſeruatorum extra
Bullam Cęnę Domini, vti poſſunt *Prouinciales*, vt eis concedit
Pius V. per ſuam Bullam incip. *Romani Pontificis* 132. in B. N. &
X. apud Confect.
7 *Prouinciales* ſunt in duplici differentia, alij ſunt iuriſdictionis, &
adminiſtrationis habentes ſub ſe plures conuentus, & Fratres in
actu eorum obedientię ſubiecti; alii ſunt titulares habentes tan-
tum in habitu, ſeu potentia adminiſtrationem, & iuriſdictionem,
quia carent conuentibus, & Fratribus, qui olim extabant in Or-
dine, proceſſu temporis vel vſurpatis à *Minoribus* de Obſeruan-
tia, vel derelictis ob eorum deſolationem, & deſtructionem ob
bellorum ſtragem. *Prouinciales* iuriſdictionis ſunt coęqui Gene-
ralibus, vt dixi ſub cap. 4. Reg. num. 2. Titulares vero conceſſi
fuerunt ab Innocentio X. Bulla CCXCI. ad conſeruationem
memoriæ *Prouinciarum*, & Conuentuum, quos in ſingulis *Pro-
uincijs* infra referremus. Tituli autem harum *Prouinciarum* ſunt
duo, *Prouincia Patrimonii S. Petri*, & *Prouincia Montis* Feltri, de
quibus infra ſuo loco. Parem autem habent poteſtatem, & æqua-
lia priuilegia, ſed præſunt iuriſdictionis. Prouincialis titulari,
8 cum in ſua Prouincia omnibus præſit etiam titulari, qui debet
illi præſtare obedientiam conuenientem ſuo gradui, immo, &
Priori, in cuius conuentu eſt de familia conſtitutus, ſubiectus
eſt, reuerendus tamen iuxta ſuum gradum, & vitam, quam degit.
Pro bono tamen communi Prouinciæ non deberet accedere ad
Capitula Definitoria, ne diſcordiæ generentur in electionibus,
vt expertum fuit.
9 Prouincia componitur ex pluribus conuentibus, ad minus qua-
tuor, vt conſtat exemplo Prouinciæ Venetæ, quæ quatuor tan-
tum Conuentibus conſtat, & modo ea Neapolis poſt ſuppreſſio-
nem conuentuum eiuſdem ex Bulla Innocentij X. 10

10 Conuentum verò conſtituunt duo, vel tres cap. 1. de elect. gl. ibidem, & in cap. 1. 10. q. 1. v. Vbi Congregatio.

11 Religio Tertij Ordinis ab anno 1589. numerauit vſque ad Clementem VIII. 1602. Vndecim Prouincias, Mediolanenſem, Brixienſem, Venetam, Bononienſem, Marchianam, Anconitanam, Vmbrienſem, Romanam, Aprutianam, Neapolitanam, Calabrã, & Siculam, quibus per Clementem præfatum in Bulla CCL. vnita fuit Prouincia Dalmatiæ, & tandem per Bullam CCXCII. Innocentij X. *Prouincia* Belgica in Flandria. Sunt ergo temporibus noſtris tresdecim Prouinciæ ſubiectæ Generali Italo. Dixi ab

12 anno 1589. quia in conſtitutionibus conditis eodem anno in Capitulo Pitatelli celebrato, in quo electus fuit Dionifius Columba Calaber de Oriolo 46. Generalis, determinatus eſt ſub n. 23. quod Prouinciæ Aprutij, & Romana vnitæ diuidantur, & reducantur in priſtinum ſtatum, in quo ante erant; pariter idem ibidem ſtatutum fuit de Prouincia Brixiæ, vt ſepararetur à Prouincia Mediolani, ſicut ante illud tempus erat diuiſa. Eas conſtitutiones autenticas habeo apud me ſubſcriptas per Generalem, & Definitores, videlicet. Dionifius Columba Calaber Viſitator Generalis, Ego F. Bonifacius de Sillis Definitor Generalis. Ego F. *P*ompeius *P*eronellus, &c. Ego F. Nicolaus Codarinus, &c. Ego F. Serafinus, &c.

13 Reuerendiſſimus de Sillis ad cap. 1. Reg. fol. 40. multa dicit de huiuſmodi *P*rouincijs, in ſpecie, quod Mediolanenſis ſe extendebat vſq; Mutinam incluſiue ex vna parte, & vſq; ad Brixiam, & Salodiam ex alia parte ſub vnico *P*rouinciali immo ſubijciebat ſibi alios conuentus ex Republica Genuenſi, Montiſferrati, & *P*edemontis regionibus, vt legi in MSS. in conuentu S. Columbani. *P*rouincia Romandiolæ à Bononia includebat *P*rouinciam Montis Feltri ducatus Vrbini ſub vnico *P*rouinciali. Romana ſibi ſubijciebat *P*rouincias Marchiæ, Vmbriæ, *P*atrimonij, Tuſciæ, & Aprutij, quæ omnes vnicum Commiſſarium mittebant ad Capitulum Generale. *P*rouincia Venetiarum, proprium habebat *P*rouincialem, & ſic quatuor erant *P*rouinciales plurium *P*rouinciarum, vt ipſe colligit ex Bulla CCXXVI. *P*auli III. data 1549. *P*rouinciæ pariter Calabriæ, Sardiniȩ, Neapolis, S. Angeli Montis Gargani, Apuliæ, Aletij, & Baſilicatæ, ſingulæ faciebant ſua

Capitula in ſuis Prouincijs, quæ mittebant vnicum vocalem ad Capitulum Generale in Lombardiam, ſeu aliò. Idem faciebat Prouincia Siciliæ. Notaui præced. cap. 13. ſub Generali 22. ad 27. Catalogi vnicum Prouincialem fuiſſe pro Romandiola, & Tuſcia. Modo certum eſt ſingulas Prouincias ſua facere capitula, in quibus tres eliguntur Prouincialis, eius Diſcretus, & Cuſtos mittendi ad Capitulum Generale, vt notaui ad cap. 1. & 2. Regulę, in Expoſitione.

Quamuis Pius V. in ſua Bulla 233. à nobis extenſa in Archiuio iam
14 impreſſo hic Parmæ extinxerit officium Generalatus, reliquit tamen officia Prouincialium, qui eſſent ſingulis annis eligendi in ſingulis eiuſdem Ordinis Prouincijs à Fratribus eiuſdem Ordinis Tertij, ſicut fiebat ante, præcedentibus in eorum Capitulis Prouincialibus Minorum de Obſeruantia, in ſingulis locis reſpectiue. Vnde Aurelius Vimercatus de Crema erat Viſitator Prouincialis (ſic enim tunc vocabantur) anno 1575. vt conſtat ex inſtr. 33. in receptione conuentus Parmæ S. Mariæ Blanchæ, qui nomine futuri Capituli Generalis, quod ſperabatur à Gregorio XIII. promiſit de rato in eodem Inſtru. à fol. 758. ad 762. Vide Inſtrum. 34. 43. 44. 45. 48. 49. 50. in quibus agitur de receptione Conuentuum inter Pium, & Sixtum, qui Generalem reſtituit, facta per diuerſos Viſitatores Prouinciales ſub regimine Minorum.

15 Ferdinandus Cardinalis Medices conſideras Superiores Ordinis Minorum de Obſeruantia eſſe occupatos in regimine ſubditorum Fratrum ſui Ordinis fere innumerabilium, & ideo curam habere non poſſe de Tertiarijs, vti vtriuſq; Ordinis Protector, deputauit in Commiſſarium Generalem ſuper omnes Fratres, & Prouincias in tota Italia F. Peregrinum Sauiolum Vicentinum anno 1584. die 19. Junij, vt ſuper hac re apparet Inſtr. 85. in Archiuio impreſſo fol. 881.

CAPVT XV.

De Prouincia Mediolanenſi.

1 *Cremonæ Conuentus S. Saluatoris.*
2 *Caſalbutani conuentus S. Saluatoris diœceſis Cremonæ.*
3 *Montisbelli S. Mariæ de Pizighitono diœceſis Laudæ.*
4 *Comenſis conuentus S. Donati extra Comum.*
5 *Betula S. Mariæ de Quercu diœceſis Papiæ.*
6 *S. Columbani Ioannis Baptiſtæ diœceſis Laudæ.*
7 *Geaeuoltæ S. Mariæ de Montrono diœceſis Cremonę.*
8 *Papienſis Parochialis Sanctorum Geruaſij, & Protaſij.*
9 *Mediolanenſis Conuentus S. Marię Paradiſi.*
10 *Triuolij Parochialis SS. Cornelij, & Cipriani diœceſis Papienſis.*
11 *Nichi S. Rochi diœceſis Cremonæ.*
12 *Genuenſis S. Marię Parochialis de Granirolo.*
13 *Burgiſiatichi conuentus S. Mariæ Gratiarum diœceſis Papiæ.*
14 *Placentinus extra Parochialis S. Antonij Abbatis.*
15 *Grataſolij S. Barnabæ extra Mediolanum.*
16 *S. Nazarij S. Mariæ de Fontana diœceſis Papię.*
17 *Sorexinę S. Franciſci diœceſis Cremonę.*
18 *Laudenſis S. Antonij Abbatis.*
19 *Caſtri Arquati S. Antonij Abbatis nuper Annunciatę diœceſis Placentinę.*
20 *Placentię S. Marię de Laureto.*
21 *Vigleuani S. Marię de Laureto.*
22 *Gorgolarij conuentus in diœceſi Placentina.*
23 *Papienſis S. Sauini.*
24 *Mediolanenſis SS. Fauſtini, & Iouitæ.*
25 *Genuenſis S. Elzearij.*
26 *Laudenſis S. Marię Blanchę.*
27 *Alexandrię S. Hieronymi.*
28 *Melti Vallis Tellinę S. Ioannis de Biogio diœceſis Comi.*
29 *Cunei S. Marię de Angelis.*
30 *Clauari B. Marię de Miſericordia.*

31 *Conzani S. Mauritii diœceſis Caſalis Montis Ferrati.*
32 *Saviliani conuentus diœceſis Taurinenſis. Locus Septalla.*
33 *Generales huius Prouinciæ Mediolani tredecim.*
34 *Agapitus Berſanus Cremonenſis.*
35 *Damianus de Mutis Papienſis.*
36 *Donadeus Bongiorni Placentinus.*
37 *Bonauentura Vicecomes Cremonenſis.*
38 *Gabriel Zuchius Cremonenſis.*
39 *Felix Paganus Medeolanenſis.*
40 *Theodorus Maloſſus Cremonenſis.*
41 *Iacobus Philippus Zuchellus Cremonenſis.*
42 *Bartolomeus Monferinus Cremonenſis.*
43 *Nicolaus Spinellus Cremonenſis.*

PRouincia Mediolanenſis, ſeu Lombardiæ alias inſcribebatur eius Prælatus Prouincialis in partibus Ianuæ, Pedemontis, Montisferrati, & Lombardiæ, quem poſtremum titulum nunc retinet, cum conuentus de quibus infra, non amplius ſint in bonis huius Prouinciæ nuncupatæ, conſtat viginti vno conuentibus, quos enumerabimus ſecundum antiquam eorum receptionem, & vndecim non extantibus.

CREMONÆ.

1 COnuentus Eccleſiæ S. Saluatoris anno 1400. non erat Parochialis poſtmodum erecta auctoritate Iacobi Antonij de la Turre Ducalis Conſiliarij Epiſcopi Cremonenſis, primus in ea Parochus nominatus fuit F. Arcangelus de Guerinis de Cremona, qui bis fuit Generalis ex Catalogo Generalium num. 12. & 18. Erectio autem eius in Parochialem contigit anno 1484. die 13. Auguſti, vt apparet ex inſtrumento in Archiuio eiuſdem conueutus rogato per Sebaſtianum de Oxio ciuem Cremonenſem.

Ortam controuerſiam inter Fratres Seculares, & Regulares Eremitas ſub tribus votis circa electionem Miniſtri localis ad formam Regulæ Nicolai, ad quam concurrere volebant Tertiarij Regulares Papa Eugenius IV. per ſuam Bullam CXXIV. ſuſtulit confirmando

firmando in Miniſtrum F. Marcum, adiecto decreto excludente Eremitas deinceps ab electione.

CASALBVTANI.

1 CONuentus Eccleſiæ S. Saluatoris in diœceſi Cremonæ, à qua diſtat circa octo milliaria extabat anno 1410. Habet adnexum Oratorium S. Rochi ex conceſſione Iulij III. Bulla 228. Vadingus ad annum 1458. num. 55. ait, in hoc conuentu fuiſſe celebratum eo anno Capitulum Generale, & in eo electum F. Vgonem, quem de Sillis vocauit Vgolinum in Catalogo num. 4. cap. 13. ſed quartus Generalis non eſt idem cum 13. Generali dicto Vgolino, vt ibi obſeruaui.

MONTISBELLI.

1 CONuentus S. Mariæ de Pizighitono, ſiue de Poiano diſtans à Lauda ciuitate, in cuius diœceſi eſt, quinque milliaria, confirmatus fuit à Nicolao V. Bulla 139. anno 1450. die 2. Iunij, cum conceſſione priuilegiorum eiuſdem Ordinis, petente F. Iacobo de Cartiraga cum alijs Fratribus Miniſtro dicti conuentus, cuius Eccleſiam Vicarius Generalis Laudenſis vacantem conceſſerat viua voce Ordini, cuius Fratres viginti annis ante confirmationem poſſederant, nimirum ab anno 1430. fabricando ei adhærentem conuentum pro eorum vſu, & habitatione. Dictus autem Pontifex mandauit Epiſcopo Laudēſi tunc Antonio de Bernerijs Patricio Parmenſi Decretorum Doctori, & Præpoſito S. Geminiani Laudenſi, vt dictam Eccleſiam confirmarent Fratribus petentibus cum conceſſione priuilegiorum conceſſorum, & concedendorum ordini facta eidem Domui, & Fratrib. prædicta omnia executioni demandauit dictus Epiſcopus eodē anno 1450. die tertia Octobris, vt apparet ex rogitu Stephani Notarij Laudenſis de Brugatijs Cancellarij curiæ Epiſcopalis Laudenſis. Socij dicti Iacobi erant Antonius de Francauilla, Ambroſius de Caſſino, Ioannes de Gorgonzola, Ambroſius de Mediolano, & Petrus de Como, qui omnes erant in eo conuentu. Dies Conſecrationis celebratur die decima Septembris. Vide

Defendentem Laudium in ſuo opere inſer. *Diſcorſi Hiſtorici*, impreſſo Laudæ 1629. prædicta referentem lib. 8. fol. 404.

Eccleſia hæc erat iuſpatronatus fundatus à Petrabella de Buſnate nobili Laudenſi anno 1094. cuius filius Gregorius anno 1107. eam dotauit 896. perticis terræ partim aratiuæ, partim ſilueſtris cum onere celebrandi in dicta Eccleſia, cum pacto, quod ſi Eccleſia alicui religioni concederetur, cenſeretur ſuppreſſus iuſpatronatus, cum onere Fratribus celebrandi, & officiandi in eadem, quæ ab initio vocabatur Eccleſia S. Ioannis, poſtmodum nuncupata apud Fratres S. Maria de Pizighitono, eo quod (vt ferunt) Imago Beatæ Virginis, quæ ibi deuotiſſime à fidelibus colitur miraculoſe à Caſtro de Pizighitono reperta fuerit in hac Eccleſia, relicto loco prædicto, vbi antea venerabatur. Ex Monumentis dicti conuentus.

In hoc conuentu aſperam pœnitentiam egit Beatus Ieremias pernoctando vt plurimum intra eam ſiluam, cui pro lecto inſeruiebat Capſonus, vt aiunt, clauis crebris, & acutis mire fabricatus, in quo iacebat non dormiendo, ſed proprium corpus redigendo in ſeruitutem ex illorum punctione. Dictus Capſonus in ſacriſtia conſeruatur in memoriam auſteræ vitæ, quam ſeruus Dei ducebat.

Flumen Abdua aquis ſemper copioſus partem quaſi maiorem dictorum bonorum alluuione ſibi ſubiecit in graue præiudicium dicti Conuentus, & cum alueum ſuum extendat verſus locum, de maiori ruina dubitatur, quod Deus auertat.

COMENSIS.

Conuentus S. Donati Epiſcopi, & Martyris montis de Brunate extra Comum per milliaria duo ad medium Montis receptus fuit per F. Cornelium Placentinum anno 1435. à Iacobo Abbate Monaſterij S. Iuliani extra muros Cumanos Ordinis S. Benedicti per annos circa 25. poſtea libere confirmatus fuit cum priuilegijs ſolitis anno 1458. die 13. Decembris à Pio II. petentibus Ambroſio de Gorla, & Andrea Mayrola ex eius Bulla CL. vt etiam notat Vadingus ad dictum annum num. 47. Martinus Puſterla Mediolanenſis Epiſcopus 74. Comi eam Bullam

fauore Fratrum executus fuit ſequenti anno 1459. die 28. Maij, ex rogitu Petri Antonij Bellij curiæ epiſcopalis Cancellarij. Locus ab initio erat anguſtus; ſed Fratres illorum in habitaculum ſatis amplum, & commodum extruxerunt ſuis laboribus.

Eccleſia eſt parua, ſed deducta infra clauſuram conuentus, quam Io. Antonius Vulpius 81. Epiſcopus Comenſis conſecrauit, vt conſtat ex ſequenti Monumento ſupra portam Eccleſię ad intra.

Reuerendiſſimus in Christo Pater D. Ioannes Antonius Vlpius Epiſcopus Comenſis hanc Eccleſiam D. Donato conſecrauit anno MDLXV. die IIII. menſis Maij. & viſitantibus eam in Anniuerſaria die XL. dierum indulgentiarum conceſſit.

BETVLÆ.

5 CConuentus S. Mariæ de Quercu Vallis Nuriæ Ducatus Placentiæ Sereniſſimorum de Farneſijs, à qua diſtat per decem octo milliaria, in diœceſi Papienſi. Fertur in bonis huius religionis fuiſſe circa annum 1410.

Eccleſiam habet amplam, & vetuſtam pluribus Altaribus ornatam, cum Organo, & Campanili, atq; Societate Cordigerorum. Adeſt Imago Beatæ Virginis gratioſiſſimæ illis incolis, adhuc adhærens Quercui in muro ſuperioris altaris abſconditæ, ibidem relictæ, vbi erat ante ædificationem Eccleſiæ in eius honorem, vt nobis tradiderunt Patres noſtri.

S. COLVMBANI.

6 COnuentus S. Ioannis Baptiſtæ 25. Iunij prope eiuſdem Caſtri arcem Ordinis Cartuſiæ Papienſis, in diœceſi Laudenſi, à cuius ciuitate diſtat per decem milliaria, cuius eccleſiæ Rector erat quidam F. Aloyſius Caſſa Ordinis S. Dominici à Carolo Marchione Palauicino Epiſcopo Laudenſi conceſſus an. 1466. die 6. Martij Fratribus Petro de Mediolano, Bartolomæo de Caſalbutano, & Bernardo Placentino, ex inſtrum. 19. extante ibidem per nos extenſo ſuo loco.

GENEVOLTÆ.

7 Conuentus Iouis Altæ S. Mariæ de Montirono extra hanc Terram per milliare diæceſis Cremonæ, à qua per decem mille paſſus diſtat anno Domini 1522. die 23. Martij ab Adriano V. data fuit facultas F. Sebaſtiano de Cremona fabricandi illum ex eius Bulla CCVIII. Huius Eccleſiæ antea Rector erat Antonius Porrus ſub gubernio Gabrielis Guarnerij Archipresbiteri Iouis Altæ. i. *di Geneuolta*, & ſpectabilis viri Iacobi Cella anno 1509. vt patet ſimili inſcriptione in cornice fornicis eiuſdem Eccleſiæ.

PAPIENSIS.

8 Conuentus Eccleſiæ Parochialis SS. Geruaſij, & Protaſij martirum intra vrbem Papiæ receptus fuit à quodam F. Sebaſtiano Cremonenſi, qui erat Prior alterius conuentus S. Sauini in ſuburbijs Papiæ deſolatus occaſione bellorum, concedente tunc quodam Nicolao Pinello Genuenſi Priore dictæ Eccleſiæ, quæ erat Prioratus non Conuentualis Ordinis S. Benedicti, pro cuius conceſſionis confirmatione expedita fuit Bulla ſub num. CCXXI. à Paulo III. die 16. Maij 1542.

Nota autem, quod ea Eccleſia primo nuncupata fuit S. Mariæ in Rouea postea ſimpliciter S. Geruaſij, demum Sanctorum Geruaſij, & Protaſij, vt colligitur ex Epitafio, quod legitur in Eccleſia S. Thomæ ibidem Ordinis Prædicatorum, & apud F. Michaelem Piò eiuſdem Ordinis Bononienſem virum doctum Inquiſitorem Mediolani in lib. 2. *della Progenie di S. Domenico* cap. 48. vbi refertur, eſſe primam inter alias Eccleſias Papiæ fundatam per nobiles viros de Folpertis, & Medijs barbis.

In hac Eccleſia ſunt reliquiæ quamplurium Sanctorum hinc inde iuxta altare maius Chorum verſus honorifice conditæ, & cultæ à fidelibus cum ſequentibus inſcriptionibus. A latere Euangelij.

A tergo huius pilę in area lapidea habentur corpora Sanctorum Pompeij ſecundi Epiſcopi Ticinenſis, ac Mametis martyris, necnon quędam reliquię Sanctorum Geruaſij, & Protaſij Martyrum, & D. Siri primi Papienſis Epiſcopi. S. Geruaſius. S. Protaſius. S. Sirus. S. Pompeius. S. Mametus. A latere Epiſtolæ.

Ex

Ex aduerſo pilæ huius in vaſe lapideo iacent corpora SS. Griſanti, & Fortunati Presbiterorum, & martyrum. Item SS. Donini, Soteris, ac Paulini martyrum. Pridie Calend. Nouembris 1626. S. Griſantus. S. Fortunatus, S. Paulinus, S. Doninus, S. Soterius.
Prænominatus conuentus S. Sauini in ſuburbijs Papiæ ob bella dirutus, & ſolo æquatus extabat de anno 1407. renouatus poſtea in præſentem.

MEDIOLANENSIS.

9 CONuentus S. Mariæ Purificationis de Paradiſo ſitus in burgo Portæ Vigentinæ receptus fuit à F. Marco Antonio Cremonenſi die 28. Aprilis 1550. hoc eſt Andreas Rubertus Vicarius Generalis Hippoliti Extenſis Diaconi Cardinalis Archiepiſcopi electi Eccleſiæ Mediolanenſis ſupradicto F. M. Antonio dedit licentiam fabricandi Eccleſiam, & Conuentum ſub inuocatione S. Mariæ del Paradiſo ſuper nonnullis fundis religioni relictis. Vt apparet ex Inſtr. 30. Alium habebant extra muros ſub nomine SS. Iouitæ, & Fauſtini martyrum ex alio Inſtr. 29, de quo dicam infra ſub num. 24.

TRIVOLTII.

11 CONuentus Eccleſiæ Parochialis Sanctorum Cornelij, & Cypriani Pontificum, & Martyrum in diœceſi Papiæ, à qua diſtat per octo milliaria, habet ſub ſe vndecim Capellas, quarum prima eſt S. Blaſij. Secunda S. Stephani ſecundo Auguſti Villæ Turini. Tertia S. Franciſci Cerri. Quarta S. Andreæ Villæ Soncini. Quinta S. Siri Tondelli. Sexta S. Antonij de Padua Caſſinæ. Septima Viſitationis B. M. V. Caſatorum. Octaua Natiuitatis B. M. V. Boſchetti. Nona S. Mariæ ad Niues Turris de Inſula. Decima S. Euſtachij Vareſij. Vndecima demum S. Petri de Piſſarello, pro commodi ate Chriſtifidelium dictæ Parochiæ ſubiectarum, qui ſolent eſſe 2500. circiter.
Receptus autem fuit in Emphiteuſim à F. Arcangelo Puccio Regienſi côcedente D. Antonio Scaruffa pariter Regienſe dictæ Eccleſiæ Archipresbitero, & iuris vtriuſq; Doctore, vt patet Inſtr. 32.

32. rogato per Ioannem Antonium de Segna Notarium Curiæ Epiſcopalis Papiæ die 2. Septembris 1558. cum licentia ſui Generalis 38. Damiani de Cremona data ſub die 22. Februarij eius anni, cum clauſula, *Saluo aſſenſu Apoſtolico*, dato per Pium IV. in ſua Bulla CCXXX. anno 1561. die 13. Septembris. Eccleſia laboꝛe, & induſtria Fratrum cum pijs fidelium elemoſinis reducta fuit ad meliorem formam cum nouo Campanili, organo, & alijs ornamentis pro decentia, & honore diuini cultus.

ANICI.

11 Conuentus S. Rochi della Terra di Nico in diæceſi Cremonæ à qua diſtat per quatuor milliaria Magiſtro F. Zacariæ de Caſalbutano conceſſus fuit à Communitate dictę Terrę circa annum 1575. biennio tranſacto, cœpit ædificare conuentum prędictus religioſus, nam ea Eccleſia antea regebatur à quodam ſacerdote Mercurio de Ronchis de Polengho, Hec patent ex Inſtr. Ioannis Maloſſij ciuis, & Notarij Collegiati Cremonæ 1643. die ſexta Octobris. Adeſt Confraternitas Cordigerorum.

GENVENSIS.

12 Conuentus Parochialis S. Marię de Granirolo extra Ianuam, nunc vero intra męnia noua eiuſdem ciuitatis receptus fuit anno 1583. à F. Mauritio de Balzanis Regienſe tunc Commiſſario Generali, & ante de anno 1574. à Generali Gonzaga poſtea Epiſcopo Mantuę erat Viſitator Generalis electus, tunc enim noſtri erant ſubiecti Minoribus de Obſeruantia.

BVRGI FRANCHI.

13 Conuentus S. Marię Gratiarum in dięceſi Papienſi receptus fuit anno 1585.

PLACENTIAM EXTRA.

14 Conuentus S. Antonij Abbatis in ſuburbijs dictæ ciuitatis Parochialem habet Eccleſiam, & ſic intitulatur, qua à

Placentinis circa annum 1172. ædificata fuit in honorem S. Antonii cum ſuo Hoſpitali, & conceſſa Canonicis Regularibus S. Antonii Vienneñſis ad cultum diuinum, & ſeruitium infirmorũ præſertim morbi dicti S. Antonii, de qua mentionem facit Petrus Maria Campus Placentinus olim Canonicus Catedralis, vir de rebus eccleſiaſticis benemeritus, par. 2. lib. 4. fol. 32. ad præfatũ annum; ab illis relicta, & commendata Prælatis pro tempore, habitabatur à Fratribus Auguſtianis Prouinciæ Bononienſis, poſtea noſtris conceſſus fuit circa annum 1595. à Marſilio Epiſcopo Vigleuani, & ſucceſſiue à Glicerio Landriana Clerico Mediolanenſi Epiſcopi nepote vel Præceptoribus, ſeu Commẽdatariis, & approbata à Paulo V. ex eius Bulla 266. extante ſuo loco. Et in alia eiuſdem Pontificis ſub num 268. confirmatur tranſactio facta à dicto Glicerio cum F. Donadeo de Hoſpitali transferendo, & de quindennio, ac miſſa quotidiana ſoluendis in oratorio, & pro oratorio extra Caſtrum Arquatum. Hoc Hoſpitale ſitum erat verſus viam publicam, & Placentiam ad orientem, inter quod, & Eccleſiam mediat hodie communis ianua ingreſſus ad medium clauſtri. Tranſlatum fuit iuxta valuas Eccleſiæ, mediante modo inter vtrumq; cæmeterium.

GRATASOLII.

15 Conuentus S. Barnabæ Apoſtoli diſtans à Mediolano per duo milliaria extra Portam Ticinenſem. Fuit alias Prioratus Ordinis Vallis Vmbroſę, de quo Tambur. tom. 1. in fine, vbi de Taxa omnium Abbat. v. Mediolanenſis. Deinde eundem conuentum inhabitarunt Carmelitę. Demum noſtris conceſſus fuit die tertia Maii 1600. à Comite Ioanne Baptiſta de Comitibus eiuſdem Eccleſię Abbati, recipiente F. Baſilio Gariboldo tunc Prouinciali, vt patet ex Inſtr. 31. quam conceſſionem ſubinde approbauit Paulus V. anno 1609. vt apparet ex Bulla eiuſdem 255. Diſtat à Mediolano per duo milliaria prope viam magiſtram ducentem Papiam, vnde dicitur eſſe extra portam Ticinenſem, idem enim eſt Papia, quod Ticinum.

S. NAZARII.

16 Conuentus S. Mariç de Fontana in diçceſi Papienſi à F. Imerio Ferrario de Papia Prouinciali receptus ann. 1610.

SOREXINÆ.

17 Conuentus S. Franciſci in diçceſi Cremonenſi receptus fuit anno 1615.

LAVDENSIS.

18 Conuentus S. Antonii Abbatis Eccleſia conceſſa fuit ab Antonio, & Ioanne Baptiſta de Ricardis eiuſdem patronis cum domo, & viridario, pro Religione ricipiente M. F. Columbano Mutio à S. Columbano tunc Prouinciali anno 1618. 30. Ianuarii, ex Inſtr. 76. extante in ordine, in quo fit mentio de S. S. Maria Blanca demolita cum paruo cunuentu ſub parochia S. Iacobi, de qua infra ſub num. 26. Eſt inter ſuppreſſos retentus. Dicta autem conceſſio confirmata fuit ab Epiſcopo Laudenſi, ex Inſtr. 77. eodem anno 1618. decimo Martii.

CASTRI ARQVATI.

19 Conuentus S. Antonii Abbatis membrum Abbatię alterius S. Antonii in ſuburbiis Placentię, de quo dictum fuit num. 14. conceſſus fuit anno 1614. per Glicerium Landrianam ibidem Abbatem, & confirmatus per Bullam 268. Pauli V. die 14. Maii 1615. extra caſtrum ſed prope ad ripam fluminis, ſeu torrentis Ardæ Reuer. D. Ioannes Baptiſta Bag . rotus Clericus in Minoribus Ordinibus conſtitutus ciues eiuſdem Caſtri ob deuotionē, quam gerebat erga Fratres, inſtitu. t hæredes vniuerſales Fratres eoſdem S. Antonii cum nonnullis pactis, preſertim quod deberent intra Caſtrum in domo ſua fundare Eccleſiam S. Mariç Annuntiarę cum monaſterio, vt apparet ex eius vltimo teſtamento rogato per D. Paulum Cuſchum Notar. 25. Septembris 1643. Lite Fratribus mota irrationabiliter per Fratres Reformatos

Mino-

Minorum de Obſeruantia, S. Congr. cui fuit res delata, reſpondit, vt mos teſtatoris ſeruaretur, prout in Actis curiæ Epiſcopalis Placentiæ 1654. de menſe Decembri, quo menſe die 21. eiuſdem anni Eccleſia fuit benedicta per Reu. D. Petrum Saluum Archipresbiterum Collegiatæ dicti Caſtri ex mandato Reuer. D. Ioannis Baptiſtæ Calicis Vicarij Generalis Capitularis Sede Epiſcopali vacante ob mortem venerandi ſenis Alexandri Scappij nobilis Bononienſis Epiſcopi pientiſſimi Placentiæ.

PLACENTIÆ.

10 Conuentus S. Mariæ Laureti cum Eccleſia fundatus fuit, & erectus à F. Donadeo Muſa Placentino Vallis Nuriæ, qui ſua induſtria, & pijs benefactorum elargitionibus emit ſolum ſuper quem fundauit vtrumq; cum cæteris adherentijs pretio libr. 175 00. circa, à nobili viro Franciſco de Burgo cum filijs ſuis Ioanne Baptiſta, & Alexandro clerico vtriuſq; iuris Doctore ex rogitu Petri Antonij de Madijs Notarij Placentini accedente approbatione, & licentia Ioannis Linati nobilis Parmenſis Epiſcopi Placentini ſub die 12. Maij 1620. Ex Inſtr. 75.

In hac Eccleſia ſub altari primo è regione Epiſtolæ reſpectiue ad altare maius requieſcit, & veneratur corpus S. Antonij martyris qui in Sardinia ortus ſuo ſanguine Calarim purpurauit, demum inde Placentiam translatus Eccleſiam hanc decorauit. Eius memoria ap[illegible] cuſa in choro hæc eſt.

Sacrum corpus Sancti Antonij Balaritani inſulæ Sardiniæ ætatis ſuæ an. 42 martirio coronatur, de Baſilica Conſtantiniana S. Saturnini primitiali Calaritana prope quam publice venerabatur, de licentia Vicarij Generalis Archiepiſcopatus dictæ Baſilicæ extractum, agente admodum R. P. F. Petro Calaritano Capucino Prouinciale, & per R. P. F. Bonauenturam pariter Capucinum Concionatorem, cui ab illo donatum fuit. Placentiam delatum, & ſubinde ab eius conſanguineis RR. PP. Religionis Tertij Ordinis S. Franciſci oblatum, ſolemni proceſſione ijdem Religioſi in propria Eccleſia S. Mariæ Laureti Placentiæ ſub altari eidem ſancto dicato condiderunt quinta Dominica poſt Paſcha die decima ſeptima Maij 1648. Corpus huius ſancti donatum fuit à Franciſco Carino Philico Placentino.

VIGLE-

VIGLEVANI.

21 CONuentus S. Mariæ de Laureto in ſuburbijs huius Ciuitatis anno 1622. receptus. Eſt de numero ſuppreſſorum, vt conſtat ex liter. 20. ſub Collect. 4.

Nota Conuentuum non extantium.

22 GOrgolarij conuentus in diœceſi Placentina, in quo Fratres, orationibus, ieiunijs, & afflictionibus Deo ſeruiebant, à quorum maiore aliorum ſuperiore, qui nuncupabatur F. Ariſtides Corradus Placentinus ſanctus diſciplinis regularibus imbutus habitum ordinis deuote recepit anno 1315. qui Corradi alijs Fratribus futuram ſanctitatem prędixit, vt refert. D. Campus in vita S. Corradi Placentiæ impreſſa vulgari idiomate ab eo compoſita 1614. fol. 25. qui ſubiungit huius loci, & conuentus ne veſtigium quidem eſſe notum alicui, & prædicta recepit ex Vincentio Litara lib. 3. Corradinæ.

23 Papienſis S. Sauini martyris conuentus in ſuburbijs extabat anno 1407. occaſione bellorum demolitus Fratribus alius locus intra Papiam conceſſus fuit, de quo ſupra ſub num. 8.

24 Mediolanenſis in ſuburbiis extabat conuentus SS. Fauſtini, & Iouitæ de quo fit mentio in quodam inſtrumento confecto per F. Petrum de Calderinis tunc Generalem cum Definitoribus Nicolao de Cremona, Iuliano de Crema, Hieronimo de Foropompilio, & M. Antonius de Vicentia Definitores Capituli Prouinciç Lombardiæ celebrati in conuentu S. Mariæ Plazani, in quo elegerunt in Conſeruatores prędicti conuentus Ioannem Baptiſtam de Tonſis Præpoſitum S. Mariæ Braidę Mediolanenſis Ordinis Humiliatorum, Philippum de Caſtionis Commendatarium Abbatię S. Abundii de Como extra, & Ceſareum Senatorem, vt apparet ex rogitu Angeli Franciſci Calcinati Notarii Cremenſis.

Vadingus Bulla 29. tom. 6. ad annum 1457. num. 84. dicit, extitiſſe Domum, ſeu Conuentum in Parochia S. Benedicti Mediolani, vt conſtat ex teſtamento Ioannis de Morigiis Mediolanenſis ciuis, qui Fratribus nonnulla bona reliquit. Item ad annum 1466. nu. 23.

23. idem probat ex quadam lite deciſa à Papa in fauorem eorundem Fratrum. Alua ad annum 1458. ſub num. 26. citat Bullam incip. *Rationi congruit* ſub datum 3. nonis Septembris, pro Fratribus Prouinciæ Mediolanenſis circa elemoſinas, ex Vaticano.

25 Genuenſis conuentus S. Elzearij octo Fratrum fundatus fuit in Parochia S. Martini de Herchis extra Ianuam de licentia Pilei Archiepiſcopi Iãuenſis à Fratribus Antonio de Braida de Pedemontib. & Ioanne de Gouono de Alba, vt conſtat ex Bulla LVI. Martini V. ſub datum 7. Maij 1427. in qua ſcribit Oderico de Glomena Canonico Ianuenſi, vt in Domo hac S. Elzearij concedat vſum Sacramentorum Euchariſtiæ, & Extremæ Vnctionis, ac Confeſſionis, atq; ſepulturæ. Ex quo patet ante illud tempus anni 1427. extitiſſe Fratres ibi, vbi edificauerãt ſibi conuentum. Vading. ad hunc annum 1427. num. 61. item ad annum 1449. n. 56. de eodem agit, referendo dicto anno agente F. Bartolomæo de Peruſio numero Fratrum per Nicolaum V. auctum fuiſſe, ille autem F. Bartolomæus fuit primus Generalis Ordinis, de quo ſub cap. 13. initio Catalogi. Idem Vadingus ad annum 1460. n. 71. verba facit de Hoſpitali S. Elzearij de Clapeto, fortaſſis ei conuentui coniuncto, quod regebatur per F. Barnabam de Auria nobilem Genuenſem Paulo Archiepiſcopo Genuenſi carum. Illum conuentum nunc inhabitant Reformati Minorum. De illis duobus Fratribus, quod poſſint manere in dicta Eccleſia, citat Bullam incip. *Ex paternę*, 3. cal. Iunij Nicolai V. Petrus Alua ad annum 1449. num. 46.

26 Laudenſis conuentus S. Mariæ Blanchæ ante annum 1447. extabat, in quo facta fuit carta Procuræ F. Andreæ Mediolanenſi, de quo in cap. 13. ſub num. 1. Catalogi Generalium, & de Sillis in Bulla Martini V. fol. 16. per F. Iacobum de Cartiraga Priorem Montisbelli anno prædicto, ibi morabantur de anno 1561. ex literis datis cal. maias in cænobio S. Mariæ vrbis Laudenſis extra muros F. Alphonſo Baccho de Cropano deputato Commiſſario Generali in Regno Neapolitano per Gaſparem Mutinenſem Generalem in cauſa litis conuentus Scauignæ.

27 Alexandriæ extabat conuentus S. Hieronimi, vt refert Vadingus ad annum 1482. num. 98.

28 Mellii in Parochia Vallis Tellinæ extabat conuentus S. Ioannis de Biogio, vbi requieſcit corpus B. Ianuarij Ordinis profeſſi, de anno 1408. de quo aliquid dixi Reſol, 80. in Catalogo Generalium num. 14. vbi notaui Antonium de Peſcua illius nationis 14. Generalis. Aliquid ex dictis collegi ex Actis Viſitationis à Lazaro Caraſino Comi Epiſcopo vigilantiſſimo factæ anno 1629. Fratres deſtructum ob incurſionem bellorum reliquerunt, & Comum tranſierunt.

29 Cuneum extra ciuitatem Pedemontanæ per milliare erat olim conuentus S. Mariæ de Angelis, quem pro vſu, & habitatione Fratrum Tertij Ordinis fundauerat, & extruxerat in ſuo fundo anno 1434. Ioannes Tortellius ciuis Cuneanus, ibique primo inhabitauit F. deuotiſſimus nomine Alphonſus Hiſpanus cum ſuis ſocijs. Hæc Eccleſia, in qua Imago M. V. miraculis coruſcabat, decorata fuit multis indulgentijs per Eugenium IV. Quem locum vti commodum ingreſſi ſunt Minores de Obſeruantia, vbi in Eccleſia requieſcit corpus Beati Angeli de Clauaſio, de quo Martyrologium Franciſcanum ad 11. April. Gonzaga conuent. 23. Prouinciæ Genuæ, Vading. ad hunc ann. 1434. n. 13.

30 Clauaium oppidum extra in diæceſi Genuenſi fundatus erat conuentus prope Hoſpitale pauperum Beatæ Mariæ de Miſericordia. Vadingus ad annum 1446. num. 26.

31 Conzani diſtantis per quinque milliaria à Caſali Montis Ferrati conuentus S. Mauritij à tribus Fratribus Fundatus de licentia Martini V. anno 1419 VII. Calend. Aprilis, ex Vadingo ibidem n. 11. quem locum ſolitarium, nemoroſum, ac ſatis amænum præoptarunt Minores de Obſeruantia, ex Gonzaga conuent. 39. Prouinciæ Genuenſis. Extabat alius conuentu S. Catarinæ de Monteferrato, de quo A'ua ad annum 1507. n. 28. citat Bullam Iulij II. incip. *Ex iniuncto* 14. Cal. Iunij de quodam beneficio pro conuentu dictæ Eccleſiæ.

32 Sauiliani Taurinenſis conuentum noſtri habebant, vt colligitur ex Bulla CLXXXIII. Alexandri VI. anno 1498. in qua dicitur, quod Sorores Tertij Ordinis, quæ poſtea tranſierunt ad Clariſſas, habebant ex ſui Ordinis confeſſarios, ergo bene infertur, quod in eodem loco conuentum habebant pro ſpirituali ſeruitute Sororum ſui Ordinis.

In

In Villa Septallæ aderat locus ſub nomine S. Mariæ de Laureto, in quo Fratres per multos annos permanſerunt, quorum duo ibidem ſepulti ſunt; erat autem membrum conuentus Montisbelli de quo ſupra ſub n. 3. à noſtris derelictum circa annum 1508.

DE GENERALIBVS, ET MAGISTRIS INSIGNIBVS HVIVS PROVINCIÆ.

TRedecim Generales ex hac Prouincia exierunt Franciſcus Spinctus 2. in ordine Generalium vir regularis diſciplinę propagator. Andreas de Franceſchinis Mediolanenſis 3. qui pro religione multum laborauit. Vgo Bononus Placentinus 4. in regimine prudens, & iuſtus. Honophrius Figinus nobilis Mediolanenſis 5. in concionibus celebris in adminiſtratione ſagax. Arcangelus Guerinus Cremonenſis 12. in regimine clarus. Antonius de Peſcua Vallis Tellinæ 14. iuſtitiæ zelator. Antonius Luſcatus Cremonenſis 16. affabilis, & benignus erga ſuum gregem. Nicolaus de Lanzonibus Cremonenſis 37. in rebus religionis pertractandis egregie ſe geſſit. Damianus de Bonuinis Cremonenſis 38. exemplo, & prudentia rexit ordinem. Columbanus de S. Columbano 41. inſtar columbæ ſubditos ſuos continuit in ſimplicitate religioſæ vitę. Ioannes Baptiſta Cantonus Papienſis 44. Magiſter in Thelogia egregius. Benedictus Bellotus Cremonenſis 45. rerum regiminis experientia ornatus. Demum Seraphinus Maſnaga Mediolanenſis 47. zelum iuſtitiæ præ oculis ſemper habuit.

Sequentium enumeratio eſt Magiſtrorum in Sacra Theologia.

34 Agapitus Berſanus Cremonenſis Collegiatus Papienſis anno 1579. 28. Ianuarij Doctor egregius, & verbi Dei celebris concionator.

35 Damianus de Mutis natione Papienſis, ibidem Collegio Theologorum aggregatus die 29. Septembris 1580. in operibus Scoti, & S. Thomæ tempus ſuum inſumebat cum magno fructu, poſtea pluribus vicibus ſuum conuentum diligenter gubernauit. Verbum Dei etiam in diuerſis Catedralibus proclamauit.

36 Donadeus Bongiorni Placentinus de Valle Nuriæ de Caſtello Caſafurone Doctor collegiatus Papienſis, apud S. Carolum ma-

gno in honore habitus fuit, ab eo creatus in Pœnitentiarium ſuę Metropolis, in ſpeculationibus, & diſputationibus Scholaſticis multis antecelluit nulli poſterior In hac profesſione cunctis notus Mediolani, vitæ honeſtate, morum grauitate, in agendo mira ſimplicitate prędictus in conuentu S. Marię Paradiſi Mediolani anno 1590. ad meliorem vitam migrauit. De eo mentionem facit D. Pręſidius Creſcentius in ſuo opere: *Corona della nobiltà d'Italia*. Bononię impreſſo 1641.

37 Bonauentura Vicecomes Cremonenſis Collegiatus Papienſis varijs functus tum prędicationibus, tum officijs hac ratione Deo, & ſuę religioni inſeruiebat, panem otioſe non comedens.

38 Gabriel Zuchius Cremonenſis Collegiatus Papię vir inſignis fuit, varijs ob ſua merita officijs functus fuit, & morte 1629.

39 Felix Paganus Mediolanē. Magiſter aggregatus Collegio Papienſi 5. Maij 1603. in exorcizandis energumenis proficuus valde infirmis, cōcienator vtilis fidelib. cuius opera S. Carolus vſus fuit in curādis ſpiritualiter peſte infectos, diuerſis officijs honoratus.

40 Theodorus Maloſſius Cremonenſis Theologus inſignis, ſcripſit contra pluritatem officiorum eruditam allegationem, varijs Prouincię honoribus cumulatus deceſſit in conuentu Triuoltij 1628. quem multis annis rexerat.

41 Iacobus Philippus Zuchellus Cremon. in muſicis ſuauisſimus Baſſus, non ſolum in patria, ſed etiam in Capella Sanctiſs. Pauli V. poſtmodū in ſacroſancta Domo Lauretana modeſte, & laudabilit. ſe gerēdo ſuæ profesſionis cognitus fuit vir doctiſs. diuerſis cohoneſtatus officijs, in ſuo conuentu Cremonę in Domino deceſſit anno 1630.

42 Bartolomęus Monferinus Cremonenſis in Collegium Papienſe Theologorum ob eximias eius virtutes coaptatus fuit 9. Martij 1632. in ſpeculationibus, concionibus, & muſicis religionem coluit, & illuſtrauit; multis ab hinc annis conductus fuit lector à Clarauallenſibus extra Mediolanum, vbi glorioſe legit Theologiam per tres annos, officijs Prioratus Caſalisbutani, & Diſcretatus exfunctus tandem Papię vitam cum morte commutauit. Reliquid nonnullas conciones Quadrageſimales eleganter collimatas, quas morte pręuentus non potuit edere in lucem.

43 Nicolaus Spinellus Crem. in muſicis peritus pręlo tradidit duos libros ſuę profeſs. *Meſſe, & Motetti*, obijt Papię 10. Iul. 1630. CA-

CAPVT XVI.

De Prouincia Brixienſi.

1 *Vairani conuentus S. Mariæ Parochialis diaceſis alias Cremonę.*
2 *Soliani, ſeu Salodij conuentus S. Rochi diaceſis Veronę.*
3 *Fornatum extra Brixiam S. Rochi.*
4 *Plazani S. Marię Annuntiatæ diaceſis nunc Cremæ.*
5 *Cremæ S. Spiritus, & S. Mariæ Magdalenę.*
6 *Saiani S. Mariæ diaceſis Brixiæ.*
7 *Bergomi S. Marię immaculatæ Conceptionis.*
8 *Veronę S. Margaritæ.*
9 *Burni S. Mariæ Annuntiatæ Vallis Lamonicę diœceſis Brixię.*
10 *Tridentini conuentus S. Rochi.*
11 *Generales tredecim huius Prouinciæ.*
12 *Ioannes Franciſcus Valdemagnus Cremenſis.*

Prouincia nuncupata Brixienſis componitur ex ſeptem conuentibus, de quibus agitur in ſequentibus, ſeruato ordine antiquitatis eorum, ex decem extantibus hodie ſolum ſex.

VAIRANI.

1 Conuentus S. Mariæ extra Cremam Parochialis, ſed tunc ſine cura à qua per milliare diſtat, ab Venturino Epiſcopo Cremonenſi, ſub cuius diœceſi tunc erat Caſtrum Cremæ nunc ciuitas anno 1439. conceſſa fuit F. Dominico de Moſcatis, & eius Socijs dicta Eccleſia, vt conſtat ex rogitu Franciſci Torniolæ eodem anno, 22. Octobris, habetur Inſtr. 86. confirmata fuit per Nicolaum V. anno 1447. die quarta Aprilis, vt apparet in eius Bulla CXXXI. tunc etiam erat Parochialis, ſed ſine cura Thomæ de Pinatijs Rectoris, cum Bonauentura Finellis clerici ibidem beneficiati, fructibus ſibi reſeruatis, dum viuerent, de qua Vading. ad annum 1448. num. 48. Quamuis in ea Bulla dicatur, eam Eccleſiam non eſſe curatam, tamen in alia Bulla Sixti IV. incip. *Pijs*

ſupplicum 1474. ſub num 163. extante tertio decimo Calendas Octobris dicitur curata, & parochialis, & pro tali confirmatur prædictis Fratribus, & F. Franciſco cum ſocijs. Noſtris temporib. monaſterij fabrica diruta fuit, relicta tantum Eccleſia cum ſacerdote regulari eiuſdem Ordinis, qui etiam nunc curam animarum exercet, translata Fratrum habitatione intra ciuitatem Cremæ, vt infra dicetur ſub num. 5.

Thomas de Gallöuis Parmenſis fuit Prior huius conuentus anno 1466. qui impetrauit Bullam incip. *Sua nobis dilectus*, quam hic extendo.

Paulus II. ſcribit Abbati S. Laurentij Cremon. e, & Præpoſito SS. Iacobi & Philippi Caſtrileonis diœceſis Cremonenſis, & Vicario Generali Epiſcopi Cremonæ, vt litem inter Fratres Conuentus Vairani, & Clericum ſuper nonnullis terris eiuſdem conuentus dirimant.

Sua Nobis dilecti filijs Thomas de Parma Miniſter, & alij Fratres Eccleſiæ S. Mariæ de Vairano Cremonenſis diæceſis Tertii Ordinis S. Franciſci de Pęnitentia nuncupati petitione monſtrarunt, quod dummodo pro parte Dominici de Moſcardis, ſuorumq; ſociorum Fratrum dicti Ordinis felicis recordationis Nicolao Papæ V. prędeceſſori noſtro expoſito, quod olim bonę memoriæ Venturinus tunc Epiſcopus Cremonenſis, Dominico, & ſocijs præfatis tunc pręſentibus, & futuris, vt in dicta Eccleſia, in qua tamen regularem vitam ducere, & diuina officia celebrare tenerentur perpetuo reſidere, & quoddam ipſi Eccleſiæ contiguum territorium tunc expreſſum poſſidere valerent, auctoritate ordinaria conceſſerat.

Et deinde Thomas de Penatijs tunc eiuſdem Eccleſiæ Rector, & quidam Bonauentura de Finellis clericus tunc in dicta Eccleſia beneficiatus Eccleſiæ, & territorii huiuſmodi poſſeſſionem, reſeruatis ſibi quo ad viuerent aliis terris, & poſſeſſionibus, cum eorum fructibus, ad ipſam Eccleſiam pertinentibus tradiderant, & aſſignauerant; ipſiq; Dominicus, & ſocii vigore conceſſionis huiuſmodi corporalem Eccleſiæ, & territorii prædictorum poſſeſſionem apprehendentes illa tunc tenuerant, & tenebant.

Dictus prædeceſſor ad Dominici, & ſociorum eorundem inſtantiam Priori Monaſterj S. Benedicti de Crema Ordinis eiuſdem Sancti per Priorem ſoliti gubernari dictę diœceſis, eius proprio nomi-

nomine non expreſſo ſuis literis dederat in mandatis, vt ſi poſtquam vocatis Thoma de Penatijs, & Bonauentura præfatis, & aliis, qui forent euocandi, conceſſionem, traditionem, & aſſignationem huiuſmodi ſibi legitime conſtaret, illas, & quæcumque inde ſecuta auctoritate Apoſtolica approbaret, & confirmaret; & nihilominus prędeceſſor ſi approbationem, & confirmationem huiuſmodi per ipſum Priorem fieri continge et, Eccleſiam, & poſſeſſiones, & terras prædictas Dominico, & ſocijs tunc pręſentibus, & futuris prędictis pro ipſorum vſu, & habitatione perpetuis auctoritate Apoſtolica conceſſit, pariter & donauit. Si tamē, quod cedentibus, vel decedentibus Thoma de Penatijs, & Bonauentura pręfatis per ſe, vel alium, ſeu alios omnium terrarum prædictarum, vel pro parte alterius Thomę de Penatijs, & Bonauenturę prædictorum cedentis, vel decedentis, poſſeſſionem corporalem liberę apprehendere, & perpetuo retinere poſſent, prout in eiſdem literis plenius continetur.

Et licet quidam Iacobus de Alferijs Prior dicti Monaſterij poſtquā ſibi de expoſitis huiuſmodi legitime conſtiterat, eodem prædeceſſore adhuc in humanis agente Thoma de Penatijs, & Bonauentura præfatis, & alijs, quorum intererat legitime vocatis; & alias earundem literarum executionem rite procedens, conceſſionem, & traditionem, & aſſignationem de terris, & poſſeſſionib. eiſdem Dominico, & ſocijs prædictis ſic, vt præfertur, factas auctoritate præfata approbauerit, & confirmauerit. Necnon Miniſter, & Fratres prædicti poſſeſſionem corporalem dictarum terrarum ad dictum beneplacitum, quod idem Bonauentura, qui nuper extitit vita functus ante conceſſionem prædictam in eadem Eccleſia poſſidebant ſpectantium poſt obitum huiuſmodi conceſſionis, donationis, & confirmationis antedictarum obtentus apprehendiderint.

Tamen Ioannes de Tambona, qui ſe gerit pro clerico falſo prætendere beneficium ipſum per dictum obitum vacare, ac illud prætextu quarundam literarum Apoſtolicarum per Nos ſibi gratioſe conceſſarum prout ex illarum forma ſe potuiſſe acceptare credebat, ſibiq; de illo illarum vigore prouiſum fuiſſe canonice; ac minus veraciter referente Antonio de Benzonibus, quem ſub executorem dictarum litrarum per proceſſus illarum vigore habitos

bitos deputatum fuiſſe prætendebat, quod beneficium huiuſmodi cum terris prædictis literarum vltimo dictarum de acceptationis, & prouiſionis prædictarum obtentu ſibi deberetur. Dictuſq; Miniſter, & Fratres illa detinerent indebite occupata. Idem Antonius ad falſam relationem prædictam nulla ſuper relatis ipſius cognitione præuia; & quamquam ſibi de illis non conſtaret, prout neque conſtare poterat ſaltem legitime, cum ea non eſſet notoria, neque vera ex abrupto, & de facto Miniſtrum, & Fratres eoſdem ſub cenſuris, & pœnis in dictis proceſſibus contentis monuit, & mandauit eiſdem, vt ipſi infra certum tunc expreſſum terminum, beneficium, & terras prædcta, earum poſſeſſionem Ioanni vacua, & litem dimitterent, & ex tunc de illis vlterius, ſe intromitterent; à quibus quidem monitione, & mandato fuit pro parte dictorum Miniſtri, & Sociorum ſentientium exinde ab eodem Antonio indebite ſe grauari, ad Sedem Apoſtolicam appellatum.

Quocirca diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta dictorum Miniſtri, & Sociorum mandamus, quatenus vocatis, qui fuerint euocandi, & auditis hinc inde propoſitis, quod iuſtum fuerit, appellatione remota, decernatis, facientes, quod decreueritis per cenſuram eccleſiaſticam firmiter obſeruare. Teſtes autem, qui fuerint nominati ſi ſe, gratia, odio, vel timore ſubtraxerint, ſimili appellatione ceſſante, compellatis veritati teſtimonium perhibere; quod ſi non omnes iis exequendis potueritis intereſſe, duo, aut vnus veſtrum ea nihilominus exequatur. Datum Romæ apud S. Marcum anno Incarnationis Domini milleſimo quadringenteſimo ſexageſimo ſexto, octauo idus Octobris, Pontificatus noſtri anno tertio.

Extracta ex ſcripturis Archiuij eiuſdem conuentus nunc S. Mariæ Magdalenæ intra Ciuitatem Cremæ, vbi etiam conſtat illum clericum expulſum fuiſſe tamquam iniuſtum detentorem iuris alieni.

SOLIANI.

CONuentus S. Rochi prope dictam Terram verſus ripam Salodij diœceſis Veronenſis extabat de anno 1450. Nihil aliud potui inuenire de hoc conuentu.

FOR-

FORNACVM.

3 CONuentus S. Rochi in eadem Terra ſic nuncupata, quia ibi plures fornaces ſunt Figulorum, diſtat circa quattuor milliaria à Brixia intra clauſuram eiuſdem ciuitatis à maiori parte hominum illius Terrę donatus ſcilicet Eccleſia cum modica domo, & horto, vti eorum Iuſpatronatus ſitus in eodem loco Fornacum, cui ſunt confines à monte Ioannes de Abbatis, à mane ſtrata publica de Quinzano, à meridie Bonus de Grittis, ſaluis, &c. F. Paulo q. D. Feliciani de Cattaneis de Carpanetulo, F. Manſucto de Paſquetis de Salodio pro ſe, & Ordini ſuo, cum onere celebrandi vnam miſſam in dicta Eccleſia perpetuo, cum promiſſione librarum quadraginta annuarum in perpetuum quolibet ſemeſtri, ex rogitu Hieronimi de Verzetis Notarij à Laudo Sapientis, anno 1564. die 22. Maij.

Caſtellinus de Canonizatione Sanct. cap. 2. p. 58. §. 2. refert, *Pium* IV. anno 1562. die 15. conceſſiſſe huic Eccleſiæ Indulgentiam plenariam.

Habet vnitam eccleſiam S. Nazarij cum onere celebrandi.

PLAZANI.

4 CONuentus S. Mariæ Annunciatæ diœceſis Cremæ, à qua diſtat per quinq; mille paſſus, locus amænus in colle frondoſo, & frugifero habitatione multum commodus ad obſeruantiam regularem in primis aptus, à conſortio hominum remotus, qui locus à F. Nicolao Albergato Cartuſiano *Presbitero* S. Crucis in Ieruſalem Cardinali ſub Martino V. electo 1417. Deinde præcario conceſſus fuit primum à Guillermo Cardinali Rotomagenſi Epiſcopo Hoſtienſi vti Commendatario Monaſterij S. Marię de Cereto Ciſtercienſis Laudenſis diœceſis anno 1470. die ſeptimo Iulij. Demum anno 1555. die ſeptimo Octobris à *Petro* Dominico Cæſio Epiſcopo Narnienſi pariter Commendatario abſolute in loco præfato confirmati fuerunt cum expreſſa prohibitione, ne ab aliquo eijcerentur, petentibus Bonauentura de Vicentia Commiſſario Generali, & Fantino de Crema *Prouinciali*, atq; Michaele de Crema ibidem Priore, vt conſtat ex eodem Inſtrumento.

CREMÆ.

9 COnuentus S. Mariæ Magdalenę in corpore ciuitatis receptus fuit anno 1590. die 3. Ianuarij, vt patet Inſtrumento rogato per Aurelium Pioſina Notarium Cremenſem, quo D. Criſtophorus Benuenutus deputatus perpetuus adminiſtrator Hoſpitalis magni Cremæ cum alijs vendidit duas domos pretio librarum nouem mille, cum pacto celebrandi vnam miſſam quotidianam eorum impenſis, & fiat feſtum Sancti Spiritus, & Sanctæ Mariæ Magdalenæ in Eccleſia contigua dictis duabus domibus; cuius ſunt ambo tituli nonquam auferendi, Fratre Nicolao Codarino de Capradoxo de Crema Generali Definitori. Adeſt in Eccleſia hæc inſcriptio. *Spiritui Sancto ac diuę Magdalenę Xenedochij Preſides erexere.* Nonquam aufenda.

Fratres de anno 1588. habitabant in alio loco ad Eccleſiam Sanctorum Iacobi, & Philippi Apoſtolorum, alias Sanctæ Mariæ de Vairano, poſtmodum derelicto parum illis commodo, vt apparet ex Inſtrumento rogato per Aurelium Pioſina ſupradictum, anno 1588. vndecimo Octobris, in quo Frater Nicolaus Codarino de Capradoxo Prior in dicto conuentu prędictorum Apoſtolorum de conſenſu aliorum Fratrum ſe obligauit celebrari facere vnam miſſam quotidianam ad altare Beatæ Virginis in Catedrali Cremæ ex teſtamento q. Illuſtris D. Scipionis de Placentijs, &c.

SAIANI.

COnuentus Sanctæ Mariæ extra dictam Terram in diœceſi Brixienſi habens Eccleſiam perpulcram bene ornatam, & habitationem modicam, ſed bene diſpoſitam ſupra quendam Collem delitioſum, & frugiferum, anno 1589. die 20. Maij, concedente Scipione Piouaſio Brixienſi Eccleſiam à ſe edificatam cum ſitu neceſſario ad fabricandum conuentum, cum annuo redditu viginti ſcutorum auri pro celebratione miſſæ quotidianæ per ipſum Scipionem relictæ. Quam conceſſionem firmauit Sixtus Quintus per ſuam Bullam extantem CCXLIII. cum communicatione priuilegiorum, quæ conceſſa fuerunt alijs Domi-

bus

bus eiuſdem Ordinis. Iſte conuentus eſt in numero ſuppreſſorum, cuius bona tandem peruenerunt ad manus Reipublicæ pro ſubſidio expenſarum belli contra Turcas.

BERGOMI.

7 CONuentus Sanctæ Mariæ Immaculatæ Conceptionis in contrata de Longuelo vulgariter nuncupata Longuel in vicinia S. Gratæ ab hac ciuitate diſtat facili aſcenſu per duos mille paſſus. Ædes ſacra erat Eccleſiola cum domuncula, in quam introductus fuit F. Laurus Brixiæ anno 1590. pro Capellano; F. Petrus Franciſcus Licinius Bergomenſis anno 1630. emit fundum, ſuper quo ſequenti anno 1631. die 31. Iulij initium dedit fabricæ à fundamentis Eccleſiæ nunc completę, & perfectæ pijs fidelium largitionibus, labore, & induſtria Fratrum. Extat autem ſequens monumentum.

Quem cernis viator Petrus Franciſcus Licinus Bergemas hic eſt, cuius ope, cuius opibus ſacra hæc moles ſurrexit, eiuſdem nominis æternitati exiguum hoc monumentum poſitum eſt in magno, quod ille excitauit. Obijt ſexto nonas Iulij anno MDCXXXV. ætatis ſuę LXIII.

VERONÆ.

8 COnuentus Sanctæ Margaritæ à Reuerendo Domino Benedicto Fontana Abbate Monaſterij S. Mariæ in Organis Congregationis Oliuetanæ, de licentia ſui Abbatis Generalis Reuer. D. Dominici Cremonenſis conceſſus fuit Fratri Franciſco Griſoni Veronenſi die 30. Decembris 1631. recipienti nominibus ſuo, & religionis ſuæ, vt conſtat ex rogitu Antonij Lacioli q. Ioſephi Notarij. Quod actum fuit de conſenſu R. D. Lelij Salis Canonici Catedralis Veronæ dictæ Eccleſiæ Rectoris, vt in actis Cancellariæ Abbatię ſub die 30. Iulij eiuſdem anni 1632. Abbas autem in ea conceſſione reſeruauit ſibi & ſuo Capitulo, atque ſucceſſoribus ſuis titulum ipſius Eccleſiæ cum iuribus, & iuriſdictionibus omnibus, cum facultate illum conferendi vni ex ſuis monachis, ſiue alij idoneo ſacerdoti, vt

latius

latius patet ex dicto inſtrumento; & cum ea conditione, quod in huiuſmodi collatione D. Abbas non intendit in aliquo præiudicare confratribus Societatis laicalis Mortis, & Orationis in eadem Eccleſia inſtitutæ in omnibus iuxta conceſſionem illis factam, vt ex Actis in Camera Abbatiali factis ſub die 30. Julij 1632. Quam conceſſionem, & collationem dictæ Eccleſiæ cum domibus adhærentibus pro habitatione Fratrum confirmauit Vrbanus Octauus die 16. Februarij 1633. extenſa Bulla CCLXXXIV.

BVRNI.

9 EXtabat locus ſub titulo Sanctæ Mariæ Annuntiatæ in valle Lamonica diœceſis Brixienſis donatus à quodam laico Fratribus Ioanni Bernardo, & Petro Orlandi, ſuper quo dictam Eccleſiam, & conuentum conſtruxerunt, ex licentia Pauli Secundi eis data anno 1464. ex lib. 3. de Regul. anno eius primo fol. 70. vt notat Vadingus ibidem num. 58. incip. *Pia Deo* 9. Calendas Septembris apud Aluam ad dictum annum num. 9. quem locum fabricatum poſtea illi duo Fratres Tertiarij ceſſerunt in manibus Paganini Dulcineenſis Epiſcopi in fauorem Fratris Amadei Cuſtodis Domus Sanctæ Mariæ de Brixiano e extra muros Caſtilionis Cremonenſis, ex Bulla CLVII. eiuſdem Pontificis. Ita Vadingus ad annum 1469. numero 20. corrigens per hanc Bullam errorem Gonzagæ conu. 15. Prouinciæ Brixienſis circa originem huius loci, non enim fuit primo conſtructus ab Amadeo Hiſpano, & poſt ipſius mortem conceſſus dictis duobus Tertiarijs, ſed reuera ab his illius conſtructoribus tranſiuit ad Amadeum.

21 Conuentus S. Rochi extabat prope Tridentum, qui fuit relictus à quodam F. Manſueto Brixienſi temporibus de Sillis, vt ipſe refert ad hanc Prouinciam.

DE

DE GENERALIBVS HVIVS PROVINCIÆ.

11 TOt ſunt Generales ex hac Prouincia aſſumpti, quot enumerauimus ex Prouincia Mediolanenſi, nimirum tredecim. Ioannes Camoletius Veronenſis 7. Ioannes de Crema 8. Ioannes Paulus de Verona 9. Bernardus de ſeptem agnarum Cremenſis 15. Antonius de Paſſarijs Cremen. 20. Leonardus de Lanezarijs Cremenſis 21. Franciſcus de Crema 23. Remigius de Salodio 29. Petrus de Calderinis Bergomenſis 33. Laurus de Salodio 36. Bartolomæus de Moretis Cremenſis 42. Ioannes Franciſcus item de Moretis 43. & Hieronimus Marchetus de Crema, vti filius, vti vero Pater potius Prouinciæ Vmbriæ 48.

12 Ioannes Franciſcus Valdemagnus (de hoc ſolum agam ex cauſa, quia fuit mihi Magiſter in Theologia Cremenſis, operam dedit Philoſophię apud Siculos, & reliquum Thologię hic Parmæ, vbi inſignia Thologię recepit anno 1617. & primo docuit me, & alios ſacram Theologiam, deinde Mediolani, demum in conuentu S. Marię Magdalenę, vbi deceſſit paulo ante annum Iubilei 1650. diuerſis functus officijs cum Prouincialatu in ſua patria.

C A-

CAPVT XVII.

De Prouincia Veneta.

1 *Vicentiæ conuentus S. Mariæ de Iſola, ſeu de Angelis.*
2 *Paduæ conuentus S. Mariæ Angelorum in contrata Cruciferorum.*
3 *Nouentæ S. Mariæ Annuntiatę diœceſis Paduæ.*
4 *Montis Galdę conuentus S. Marci diœceſis Padu ę.*
5 *Torcelli S. Petri de Caſa Calba.*
6 *Collis Alti S. Luciæ.*
7 *Schij S. Georgij diœceſis Vicentinę.*
8 *Campi S. Petri diœceſis Paduę S. Annę.*
9 *Duos tantum Generales habuit Peregrinum, & Bonauenturam.*

Hæc Prouincia Veneta nuncupata alias appellabatur Prouincia Marchiæ Taruiſinæ, ſeu Prouincia S. Antonij de Padua, vt conſtat ex ſigillis magno, & paruo, quibus vtuntur Prouinciales huius Prouinciæ, quæ olim reſultabat ex octo conuentibus, nunc tantum quatuor extant, qui ſunt infraſcripti.

VICENTIÆ.

1 Conuentus S. Mariæ Angelorum, ſeu dell'Iſola ad radices fluminis Bathionis, ponti eiuſdem cohærens arctus quidem in tranſuerſum, via publica, & amne conſtrictus, ſed valde oblongus, & habitatione non incommodus. Fertur conceſſum fuiſſe à Leonello de familia Chieregatorum nobili Vicentina Epiſcopo Concordienſi, anno 1402. Peperit multos Patres virtute præditos, adhuc viuit Magiſter celeberimus concionator Petrus Pendinus, quem honoris cauſa nomino.

PADVÆ.

2 Conuentus S. Mariæ Angelorum in contrata Ageris Cruciferorum fabricatus cum eccleſia ſuper ſolo domus ibidem poſitæ

poſitæ donatæ à Ioanne Calapha q. Matthæi de Venetijs F. Leontio Vicentino Fratrum Miniſtro, ſub annuo cenſu, & certis conditionibus, de quibus in inſtrumento; quæ donatio poſtmodum confirmata fuit à D.Hieronimo de Sanctis Epiſcopo Argolicenſi, & Vicario Generali D. Franciſci Cardinalis Piſani tituli S. Marci Eccleſiæ Paduanæ perpetui adminiſtratoris die ſexto Iunij 1532. ex rogitu Iacobi Rotæ Veneti I. V. D. Cancellarij Curiæ Epiſcopalis Paduæ, cum facultate fabricandi conuentum, & Eccleſiam, in qua poſſint ſepelire cadauera defunctorum abſq; præiudicio aliorum, prout mandauit Clemens VII. in ſua Bulla CCXVI. die 28. Ianuarij 1530. Execucta ergo fuit Bulla poſt biennium, F. autem Paulus Nouàlis iecit prima fundamenta fabricæ, cuius effigies adhuc in conuentu eodem extat.

NOVENTÆ.

3 Conuentus S. Mariæ Annunciatæ in villa prædicta ſitus diæceſis Paduanæ, à qua diſtat per bis mille paſſus, prope flumen Brentam fabricatus fuit cum Eccleſia in domo, & fundo donato per Petrum Veturi Venetum Fratribus, vt apparet in eius vltimo teſtamento per eum condito die nona Nouembris 1503, rogata per Iſidorum Bagnolam Notarium Venetum, cum onere fabricandi eccleſiam, & conuentum, prout conſtat fabricatum fuiſſe, cum obligatione celebrandi miſſas, & diuina officia pro animabus eius, vxoris, & parentum, pro cuius executione Iulius Papa II. Fratribus conceſſit licentiam fabricandi Eccleſiam, & Conuentum, communicando eis priuilegia alijs Domibus eiuſdem Ordinis conceſſa, vt conſtat ex eius Bulla CXCIII. die 26. Februarij 1509. Executionem autem facta fuit per Hieronymum Reginum Brixienſem Præpoſitum Eccleſiæ SS. Simonis, & Iudæ Ordinis Humiliatorum, recipientibus Fratribus Leonardo de Lauezarijs Vicentino Generali, & Sebaſtiano Priori conuentus Sanctæ Mariæ de Iſola, ſeu de Angelis circa, & prope menia ciuitatis Vicentiæ, ex rogitu Franciſci Calderij Notarij, & Curiæ Epiſcopalis Paduæ Cancellarius, die quarta Iulij eodem anno 1509.

MON-

MONTIS GALDÆ.

4 Conuentus S. Marci Euangeliſtæ cum Eccleſia,& habitatione fabricatus fuit pro Fratribus Minorum Congregatione de Clareno, per nobiles de Chieregatis Vicentinos, ab illis Fratribus de Clareno relictus conceſſus fuit Fratribus Tertij Ordinis per eorum heredes, & ſucceſſores Franciſcum Epiſcopum Aprutinum, Ludouicum Archiepiſcopum Antibanenſem, & Vincentium de eadem familia, confirmante Paulo III. Pontifice Romano die decima Decembris 1534. in eius Bulla CCXVIII. conſecrata fuit die 22. Septembris 1632. per dictum Archiepiſcopum, ex M S. Indulgentiæ, quod reperi Romæ in Conuentu S.S. Coſmæ, & Damiani.

5 Torcellum extra ciuitatem extabat olim conuentus S. Petri de Caſa Calba, vt conſtat ex Inſtrum. 37. Prioratus datus à Camillo Treuiſano eius perpetuo Commendatore die 9. Decēbris 1586. F. Bartolomeo Limontio Vicentino de licentia F. Georgij Caſtellani Prouincialis, literis expeditis 1. Ianuarij 1586. ex rogitu Victoris de Matteis ad Plateam S. Marci.

6 Collis Alti extra locum S. Saluatoris Conuentus extabat S. Luciæ. 1430.

7 Schij diœceſis Vicentinæ S. Georgij. 1470.

8 Campi S. Petri diœceſis Paduæ Conuentus S. Annæ. 1503.

9 Duos tantum habuit Generales die aſſumptos ambos Vicentinos Peregrinum 18. & 30. atq; Bonauenturam 34. & 39. in Catalogo.

CAPVT XVIII.

De Prouincia Bononienſi.

1 *Mutinæ conuentus S. Mariæ Gratiarum.*
2 *Forolinij conuentus S. Mariæ Vallis viridis.*
3 *Bononiæ conuentus Caritatis.*
4 *Imolenſis conuentus S. Mariæ Piratelli.*
5 *Regij conuentus SS. Coſmæ, & Damiani.*
6 *Curla S. Mariæ Aſſumptæ diœceſis Bononiæ.*
7 *Fauentinus S. Mariæ Paradiſi.*
8 *Foripompilij extra S. Maria de Populo.*
9 *Caſenę conuentus S. Rochi.*
10 *Parmę S. Marię Blanchę burgi Taſcherij, & Quarterij.*
11 *Ferrariæ conuentus S. Apolloniæ.*
12 *Montefiorum S. Marię Cellę Bonborę.*
13 *Bononiam extra conuentus S. Mariæ Magdalenę.*
14 *Bononienſi in diœceſi S. Gregorij Duliolo.*
15 *Fignæ S. Mariæ diœceſis Imolenſis.*
16 *Buxeti S. Agathæ diœceſis Burgi S. Domnini.*
17 *Burgi S. Domnini S. Antonij Abbatis.*
18 *Villafranchæ S. Franchæ diœceſis Cremonæ.*
19 *Suneri S. Mariæ Parochialis.*
20 *Ferrariam extra Hoſpitale S. Annæ.*
21 *Subijciuntur Obſeruantibus.*
22 *Mutinæ alter conuentus S. Brigidæ.*
23 *Generales huius Prouinciæ ſunt ſeptem.*
24 *Thomas Gallonius Parmenſis eximius Concionator.*
25 *Angelus de Parma vir doctus.*
26 *Antonius Maria Imolenſis Concionator.*
27 *Franciſcus Guidus à Monteflorum celebris Concionator.*
28 *Ambroſius Corlius Mutinenſis egregius Concionator.*
29 *Antonius Ronchonus in Matematicis doctus.*

Prouincia hæc nuncupatur Bononienſis à Metropoli Bononiæ, quæ eſt principalior, & nobilior ciuitas inter alias, in quibus Religio conuentus habet, vnde iure hoc titulo appellationis vocatur. Modo conſtat ſolum vndecim conuentibus extantibus, alij nouem, quibus caret, recenſentur infra in fine.

MVTINÆ.

6 CONuentus S. Mariæ Gratiarum fabricatus fuit à quodam F. Theobaldo cum ſuis ſocijs, concedente Nicolao V. die 10. Iunij 1451. per ſuam Bullam CXLIII. aderat Oratorium poſtmodum conuerſum in Eccleſiam paruam, ſed aptam, deuotam, venuſte ornatam tribus Altaribus cum ſuis Iconibus egregie depictis. Quidam de Guidonis donauit petiam terræ, ſuper qua fundarunt & erexerunt conuentum exiguum, ſed commodum pro eorum vſu, & habitatione.

FOROLIVII.

8 CONuentus S. Mariæ Vallis Viridis alias Hoſpitale obtentus fuit die 12. Octobris 1454. per F. Petrum q. Pauli à D. Hieronimo de Taliacoccio Abbate Monaſterij S. Mercurialis Foroliu. Ordinis Vallis Vmbroſæ per annos ſexaginta ab illo die, cum pacto poſt illud tempus recipiendi nouam inueſtituram; mortuo autem dicto F. Petro inueſtitutus fuit F. Ambroſius de Mediolano, durante ſolum eius vita anno 1471. die 13. Nouembris, inueſtitus à D. Baptiſta de Ponte Abbate dicti Monaſterij de eodem loco de Taliacoccio. Anno demum 1478. die 25. Martij dictus conuentus cum Eccleſia libere, & abſolute conceſſus fuit Religioni agente F. Ioanne de Verona tunc Generali, adiectis nonnullis pactis recognitionis. Anno 1491. die 21. Auguſti Epiſcopus cum Capitulo Catedralis Foroliuij Eccleſiolam SS. Iacobi, & Philippi ruinam minantem donauit Religioni cum cenſu annuo mediæ libræ ceræ albæ Epiſcopi pro tempore, & alterius Capitulo in die S. Crucis, cuius donationem confirmauit Alexander VI. die 5. Octobris 1492. quæ conuerſa fuit in partem monaſterij. Bulla habetur ſub n. CLXXXII.

Cætera vero probantur per inſtrumenta extenſa in Collect. 3. ſub n. 7. ad 12.

In eadem autem Eccleſia aſſeruatur integrum corpus B. Ieremiæ ſacerdotis profeſſi eiuſdem Ordinis, de nobili familia Lambertẽgorum. Comenſium, ſuper altari Annuntiationis B.M.V. vbi eodem die præſertim in magna habetur veneratione. Clauem vnã pro cuſtodia eius reliquiar. & corporis tenet apud ſe Publicum eiuſdem ciuitatis ab anno 1640. Alterã habent Fratres apud ſe.

Inſeruiebant Fratres, & Sorores in Hoſpitali huius ciuit. & à nullo poterant prohiberi ſeruire in eo infirmis ex Bulla LXXXIII. Eugenij IV. an. 1438.

BONONIÆ.

3 CONuentus S. Mariæ Caritatis ad Renum Parochialis conceſſa fuit à D. Zenobio q. Matthæi de Florentia vltimo Rectore, & Parocho, approbante Filippo Cardinali Calandrino tit. S. Laurentij in Lucina Epiſcopo Bononienſi, fratre vterino Nicolai V. ex Inſtrum. 17. extante die 18. Iunij 1464. Bullam vero, quæ eſt CLVII. confirmationis dedit Paulus II. anno 1467. die 18. Maij. Agente F. Ioanne de Verona Generali cum F. Franciſco de Monte F. Iuliano de Lauello, & F. Gulielmo de Vianino. Erat autem illi annexum Hoſpitale de anno 1236. referente Aloyſio de Sartis in libello: *Origine, & fondatione di tutte le Chieſe di Bologna,* typis Bonon. 1633. vbi dicitur, quod Fratres eum locum ingreſſi fuerant anno 1456. conceſſa Parochia dicto F. Ioanni de Verona prædicto anno 1464. Eccleſia autem conſecrata fuit die prima Maij, in feſto SS. Iacobi, & Philippi, quo etiam nomine fuit nuncupata.

Toſſignanus lib. 2. Hiſtor. Relig. Franciſ. fol. 152. præfatum Philippum Cardinalem cognominat de Calandrinis vterinum fratrem Nicolai V. Vading. ad annum 1471. n. 42. refert ad ſupplicationem F. Ioannis Pauli Veronenſis tunc Prouincialis Sixtum II. tertio Calend. Decembris huic Eccleſiæ Caritatis alteram Parochialem S. Chriſtinæ, ex Bulla in Vatic. lib. 20. fol. 165. anno 1472. n. 106. Alua fundationem huius conuentus deſumit ex Bulla altera Nicolai V. incip. Inter vniuerſa 13. Calend. Auguſti, ad annum 1454. n. 45.

Bernardinus Bernonus Placentinus de Valle Nuriæ, qui fuit ter Prouincialis Prouinciæ Venetæ iecit fundamenta nouæ Eccleſiæ S. Mariæ Caritatis ad dexteram antiquę ex parte veteris, & noui conuentus, iſte religioſus centum quatuor annorum ſenio confectus appoſitus eſt partibus ſuis in Eccleſia Betulæ anno 1616. eandem fabricam proſecutus fuit F. Bonifacius de Sillis Bergomenſis, Doctor Collegiatus Bononienſis, & ad perfectionem reduxit cum multis laboribus, & immenſis ex pijs fidelium eleemoſinis; huius conuentus vere pater, cui per multos annos adminiſtratione prefuit, diuerſis officijs honoratus, Regulæ obſeruantiſſimus, paruus in victu, humilis in veſtitu, plenus dierum deceſſit ex hac vita die 21. Septembris 1626. in cuius honorem, & æternę memorię monumentum ſequens Reuerendi Patres Bononienſes affixerunt cum ſua effigie parieti chorali ad partē Euangelij, ſupra portam, per quam à Choro aditus patet ad Organum.

Admodum R. P. Fratri Bonifacio de Sillis Bergomenſi, Bononiæ ciui, Theologo Doctori Collegiato, viro pietate eximio, & rerum abditarum cognitione peraro, qui quamplura in ſacro hoc Tertij Ordinis conuentu publica munia paterno affectu obiuit hanc Eccleſiam aureis, argenteiſq; pateris, ſacris veſtibus, ac alijs ornamentis æra laboribus ſuis parto ditauit. PP. grati animi cauſa mærentes H.M.P.C. anno Domini MDCXXVI.

Vadingus ad annum 1454. num. 91. dicit Fratres huius Ordinis adminiſtrationem habuiſſe, & poſſediſſe Hoſpitale prope portam S. Michaelis, eiſq; legaſſe pinguia bona immobilia Thadęum Adeiati Doctorem Florentinum.

IMOLAM EXTRA.

4 Extat per bis mille paſſus conuentus S. Marię Piratelli cognominatus ex eius Imagine miraculoſa tunc appenſa columnę piro proximę. Patres noſtri agente Fratre Bernardo de Crema Generali eam Sacram Imaginem obtinuerunt à ciuibus Imolenſibus cum auctoritate ab Innocentio VIII. per ſuā Bullam CLXXV. die 8. Februarij 1489. fabricandi Eccleſiam, & cōuētū. Cuius Imaginis, Columnę, & Piri poſſeſsū, & tenutā dicto

F.

F. Bernardo dedit Iacobus Mazarnici Vicarius Generalis D. Simonis Bonadies Romani Epiſcopi Imolenſis, eodem anno die octaua Maii. In dicta Bulla exprimitur, quod Catarina Sforza relicta Hieronimi de Riario olim Domini Imolæ mater, & tutrix nobilis viri Octauiani Domini eiuſdem ciuitatis, Antiani, & Communitas pro F. Bernardo Generali ſupplicarunt Papæ, vt dignaretur concedere eiſdem, quod dictus F. Bernardus, & eius Fratres dicti Ordinis S. Franciſci poſſent fabricare Eccleſiam, cum cæmeterio, campanili, & conuentum pro eorum habitatione prope columnam lapideam diſtantem ab Imola per duos mille paſſus, in qua eſt depicta dicta Imago, prout conceſſit, cum communicatione priuilegiorum aliis Docibus, & Fratribus eiuſdem Ordinis conceſſorum.

Conuentus iſte diues magis in ædificiis, quam in bonis fortunæ eſt ad viam communem, & Magiſtram, per quam tenditur Romam, vnde vocatur via Romea. Locus vulgariter dicitur Pradello, latine Piratellum à piro, quæ coherebat dictæ columnæ, quæ ambo ſita erant, vbi nunc eſt feneſtra ad partem anteriorem Eccleſiæ verſus viam communem, per quam fideles, quando Eccleſia eſt clauſa, preces effundere poſſunt extra verſus altare maius, vbi Imago conſeruatur, & colitur, reſpicientem, vbi adhuc apparet Cippus elemoſinarum conſeruatiuus factus ex trunco piri. Placet hic breuiter referre hyſtoriam huius Sacræ Imaginis cum nonnullis miraculis.

Sacra hæc Imago cæpit in publicum honorem haberi à fidelibus præcedenti anno 1488. nam die 27. Martii quidam peregrinus Cremonenſis Romam deuotionis gratia petens, ad ſingulas imagines Virginis glorioſæ, quas per viam inueniebat, candelam accenſam appendebat, vt fecit ante hanc, accidit autem, quod candela ab eo affixa columnæ cecidit in terram, & ſtatim illa accenſa ſeipſam miraculoſe attollens refixit eidem columnę, peregrino vidente, & ſtupentè, qui tunc audiuit vocem ſibi dicentem: Vade Imolam, & dices ciuibus, vt accedant huc ad me honorandum, & colendum in hac Imagine, & in ſignum huius veritatis, quod ego te miſerim, cum ingreſſus fueris ciuitatem, ante illius ciues pone manum in ſinu tuo, ex quo roſas recentes, & pulcherimas extrahes. Fecit ita, & omnis populus è ciuitate

feſtinanter exiuit ad locum columnæ, in qua venerati ſunt Beatam Virginem Mariam in dicta Imagine, quæ cæpit multis, & crebris coruſcare miraculis, & gratijs. Paruam ſacram ædiculam à ciuibus conſtructam Fratres ſequenti anno ex pijs fidelium ex omnibus partibus confluentium largitionibus, in prægrandem Eccleſiam cæperunt ampliare, & conuentum cum clauſtris, campanili, ſacriſtia, & cæteris officinis creſcente paulatim Chriſtifidelium deuotione, & caritate erexerunt.

Feſtum quod eo die 27. Martij in memoriam primi miraculi quot annis agebatur ſub nomine Apparitionis in ciuitate, & diæceſi, ad diem 25. eiuſdem menſis Annuntiationis Mariæ Virginis, qui eſt eiuſdem Eccleſiæ titulus, retroduxerunt, vt ſolemnitas eſſe celebrior, & maior populi fieret concurſus, & deuotio erga Mariam Virginem, quæ omni laude digniſſima eſt, magis augeretur, quæ hac etiam tempeſtate adhuc viget.

Quidam F. Bartolomæus de Como ex obedientia dimiſſus à Conuentu Montisbelli verſus Romandiolam ab aſſaſſinis tribus, qui credebant eum habere peculium, aggreſſus fuit armis, & ad terram proſtratus in gutture grauiter vulneratus fuit, adeo quod apud ipſum pecunia non inuenta, & pro mortuo relictum illi proiecerunt in flumen Abduæ prope dictum conuentum Montisbelli, in aqua animam miſere agens, ex corde ſe commendauit Glorioſæ Virgini Mariæ in ea Imagine miraculoſæ, & exauditus eſt, quia deuotus ſeruus erat Virginis, quæ apparens viſibiliter in forma venerandæ matronæ F. Bartolomæum proprijs manibus eleuauit, & extraxit ab aquis, & paulo poſt viſus fuit à Fratribus comparere ad Eccleſiam hanc ad agendum gratias Beatæ Virgini, qui illum à morte eripuerat; & vt hoc miraculum magis conſtaret in conſpectu omnium receptus fuit in conuentu adhuc cum illo vulnere in gutture, illum curauerunt, eſcã, & cibum contritum, & liquidum intromittentes inſtrumento vtili non per os, ſed per illud vulnus illi illatum à dictis aſſaſſinis, paucis autem diebus ſanitatem recuperauit, ita quod nihil cicatricis in eo manſit, & ibidem deuote ſeruiuit Beatæ Mariæ. Adhuc extat memoria eius in ſtatua induta habitu religionis.

Quæ Iam mulier coloni poſſeſſionis nuncupatæ la Merleta cultoris iuris illorum de Ferris, ſeu de Carotis ciuium Imolenſium è do-

mo exiens peruenit ad viam communem Romanam, vbi nux antiqua, & magnæ molis erigebatur, ex cuius cauerna in fundo grandis ſerpens egreſſus eam in via publica momordit, cuius peſtifero morſu mulier ita intumuit, vt videretur magnum dolium, commendando ſe miraculoſæ Imagini euaſit libera ab illo tumore, & veneno, atq; pro gratiarum actione procurauit, vt ſtatua erigeretur in memoriam huius miraculi, & beneficij accepti, manens adhuc in eadem Eccleſia ex aduerſo alterius ſimulacri F. Bartolomæi.

Innumerabiles energumeni liberati fuerunt à Beatiſſima Virgine in hac Sacra Imagine, qui accingebant ſe itineri antequam peruueniſſent ad Eccleſiam à vexatione dæmonis eximebantur, tantus erat diaboli terror, quo perterrebatur videndo Sanctam Imaginem, quantus erat pius affectus & credulitas, quam oppreſſus habebat in obtinendo liberationem, nullus accedebat, qui non domum ſanus rediret.

Cæſar Borgia depoſito galero Cardinalitio Dux Valentinus vocatus à Rege Franciæ illi aquiſiuit Ducatum Mediolani, inde cum exercitu diſcedens verſus Romandiolam ad expugnandos Vicarios Riarios Imolæ, & Foroliuij, Bentiuolos Bononiæ, Manfredos Fauentię, Malateſtas Cæſenæ, & Arimini, Sfortias Piſauri, Baliones Peruſiæ, &c. cum primum peruenit ad hanc Eccleſiam votum vouit huic Sacratiſſimę Imagini; vt ſi victor eſſet, & Imolam à ſubiectione Riariorum, qui illius dominium ſe vſurpauerant, nolentes recognoſcere Pontificem Romanum, ad quem dictarum ciuitatum dominium directum etiam temporale ſpectabat, ſine ſanguinis effuſione liberaret, quod gratus eſſet Eccleſiæ, & conuentus benefactor, vnde quia gratiam obtinuit nullius effundendo ſanguinem, ſed ſubiugando abſolute eam ciuitatem, & alias Romanæ Eccleſię, pulſis affatim Vicarijs rebellibus, procurauit à Summo Pontifice tunc Alexandro VI. cui ſanguine coniunctus, vt Fratribus donaretur quędam poſſeſſio exiſtens in villa Trentulę tornat. 146. deuoluta ad Cameram Apoſtolicam propter nonnulla delicta perpetrata à Ioanne, & Baptiſta de Bombolognis ciuibus Imolenſibus, quam obtinuerunt, vt conſtat ex Bulla ab eo expedita die 30. Decembr. 1500. cum onere ędificandi Altare dicatum Immaculatę Conceptio-

ni Virginis glorioſæ, ad quod celebrarentur duæ miſſæ quotidianę, & Eccleſiam ex ea parte vbi nunc eſt Altare verſus orientem ampliauit dictus Dux ob maximam deuotionem, quam ſemper ad eam Sacram Imaginem habuit; eandem donationem confirmauit Iulius II. & Alexander VI. conceſsit eidem Altari Indulgentiam Plenariam, vt apparet in eius Bulla CLXXXVI. Adeſt autem pęna caducitatis ad heredes eiuſdem Ducis, ſi contingat à Fratribus alienari.

Sacra hęc Imago cępit proceſsionaliter deferri in triduanis Rogationum anno 1617. inſtrumento confecto inter Marcellum Paduanum Vicarium Generalem Rodulphi Palleot. Bononienſis, Epiſcopi Imolenſis, & Fratres Franciſcum Guaſtamilium Prouincialem, Magiſtrum Franciſcum de Guidis à Monteflorum, & Alexandrum Ferrum Imolenſem Priorem, cum pacto, quod ſingulis annis deportetur in Eccleſiam S. Marię Nouę de Imola per Confratres S. Sacramenti eiuſdem Eccleſię, & per illos tres dies cum magna deuotione, & ſpirituali obſequio proceſsionaliter defertur per ciuitatem, & in die Aſcenſionis Domini ſummo mane refertur ad propriam Eccleſiam Piratelli. Hanc Hiſtoriam accepi ex M.S. dicti M. Franciſci, quæ apud me conſeruantur. De hac Eccleſia mentionem facit Vadingus ad annum 1490. num. 44.

Matthęus Vecchiazanus in Hiſtoria vulgari ſuæ ciuitatis Foripompilij ad hunc annum 1489. refert, ſupradictum peregrinum Cremonenſem, vocari Stephanum Mangellum, cui miraculum accidit die 17. Aprilis, quo tempore erat Imolę Gubernator Gulielmus Tudeſcus Foroliuienſis.

REGII.

5 Conuentus Sanctorum Coſmę, & Damiani alias habitatus à Sororibus S. Dominici tranſlatis ad alium locum monaſterij Corporis Chriſti nuncupati die quinta Ianuarij 1475. à Philippo de Zobolis nobili Regienſi, Epiſcopo Comaclenſi, Patrono conceſſus fuit anno 1489. die 21. Martij Fratribus Bernardo de Crema Generali, Laurentio, & Vincentio Bononienſibus, & Sebaſtiano de Vicentia, ex rogitu Georgij Anguiſſolę extante inſtrum. 23.

Eccle-

Eccleſiam extantem vetuſtate collubentem F. Darius Canoua Regienſis tranſtulit in alium locum commodiorem, vbi nunc cernitur, fundatam die 19. Aprilis 1619. Claudio Rangono Mutinenſi, Epiſcopo Regij primum ponente lapidem.

CVRLÆ.

6 CONuentus S. Mariç Aſſumptionis diœceſis Bononię, à qua diſtat per decemocto milliaria in Parochia S. Martini, ad quem locum noſtri peruenerunt relicto alio conuentu non multum inde diſtante ſub inuocatione S. Gregorij poſt annum 1498.

FAVENTIÆ.

7 COnuentus S. Mariç de Paradiſo extra eam vrbem per quartum miliarij, alias *Hoſpitalitatum* nuncupatum donatum fuit cum parua domo, & duabus tornaturis terrç F. Alexandro de Sala anno 1499. die 4. Maij à Confratribus Hoſpitalis S. Mariæ Miſericordiæ dictæ de Confratribus S. Neuoloni in Parochia S. Sauini extra portam Imolenſem, ad ædificandum, & conſtruendum Eccleſiam ſub titulo S. Mariæ del Paradiſo, cum ſuo conuentu, vt colligitur ex ſcripturis dicti Hoſpitalis. Quam conceſſionem confirmauit die 13. Iunij Cæſar Nuccius Epiſcopus Amerinus Vicelegatus, & locum tenens Generalis Cardinalis Viſini Legati Bononiæ, & Exarcati Rauenæ, cum onere recognoſcendi Hoſpitale S. Neuolonis cenſu annuo ſemilibræ ceræ, ex ordine Alexandri VI.

Sed quia tunc magnus tumultus bellorum vigebat in Romandiola propter expulſionem Vicariorum, iuxta dicta de conuentu Piratelli, & dubitabatur, ne cæpta fabrica prope mænia ciuitatis eſſet præiudicialis futura, Veneti tunc, qui erant in ditione ciuitatis, alium locum ſub nomine S. Mariæ de Cruce conceſſerunt F. Angelo de Como tunc Priore nuncupatum *Ronçadoſo* per eam viam communem diſtantem vltra milliare verſus Imolam, & hoc fuit anno 1504. die 26. Iunij, cuius conceſſionis confirmationem à Iulio Secundo procurarunt Prior, & Antiani Fauentiæ, inſtante Chriſtophoro Moro Veneto Prouiditore, &

obtin-

obtinuerunt die 19. Octobris, eodem anno 1504. ſed ibi nihil profecerunt, quia nimis ab hominum conſortio aberant, ideo rebus in pace compoſitis poſtmodum redierunt ad priorem locum Paradiſi, vbi nunc manent.

Vadingus ad annum 1441. num. 72. ait prope Fauentiam S. Mariæ Paradiſi Lipum de Capitonibus poſſeſſiones legaſſe. Sed eo anno habuiſſe noſtros ibi eundem locum non potui inuenire, licet extabat Eccleſia S. Antonij de Padua Tertiariorum Secularium.

FORIPOMPILII.

8 Conuentus S. Mariæ de Populo per quartum milliarij diſtans ab eadem ciuitate in via publica Romana contra meridiem fabricatus fuit cum Eccleſia grandiore vt nunc apparet, quæ vocabatur *la Celeta della Madonna di S. Zam* conceſſa à Ioanne Baptiſta de Vlpe illius tunc Rectore, cuius conceſſionem confirmauit Iulius II. per ſuam Bullam CLXXXVII. Iulij 1506. exequente Ioanne Ruffis Vicario Generali Theoduli Epiſcopi Britinorenſis, recipiente F. Daniele Cremenſi nomine, & mandato Leonardi Cremenſi, tunc Generalis. Eccleſia autem perfecta fuit, & abſoluta anno 1537. quo etiam anno conſecrata fuit die octaua Aprilis. Aliam Bullam incip. *Paſtoralis officij*. 8. id. Martij, pro Fratribus eiuſdem conuentus, citat Alua ad annum 1514. Leonis X. num. 20.

Feſtum huius Eccleſiæ celebratur die 16. Aprilis ſub nomine Apparitionis B. M. V. quæ eodem die apparuit anno 1506. vt extat Tabella de hac re huius tenoris.

Io Pietro Marici hauendo vn figliolo per nome Giouan Antonio, che in letto ſtette morto più di vent'vn'hora, & non ſapendo io Pietro, che mi fare, ricorreſſimo à queſta madre di gratie del Popolo, & ſubito fu chiamato da vna voce, che diſſe: Stà sù, và à viſitare la ſua chieſa, & ſubito veneſſimo ſenz'alcun male, & queſto fù la Madre delle Gratie, la quale non abbandona mai li ſuoi diuoti 1506.

Habet campanile altum, & forte abſolutum anno 1614. initio Iunij, vt refert Matthæus Vecchiazanus part. 2. Hiſtor. Foripomp. lib. 12. fol. 316.

In hac Eccleſia iuxta Altare Societatis Cordigerorum ſepultus eſt, qui patet ex ſequenti epitafio.

Franciſcus Sabellus, Bernardini Ducis filius, Sciens Franciſcanam Religionem ab Honorio III. Sabella familia P. M. confirmatam, & D. Franciſcum eiuſdem familiæ eſſe Tutelarem, viuus tanta ipſum proſecutus eſt reuerentia, vt mortuus & Franciſcanæ huius Religionis habitu indutus hoc in templo ſepeliri voluit. Vixit annos XVIII. Obijt die VII. menſis Decembris anno MDIIC. Paulus Sabellus Albani Princeps, & Bononiæ, Ferrariæ, Romandiolæ Capitaneus Generalis F. P.

CÆSENÆ.

9 CONuentus S. Rochi prope mœnia huius ciuitatis, & ad latus fluminis extabat ante annum 1505. quo eidem donata fuit vna petia terræ hortiuæ 40. tabularum circa, prope quam erat iam ædificatus conuentus, & Eccleſia, cum onere vnius miſſæ ſingulis hebdomadis pro anima Equitis Vincentij q. Franciſci Caſini de Cæſena donatoris, & ſuorum. Nihil vltra habeo de hoc conuentu.

PARMÆ.

10 COnuentus nunc S. Mariæ Quarterij S. Baſilij ad Caſtellum Plombinum. Tres conuentus noſtri ſucceſſiue habuerunt in hac ciuitate, prout infra conſtat.

Primum ſub nomine S. Mariæ Blanchæ, quem nunc incolunt Carmelitæ Diſcalceati cum bono odore diſciplinæ regularis, recepit F. Aurelius Vimercatus nobilis Cremenſis anno 1575. die 10. Februarij, tunc Prouincialis Prouinciæ Bononiæ, à Scipione de Arzono, & Franciſco de Pellentijs ſolis Rectoribus, & patronis Confraternitatis eius Eccleſiæ ſitæ in capite Pontis prope Monaſterium Monialium S. Auguſtini, de licentia Ferdinandi Farneſij tunc Parmæ Epiſcopi, vt patet ex Inſtrum. 33. Et quia ſibi locus viſus non fuit commodus, & propter alias difficultates cum dictis Rectoribus, inde receſſerunt ad finem anni 1579. ad Eccleſiam S. Spiritus, vbi per modum prouiſionis habitarunt, interim ſibi quærentes aliam Eccleſiam, & ex duabus propoſitis

S. Ce-

S.Cecilia, & S.Maria Burgi Taſcherij ambabus parochialibus elegerunt poſteriorem.

Secundam igitur Eccleſiam ſub inuocatione S. Mariæ Parochialis Burgi Taſcherij die 29. Septembris 1582. conceſſit D. Chriſtophorus Corteſius Parochus, & ſenex F. Ioanni Ferrando Placentino Vallis Nuriæ Principali Commiſſario M. Peregrini Sauioli tunc Prouincialis, de licentia eiuſdem Epiſcopi, aſſumendo ſibi in Coadiutores Fratres pro ſpirituali ſeruitio curæ animarum, vt patet ex Inſtrum. 34. Fratres ibi permanſerunt vſq;ad annum contagionis 1630. à quo receſſerunt ad nouum conuentum, quem nunc incolunt, in ec enim ſecundo loco erant tantum coadiutores, vbi emerat domum ſatis aptam pro ſua habitatione à Bartolomæo Grandino prétio lib. 8400. eſt autem contigua Eccleſiæ prædictæ ex parte meridiei, vendita fuit à noſtris pro vtilitate tertii conuentus.

Tertius conuentus S. Mariæ Quarterii receptus fuit à Fratribus Bonauentura Muſa, & Laurentio Gloricrio Placentinis de Valle Nuriæ die tertia Aprilis 1610. à Papirio Picedio Epiſcopo Parmæ cum ſuis Canonicis, adiecto onere recognitionis ſoluendi ſingulis annis menſe epiſcopali ſemilibram ceræ laboratæ in vigilia Aſſumptionis B. M. V. cum obligatione vnius miſſæ quotidianæ in perpetuum; eodem quoque die, & anno receptum fuit poſſeſſum à dicto F. Bonauentura.

Imago gratioſiſſima Virginis Mariæ lactantis dilectum ſuum filium Dominum noſtrum, ad cuius ſiniſtram adeſt deuotus S. Franciſcus manibus iunctis, prognoſticum, quod Sanctiſſimæ Virginis obſequium ſpirituale Fratres Franciſcani de Tertio Ordine præſtituri erant, vt accidit, anno 1574. quo Fratres cæperunt procurare ingreſſum in hanc ciuitatem depicta fuit à Mercurio Baiardo pictore Parmenſi, in muro Iacobi Bathioni. Murus autem iſte adhuc exiſtens confinem habet aream ante preſentem Eccleſiam quinq; viaru reſpiciens verſus occidentem, & viam, quæ ducit ad murum ciuitatis. Eccleſiola ibi per modum prouiſionis conſtructa fuit coniuncta eidem muro, in qua Sacra Imago ab anno 1603. vſq;ad annum 1628. culta fuit, quo anno die 19. Maii eadem Imago cum parte muri capientis eam exciſa fuit ex pariete, & priuatis honoribus ſecreto ſummo mane in catedralem

aſpertata,

aſportata ſequenti die totius ciuitatis, diæceſis frequentisſimo concurſu, procedentibus clero, tum ſeculari, tum regulari, & omnibus confratriis ſolemnisſima translatione ab eadem Catedrali ad nouam Eccleſiam collocata fuit in medio pariete chorali. Tandem inde remota debitis honoribus, licet non publicis magnifico ornatu nouæ Iconis die 23. Martij 1640. ſuper altare maius loco honorificentiori in perpetuum remanſura ſtabilita fuit, & hoc anno 1657. inaurata fuit menſibus Martij, & Aprilis. Hęc eſt deſcriptio huius Sacrę Imaginis.

Miracula, & gratię, quibus coruſcauit, & replenduit Virgo Glorioſa in hac ſacra Imagine, quamplura ſunt, prę ſertim in profugatione dęmonum à vexatis ad hanc Imaginem concurrentibus, quę breuitatis ergo omittuntur.

Eccleſia magnifica ſexangularis, in qua Sacroſancta Virginis immaculatę ſemper Imago colitur, cępta fuit ędificari anno 1604. magnis ſumptibus, quę anno 1610. quo noſtri eam obtinuerunt, non excedebat baſes, quę nunc apparent in ſuffulcimentis ſex fabricę, perfecta fuit anno 1619. die 19. Octobris, maximis expenſis ad ſummam circa lib. 82000. Fornix totius Eccleſię, cum parte conuexa capellarum, prout nunc apparet, depicta fuit à Petro Antonio della Caſa Parmenſi, cuius excellentię in hac arte fuerit vir iſte, eius opera in hac ciuitate prę ſertim in noſtra Eccleſia hac demonſtrant, perfecta ante annum contagionis 1630. pretium inter partes condictum fuit quincentorum ſcutorum lib. ſeptem, ſolidorum ſex pro quolibet ſcuto.

Fornicem vero chori pictura ornauit Iulius Orlandinus Parmenſis dictus del Purgo pretio centum quinquaginta librarum.

FERRARIÆ.

11 CONuentus S. Apollonię conceſſus fuit die decima Iulij 1624. à Dominico Campio Vicario Generali Ioannis Cardinalis Lenij, tituli S. Cecilij, tunc Epiſcopi eiuſdem ciuitatis F. Angelo Vantio de Curla ex commisſione F. Franciſci Guaſtamilij pariter de Curla tunc Generalis, vt conſtat ex rogitu Petri Pauli Bruneti.

De Conuentibus alias extantibus ſub hac Prouincia.

12 MOnteflorum conuentus S. Mariæ Cellæ Bonhoræ in diœceſi Ariminenſi, à quo diſtat per decem octo milliaria, receptus fuit à Fratre Petro de Saracenis de Lucera q. Antonii tunc Prouinciali Prouinciæ Montis Feltri, anno 1409. donante Bonoro filio q. Hondedei de Bonhora de villa Leura territorij Caſtri Monteflorum, extra quod eſt circa milliare, ex Inſtrum. 6. extante ſub Collect. 3. Computatur inter ſuppreſſos ex literis S. Congregat. Collect. 4. Decr. 20. ſtatim relictus, qui nonquam creuit.

13 Bononiæ extra portam S. Mamæ vulgariter nuncupatam S. Mamoli noſtri habebant conuentum S. Mariæ Magdalenæ aſſignatum anté annum 1498. per Ioannem de Bologninis nobilem Bononienſem, & alios conſortes de Bologninis, vt apparet inſtrum. 25. ſub Collect. 2. poſtmodum relictum, vt magis proficerent in conuentu Caritatis Petrus de Alua ad annum 1454. num. 4. dat fundationem conuentus 14. Bononienſis ex Bulla incip. *Inter vniuerſa*, 13. cal. Auguſti ex Nicolao V. in Vaticano.

14 Bononienſi in diæceſi non longe à conuentu Curlæ, de quo ſupra habebant noſtri conuentum ſub nomine Sancti Gregorij in villa Dulioli, ſeu S. Martini Souerzano comitatus Bononiæ donatum à Ludouico Bolognino Doctore, & Equite, atq; Ioanna de Ludouiſijs nobilibus Bononienſibus iugalibus F. Bernardo q. Chriſtophori de Crema tunc Generali, quam donationem fecit anno 1498. nono Iulij ex eodem Inſtrum. 25. vbi expreſſe dicitur, quod ob ſingularem dilectionem, amorem, & deuotionem quam, & quem continue geſſerunt, & gerunt inter omnes alios religioſos de obſeruantia erga religioſos viros Fratres Tertij Ordinis, &c.

15 F. guæ diæceſis Imolæ, à qua diſtat per octo milliaria habebatur conuentus S. Mariæ donatus à Communitate Coruaræ, recipiente F. Columbano de S. Columbano Priore Piratelli, de licentia Epiſcopi Imolæ, vt patet ex rogitu Ioannis Baptiſtæ Sellæ Notarij Curiæ Epiſcopalis Imolæ, ſub anno 1528. die 21. Iulij, cuius donatio confirmata fuit à Clemente VII. eius Bull. CCXV. extante, anno 1529. die 20. Maij. Connumeratur inter ſuppreſſos relictus ex Decr. 20.

16 Buxetum extra per milliare verſus Padum ante annum 1457. tunc diœceſis Cremonenſis, nunc Burgi S. Domnini extabat conuentus ſub nomine S. Agathæ, à qua villa denominatur *Santaga* vt conſtat ex carta procuræ, per quam fecerunt Fratres illius conuentus ſuos Procuratores F. Petrum de Mediolano, & F. Hieronimum de Salis præſentes, & F. Iacobum de Crema abſentem, quoslibet in ſolidum, ad impetrandum à Caliſto Papa Tertio vt vnus religioſus eligatur in Prouincialem Prouinciæ Lombardiæ, qui omnium habeat curam, & exceſſus eorum puniat, & alia ibidem petuntur, &c. vt de his omnibus conſtat Inſtrum. 15. ſub Collect. 3. Archiuij.

17 Burgi S. Domnini inter Parmam, & Placentiam ciuitatis Epiſcopalis Sereniſſimorum Farneſiorum olim receptus fuit locus Eccleſiæ S. Antonij Abbatis anno 1598. à F. Bonauentura Muſa, & F. Laurentio Glorierio, ſed quia erat parum aptus ad habitandum relictus fuit.

18 Villæ Franchæ in ſtatu Pallauicinatus ducatus Parmenſis diœceſis Cremonenſis ad ripam Padi recepta fuit à Cremonenſibus Eccleſiola S. Franchæ an. 1624. à noſtris cum parua domo inhabitata vſque ad annum 1640. relicta propter inundationem Padi.

19 Suueri ſub iurisdictione Marchionum Maleſpinæ noſtris exhibita fuit Eccleſia S. Mariæ Purificationis anno 1624. in qua Fratres permanſerunt vſque ad annum 1630. poſtea à noſtris fuit relicta, quia pacta non erant conuenientia ſtatui Ordinis.

20 Ferrariæ extabat conuentus dictus S. Annæ Hoſpitale maius extra portam Leoninam poſtea incluſis ciuitati per additionem Herculeam circa annum 1304. vocabantur Fratres Tertij Ordinis vniti, & Conuentuales. Ita refert M. Antonius Guarinus Ferrarien. in ſuo opuſculo. *Compendio Hiſtorico dell' Origine, & accreſcimento, e prerogatiue delle chieſe, &c.* Prædictis, qui à loco receſſerunt, ſucceſſerunt Fratres Armeni S. Baſilij, qui poſtea auctoritate Nicolai V. eiecti fuerunt à Marchione Leonello perſuadente Ioanne Toſſignano ibidem Epiſcopo.

21 Ferrariæ pariter, vt ait Vading. ad annum 1448. num. 51. Eugenius anno 16. ſui Pontificatus, Chriſti 1446. datis literis ad Ioannem Epiſcopum Ferrarienſem, & Sorores Tertij Ordinis in ea

ciui-

ciuitate degentes loquitur de prædictis ſubiecit regimini Fratrum Obſeruantiæ Domus S. Spiritus extra muros Ferrarienſes. Chriſtophorus Peruſinus alias eorundem Fratrum, & Sororum deputatus Miniſter ægrè tulit, cum eſſet eiusdem inſtituti, vnde recurſum fecit ad Nicolaum V. qui ratas habuit literas ſupradicti Eugenij, literas autem Nicolaij incip. *Romani Pontificis*, pridie idus Martij datas anno 1447. citat Alua ad hunc annum ſub n. 46. De his Tertiarijs Ferrariæ habes duas Bullas extenſas, vnã Ioannis Vigeſimitertij ſub num. 40. alteram Martini Quinti ſub n. 42.

22 Mutinæ Fratribus Tertii Ordinis S. Franciſci ſimul cum Tertiariis Ordinis Humiliatorum in ea ciuitate adminiſtratoribus, & diſtributoribus bonorum mobilium pro pauperibus Eccleſia S. Brigidæ, quam eis ceſſit Nicolaus Rector, per Scipionem Epiſcopum, mandante Eugenio Quarto per ſuam Bullam 108. 21. Aprilis 1442. conceſſit.

NOTA GENERALIVM, ET MAGISTRORVM

In Concionibus celebrium.

23 SEptem ſunt Generales, quos Prouincia Bononienſis habuit, Alexander de Sala Bononienſis 10. Ioannes Baptiſta Mutinenſis 35. Gaſpar de Luchis pariter Mutinenſis 40. Antonius de Sillis 50. erat enim filius conuentus Bononiæ. Franciſcus Guaſtamilius 53. M. Antonius Bottonus anno 1655. promotus ad Epiſcopatum Coronè titularis, ſuffraganeus Tuſculi Eminentiſſimi Cardinalis Antonii Barberini. Et nunc ſeptimus Scriptor huius libri.

Prouincia hæc ſemper fuit altrix virtutum, & religioſos virtute prędítos procreauit, & educauit natiuos, & extraneos, inter plures paucos referam, incipiendo ab antiquioribus, ſe offert primo.

24 Frater Thomas Gallonius de Parma, qui multis annis manſit in conuentu Vairani extra Cremam, vbi fuit Prior anno 1466. de quo fit mentio in Bulla Pauli Secundi extenſa ſub conuentu Vairani religionem noſtram in illis partibus prædicationibus illuſtrauit cum magno ſpirituali profectu fidelium; obtinuit

quoq;

quoq; quandam Bullam à Paulo II. incip. *Sua Nobis dilecti filij Thoma de Parma, &c.* quæ aſſeruatur in Archiuio conuentus Cremæ. Alter F. nuncupatus Angelus de Parma propter eius eximiam in concionando eloquentiam, & in conſilijs ſuggerendis fidelibus ad eum accedentibus, memoriam ſui reliquit in diuerſis vrbibus ſtatus Mediolanenſis, depictus in Refectorio Conuentus S. Donati extra Comum.

Ijs accedit M. Bonifacius cum M. Antonio eius nepote de Sillis filij, & poſtea Patres benemeriti conuentus Caritatis Bononiæ, de quo ibidem dixi, fuerunt Patres ambo Theologi eximij, & præclari, ob cuius merita pluribus officijs honorari meruerunt in religione.

26 Antonius Maria de Salardis de Imola inſignis fuit Theologus ſpeculatiuus, & moralis dans omnibus monita ſalutis, præclarus Concionator notus in Prouincia præſertim Mediolani, obijt circa annum 1614.

27 Franciſcus Guidus à Monteflorum Magiſter ſolemnis in Theologia, cuius inſignia recepit Maceratæ die 25. Iunij 1588. omnibus huius Prouinciæ honoribus cohoneſtatus fuit, celeberrimus concionator verbi diuini religioni, & ſibi, tum Romæ, tum in pluribus Lombardiæ, & Romandiolæ catedralibus honorem cumulauit, plenus meritorum, & dierum, nonagenarius, & vltra, Bononiæ, vbi fere ſemper manſit viuus, defunctus quoq; requieſcit die 25. Ianuarij 1638. Edidit in lucem vitam S. Marcianæ virginis, & martyris vulgari idiomate ſatis eleganti ſtilo.

28 Ambroſius Corlius Mutinenſis profeſſionem nuncupauit anno 1594. 14. Maii, Bononiæ operam dedit Philoſophiæ, & Theologiæ, vbi etiam recepit inſignia Theologica à Ioanne Baptiſta ab Horto excellentiſſimo Theologo 22. Maij 1603. Se dedit ſacris concionibus, in quibus fuit vir ſummè gratus, vtique in illis valde eruditus pro doctis, apprime moralis pro indoctis, & ſimplicibus, in multis Romandiolæ, & Lombardiæ vrbibus vt talis cognitus, tandem in conuentu ſuæ patriæ deceſſit prope ſexagenarius anno 1630. ex peſtilentia, quæ in his partib. triumphabat.

29 Antonius Ronchò ſeu Ronconus Bononienſis ſcientijs matematicis doctus Magini viri excellentiſſimi diſcipulus; cuius etiam Culculator in Arithmeticis erat, ibidem deceſſit anno peſtilentiæ 1630. die 18. Iunii.

CAPVT XIX.

De Prouincia Marchiæ Anconitanæ.

1 *S.Geneſij Conuentus S. Maria Conſolationis diaceſis Camerini.*
2 *Montis Georgij S.Maria Gratiarum diaceſis Firmana.*
3 *Montis Elpari S. Maria de Camurano diaceſis Montisalti.*
4 *Montisſani S, Maria de Succurſu Auximana diaceſis.*
5 *Firmi intus Eccleſia S.Crucifixi.*
6 *Firmi extra S. Maria de Saleto.*
7 *Montis S.Martini S. Maria Miſericordia diaceſis Firmi.*
8 *Vrbiſalia S.Crucifixi diaceſis Macerata.*
9 *Montis Vlmi S.Maria Noua diaceſis Firmi.*
10 *Ancona S.Pramiani.*
11 *Fabriani Eremitorium.*
12 *Viſsij S. Barnaba diaceſis Spoletana.*
13 *S.Lupidij S.Maria Angelorum diaceſis Firmana.*
14 *Mordinallis S Maria Gratiarum eiuſdem diaceſis Firmi.*
15 *Æsij S.Ioannis.*
16 *Muccia S. Angeli diçceſis Camerini.*
17 *Fabriani S.Maria Caſtri veteris.*
18 *Muſſiani S. Maria de Succurſu.*
19 *Tolentini S. Hieronimi.*
20 *Maceratę* S. *Marię ad Niues.*
21 *Vicouarij* SS. *Coſmę, & Damiani.*

PRouincia Marchiæ Anconitanæ alias habebat plures conuentus nunc reducta tantum ad duos, in cauſa fuerunt duo, primum ſuppresſio paruorum conuentuum facta ab Innocentio Papa X.vt conſtat ex Decr.20.ſecundum emptio vndecim conuentuum,qui olim erant religionis ſuppreſſæ SS.Ambroſij.& Barnabæ, de quibus infra, à conuentibus antiquis Marchiæ receptis Fratribus pro ſeruitio conuentuum emptorum, ex quo illi defectu Fratrum inuenti ſunt parui, & ideo ſuppresſi illi, & iſti. Sunt vigintiduo, quorum remanſerunt tantum duo primi.

S. GE-

S. GENESII.

1 CONuentus S. Mariæ Conſolationis diœceſis Camerini extra dictam Terram per milliare, alias S. Mariæ de Laureto à Santuccio de Paulo Capella extructa à Dominico Cardinali Firmano Legato Marchiæ conceſſus anno 1446. *F.* Paulo Cremonenſi Prouinciali, ex Inſtr. 39.

MONTIS GEORGII.

2 COnuentus S. Mariæ Gratiarum diœceſis Firmanę ſub mœnibus dictæ terræ à Communitate, & Societate Sanctiſſimi Sacramenti conceſſus F. Ludouico Ferro de S. Geneſio recipienti nomine Religionis anno 1562. quam conceſſionem approbauit Cæſar Vicelegatus Marchiæ, vt apparet ex Inſtrum. 42. extante.

CONVENTVS NON EXTANTES.

3 MOntis Elpari S. Mariæ de Camurano extra dictam Terram anno 1545. die 11. Octobris conceſſus Religioni, pro qua recepit F. Paulus de Cremona, diœceſis Montis Alti, vt apparet ex rogitu Ioannis Baptiſtæ Palmerij.

4 Montisfani S. Mariæ de Succurſu extra in diœceſi Auximana die 17. Iunij 1560. à Conſtantino de Saluis Peruſino Vicario Generali Bernardi de Cuppis Romani Epiſcopi ciuitatis Auximanæ F. Paulo Cremonenſi ſupradicto recipienti nomine ſuæ religionis, cuius poſſeſſionem ipſe accepit die prima Septembris dicti anni, ſub rogitu Andreæ Ricci de Monteſano.

5 *Firmi* intus conceſſa fuit Eccleſia Crucifixi derelicta die 30. Martij 1584. iure ordinario per Dominicum Pinellum Epiſcopum Firmanum F. Blaſio Carſagnanæ de S. Geneſio Viſitatori in hac Prouincia, recipienti nomine ſuæ Religionis, cuius poſſeſſio capta fuit diei 31. eiuſdem menſis ſub rogitu Rainaldi Lani Notar. & Cancell.

6 Firmi extra eod. an. 1584. die 1. Decemb. Eccleſiam S. Marię de Saleto idem Epiſcopus conceſſit præfato Blaſio, cuius poſſeſſio

capta ab eodem fuit die ſequenti eiuſdem menſis, ex rogitu eiuſdem Notarij. Sed dimiſſa fuit à F. Sebaſtiano Michelangelo de Monte Georgio.

7 Montis S. Martini S. Mariæ Miſericordiæ eiuſdem diæceſis Firmi. Nihil aliud potui habere de hoc conuentu.

8 Vrbiſaliæ Eccleſia S. Crucifixi diæceſis Maceratæ donata fuit Magiſtro F. *M*atthæo de Monteſano tunc Prouinciali huius Prouinciæ nomine Religionis recipienti à ſocietate S. Sacramenti, ſimul cum domo extante intra dictã Terrã, cuius donationis cõfirmationem obtinuit à Galeatio Minono Epiſc. *M*acerat. die 29. Nouẽb. 1605. quo eod. an. 29. Iunij donatio prædictor. facta fuit.

9 Montis Vlmi Firmanæ diœc. Domui B.M. Nouę Fratrum ſub regulari obſeru. vniuit Capellam S. Mariæ de Cruce prope muros eiuſdem oppidi. Vading ad an. 1447. n. 94. Petrus Alua ad hunc annum n. 48. citat Bullam incip. *Ad ea Romanus* Calen. Iunij.

10 Anconæ à noſtris recepta fuit Eccleſia S. Premiani per Euangeliſtam de Campanis Placentinum, literis expeditis per F. Iacobũ Chinellum Placentinum pariter anno 1586. die 10. Februarij. Extat apud me licentia huiuſmodi. De anno 1464. eiſdem conceſſa fuit Eccleſia Armenorum, ex Bulla Pauli II. incip. *Dudum ſiquidem* 16. cal. Octobris, apud Aluam num. 13.

11 Fabriani aderat Eremitorium cõceſſum 9. calend. Decemb. cuidam F. de Breio Aieten. per Bull. incip. *Increato Patris*, Caliſti III. apud Aluam ad annum 1457. n. 6. ex Vaticano. Item ibidem extabat alter conuentus S. Mariæ Veteris, de quo mox dicam.

Franciſcus Cardin. Maidalchinus Diac. titul. S. Adriani vti Abbas, & perpetuus Commendatar. Abbatiæ SS. Pancratij, & Clemẽtis Ordin. Fratr. SS. Barnabæ, & Ambroſij ab Vrb. VIII. extincti, & ſuppreſſi, ex conceſſione Innocent. X. vt apparet ex eius Bull. incip. *Cum ſicut accepimus*, ſub dat. 12. Decemb. 1648. cum inſtrum. expedito 9. Nouemb. eiuſdem anni, tradidit, & vendidit ſequẽtes conuẽtus nomine Relig. recipienti *M. F. M.* Antonio Bottono tũc Generali pretio vndecim mille ſcutorum, ſolutis tamen tantum 5200, pro conuentibus Eſino, & Vicouarij, quorum nomina ſunt.

12 *Viſſij S. Barnabæ diæceſis Spoletanæ.*

13 *S. Lupidij S. Mariæ Angelorum diæceſis Firmanę.*

14 *Morduallis S. Mariæ Gratiarum eiuſdem diœceſis.*

15 *Æſij S. Ioannis.* 16

16 Mucciæ S. Angeli iuriſpatronatus Ioannis, & Franciſci di Muſetis diæceſis Camerini.
17 Fabriani S. Mariæ caſtri veteris.
18 Muſſiani S. Mariæ de Succurſu.
19 Tolentini S. Hieronimi.
20 Maceratæ S. Mariæ ad Niues.
21 Vicouarij SS. Coſmæ, & Damiani in Tiburtina diœceſi.
Supradicti conuentus vti parui ſuppreſſi fuerunt cum alijs ab Innocentio X.
Vnicum habuit Generalem M. Matthæum Montefanum ſub nu. 52.
22 Aſculi quoque extabat anno 1593. conuentus receptus prope Eccleſiam S. Mariæ Gratiarum per F. Antonium Montanum de Monte Georgio Prouinciali, & F. Bartolomæum Gambaram Brixienſem, cum annua recognitione vnius Scuti aurei de camera Hoſpitali S. Spiritus in Saxia de Vrbe.

CAPVT XX.

De Prouincia Vmbriana.

1 *Maſſæ conuentus S. Antonij Abbatis, poſtea S. Mariæ Pacis diœceſis Tuderti, cum Hoſpitiolo eiuſdem S. Antonij.*
2 *Silua Matutina S. Maria Spoletanæ diœceſis cum Hoſpitiolo Treuij.*
3 *Colleſcipionis S. Maria Poſcargani Narnienſis diœceſis.*
4 *S. Gemini S. Mariç Annuntiatç diœceſis Narniç.*
5 *Aſſiſij S. Antonij de Padua, cum Eccleſia Mineruæ, alter aderat.*
6 *Montisfalchi S. Rochi.*
7 *Ameriç S. Mariç de Monticulis.*
8 *Gualdi conuentus.*
9 *Eugubij conuentus S. Antonij de Padua.*
10 *Beuanij S. Maria Magdalena diœceſis Spoletanç.*
11 *Betonij conuentus in diœceſi Aſſiſij.*
12 *Ferentilli conuentus S. Magni.*
13 *Narnia conuentus.*
14 *Trebij conuentus.*
15 *Interamnam extra, & intra conuentus.*
16 *Perusij conuentus.*
17 *Cetonij conuentus.*
18 *Duos tantum habuit Generales.*
19 *Hoſpitalia nonnulla.*

PRouincia Vmbriç nuncupata S. Franciſci, eo quod ciuitas Aſſiſij, in qua requieſcit, & veneratur corpus Beatiſſimi Franciſci inſtitutoris, & Patris trium Ordinum, ſcilicet *Minorum*, Clariſſarum, & Tertiariorum, quorum Hiſtoriam teximus. Nunc quinque tantum conuentus poſſidet ex nouendecim alias extantibus.

MASSÆ TVDERTINÆ.

1 COnuntus in diœceſi Tuderti vulgariter Todi S. Antonij Abbatis extra dictam Terram *Maſſæ* extabat ante annum

1413.

1413. vt colligitur ex inſcriptione lapidea ſuper fontem pro ſeruitio conuentus his verbis.

Hoc opus fecit fieri F. Iacobus de Nauara F. Tertij Ordinis S. Franciſci in habitu Eremitico Regularis Obſeruantiæ Congregationis Lombardiæ MCCCCXIII. nuncupatus de Buxeto, quia illi adhæret ſilua arboribus buxetis referta. Quia autem fabrica magnam minatur ruinam, & aliquando executionem ſuæ ruinæ patitur, ideo Patres noſtri alio in loco aptiori, & in plano exiſtente fundauerunt Eccleſiam ſub vocabulo S. Mariæ Pacis cum conuentu bene diſpoſito, & quaſi perfecto cum omnibus officinis, cæptus autem fuit ab anno 1589. de licentia Epiſcopi Tudertini, qui Angelus nuncupabatur, vt conſtat ex duobus Inſtrum. 46. & 47. extantibus ſub Collect. 3.

Hoſpitium cum Eccleſia S. Antonij Abbatis habebat pro valetudinario Tuderti conceſſum per Iuſtinianum Cambium Rectorem eius Eccleſiæ, recipiente M. F. Bernardino de Albertis, de conſenſu Centij Epiſcopi Tuderti, ex Bulla Vrbani VIII. ſub datum 13. Iunij 1628. Abijt cum alijs ſuppreſſis.

SILVÆ MATVTINÆ.

2 Conuentus S. Mariæ diœceſis Spoletanæ extabat in bonis noſtris ante annum 1475. cum eo tempore ibidem celebratum fuerit Capitulum Generale decimum.

Valetudinarium habebat Treuij cum Oratorio SS. Coſmæ, & Damiani donatum anno 1634. die 11. Auguſti à Coſma, & Damiano Fratribus de Parianis cum licentia Epiſcopi nomine Carducij, vt conſtat ex Inſtrum. 57. extante.

COLLESCIPIONIS.

3 Conuentus S. Mariæ Poſcargani extra dictam Terram per milliare diœceſis Narnienſis olim habitabatur à Fratribus Clarenis, ſubinde ab Obſeruantibus, qui non habentes Fratres pro ſeruitio eiuſdem Eccleſiæ, noſtris conceſſus fuit, pro religione recipiente F. Benedicto Bellotto ex mandato M. Bonauenturæ Pezzei Prouincialis Prouinciæ Romanæ ſub datum 14. Ianuarij

uarij 1574. Ex quo colligitur, tunc temporis Fratres huius nunc Prouinciæ fuiſſe ſub Prouincia Romana. Habes Inſtr. 45. extenſum ſuo loco.

S. GEMINI.

4 Conuentus S. Mariæ Annuntiatæ extra dictam vltra milliare eiuſdem diœceſis Narniæ, nuncupatus etiam S. Mariæ Gratiarum, ſeu *la Madonna di F. Girolamo*, alias poſſeſſæ ab Obſeruantibus, quæ poſtea ab eis derelicta à Societate S. Crucifixi tradita fuit F. Sebaſtiano Oggiarinio Mantuano ibi Priore, recipiente nomine Religionis de licentia F. Hieronimi Marcheti tunc ibi Prouinciali, anno 1576. die duodecima Auguſti, ex Inſtr. 48. Eſt ſub ſolo Lateranenſi cum priuilegijs ex alio Inſtr. 49. Ea autem traditio confirmata fuit ab Epiſcopo Narnienſi, anno 1578. die octauo Iulij.

ASSISII.

5 Conuentus S. Antonij de Padua conceſſus fuit anno 1607. à Liuio de Nutis, qui ſuam domum donauit ea lege, vt ſuper eam Fratres ædificarunt Eccleſiam S. Antonij de Padua cum conuentu, prout fecerunt, recipiente F. Hieronimo Marcheto, M. Sebaſtiano de Michelangelis de Montegiorgio, & Cirillo Paſciano, vt conſtat ex Inſtrum. 51.

Habebant noſtri in hac vrbe monaſterium de anno 1449. vt apparet ex Inſtr. 14.

NOTA CONVENTVVM NON EXTANTIVM.

6 Montis Falci conuentus extabat extra S. Rochi ante annum 1448. in quo celebratum fuit Capitulum Generale, vt colligitur ex literis executorialibus Antonij Eugubini Epiſcopi pro Bulla 133. Nicolai V. datis die 29. Aprilis 1448. ex rogitu Ioannis Griſon iunioris Clerici Redonenſis Romæ in domo dicti Epiſcopi, vna cum Epiſcopo Cremonenſi, & Abbate S. Pauli extra muros Vrbis, in quibus dicitur his verbis: *Et nihilominus*

Capi-

Capitulum Generale huiuſmodi Ordinis pro hac prima vice in loco Caſtri de Montefalco Fulginatenſis diœceſis, videlicet in vigeſima quinta menſis Iulij anni præſentis, &c. In territorio autem Montisfalci non inuenio alium locum, & conuentum niſi S. Rochi prope dictum Caſtrum nuncupatum S. Rochi, vt colligitur ex literis Commiſſariatus datis in conuentu S. Rochi Montisfalci die 18. Iunij 1526. ad F. Antonium Maſſam Neapolitanum conſtitutum Commiſſarium in Ducatu Spoletano.

7 Ameriam extra S. Maria de Monticulis conceſſa F. Leoni ſacerdoti de S. Leone ab Antonio Franciſci Priore illius ſeculari anno 1447. apud Vading. num. 77. citat Bullam incip. *Sacra religionis* 14. Calend. Decembris. Sed alia Bulla extante ſub num. 125. dicitur, quod eam Eccleſiam S. Mariæ Nouæ de Monticulis cum domibus, horto, & aliis bonis dedit Antonius Prior ſecularis Collegiatæ S. Laurentij de Creneſtello extra muros Amelienſes F. Guidoni Sacerdotis Tertii Ordinis diœceſis S. Leonis, quam conceſſionem Eugenius IV. per dictam Bullam confirmauit per Epiſcopum Amelienſem Petro, & aliis Fratribus cum priuilegiorum eiuſdem Ordinis communicatione. Vocatur recte Amenia ciuitas Epiſcopalis in Vmbria.

8 Gualdi in oppido diœceſis Nucerinæ noſtri habebant conuentum ex ſequenti donatione facta F. Onophrio Antonij de Mondaino Miniſtro Fratrum Tertii Ordinis in dicto oppido Gualdi, vt probatur in ſequenti. Prope hoc oppidum vitam egit ſanctam Petrus Eremita præceptor B. Thomaſucii, Vading. 1333. n. 21.

9 Eugubii extabat conuentus S. Antonii de Padua, ad cuius effectum, & receptionem Marina Antonia Pauli Miniſtra, & Sorores Iacoba Ghilfucii, Maria Lazari de Bertis, & Ioanna Vagnantelli Tertiariæ Eugubinæ titulo donationis inter viuos dederunt dicto Onophrio domum, hortum, & ciſternam in eadem Vrbe Eugubii, vt ſibi conuentum ædificarent ſub nomine S. Antonii de Padua. Nicolaus V. hoc anno 1448. hæc omnia approbauit, vt refert Vadingus ſub eodem anno num. 51.

10 Beuagnæ, ſeu Beuanii S. Mariæ Magdalenæ diœceſis Spoletanæ locus donatus à Capitaneo Petro de Bocchis de licentia Caſtoucii Epiſcopi anno 1620. Connumeratur inter ſuppreſſos.

[illegible] conuentum cum Ec-

cleſia,

cleſia, cum magnis indulgentiis conceſſis anno 1459. à Pio II. Vading. ad hunc annum num. 79.

12 Ferentilli conuentus S. Magni anno 1600. in fundo S. Ioannis Lateranenſis. Inter ſuppreſſos reperitur, ex Inſtrumento 55. & 56.

13 Narniæ noſtri habebant conuentum, vt colligitur ex Vadingo ad annum 1447. num. 94. vbi dicit, Hoſpitale S. Crucis de Arauolte extra muros Narnienſes ſolitum gubernari per Sorores Tertij Ordinis, Papa Nicolaus V. iuſſit illud adminiſtrari per Thomam ciuem eiuſdem vrbis, & Fratrem Petrum Ariminenſem ſacerdotem Tertii Ordinis. Petrus de Alua ad dictum annum 1447. citat Bullam Nicolai V. incip. *Sedis Apoſtolicæ* XIII. Calend. Ianuar. num. 65. Aliam incip. *Deuotarum* IX. Calend. Septembris ad annum 1448. num. 48.

14 Trebii promiſſus locus in conuentum ædificandus, de quo Inſtrumento 57.

15 Interamnæ erat conuentus ex Bulla apud Aluam 1453. num. 43. & alter quærebatur extra ſub nomine S. Mariæ Magdalenæ ex Inſtrumento 46.

16 Peruſij conuentus extabat anno 1458. vt colligitur ex quibusdam Conſtitutionibus Sororum, quæ receſſerunt à regimine Fratrum, approbatis ab Eugenio Quarto Bullam 169. tom. 5. refert Vadingus.

17 Cetonij Nicolaus olim comes Peruſij fundauit Eremitorium cum tribus Eccleſijs, prima nuncupabatur Sancti Saluatoris, ſecunda Sanctæ Mariæ, tertia Sanctæ Mariæ Magdalenæ, in quibus ſub ſua profeſſione Tertij Ordinis diſcipulos congregauit, qui multis annis ſibi inuicem ſuccedentibus religioſe dictas Eccleſias incoluerunt. Tandem locus cum Eccleſijs tranſiuit ad Obſeruantes anno 1478. die ſecunda Ianuarij, ea conditione vt Fratres Nicolaum, & Simonem Cetonenſes Tertij inſtituti ſectatores alerent apud ſe, Gonzaga conuentu 47. Tuſciæ Vading. tom. 4. ad annum 1367. quo fundatus fuit iſte locus, vbi dicit, quod *tandem deficientibus, locus tranſiuit ad obſeruantes.* Et tamen remanſerunt illi duo, vt ab eis alerentur.

18 Duos tantum Generales habuit hæc Prouuincia, primum in ordine Fratrem Bartolomæum Bonamatum de Peruſio, & M. Gregorium Albertum 55. Generalem, de quibus cap. 13.

19 De tribus Hoſpitalibus Fulginei, & extra à noſtris gubernatis & rectis dixi ſub cap. 7. Alua ad annum 1477. num. 13. citat Bullam incip. *Sedis Apoſtolicæ* XII. cal. Martij Sixti Quarti de quodam monaſterio Sancti Auguſtini de Eſtella Spoletan. & Hoſpitale Tertij Ordinis Sancti Matthæi.

CAPVT XXI.

De Prouincia Romana.

1 *Tiburtinus conuentus S. Antonij de Padua.*
2 *Romanus conuentus SS. Coſmæ, & Damiani.*
3 *Arſulanus* S. *Bartolomai Apoſtoli diæceſis Tiburtinæ.*
4 *Veliterni conuentus* S. *Apolloniæ.*
5 *Romæ* S. *Hieronimi.*
6 *Viuarij* S. *Mariæ illuminatæ diæceſis Tiburtinæ.*
7 *Vicouarij* S. *Mariæ de ſepulcro diæceſis eiuſdem.*
8 *Alter ibidem* SS. *Coſmæ, & Damiani.*
9 *Lauinia diæceſis Albani* S. *Mariæ Gratiarum.*
10 *Marani* S. *Mariæ de Quercu Abbatiæ* Sublaci.
11 *Prœneſtę* S. *Luciæ.*
12 *Romani Oppidi* S. *Michaelis Arcangeli.*
13 *Tuſcanellę* S. *Antonij Abbatis diœceſis Viterbienſis.*

PRouincia Romana modo poſt ſuppreſſionem Conuentuum paruorum remanſit cum quatuor tantum Monaſterijs quamuis pluribus componeretur, nempe ex tredecim reductis ad quatuor primos recenſendos.

TIBVRTINVS.

COnuentus extra vrbem Tyburis per milliare nuncupatur S. Antonij de Padua, receptus anno 1487. De eo nihil aliud inuenire potui. Raymundus Lacham Toloſanus Miniſter huius Cœnobij anno 1600. excudi fecit Indulgentias per Antonium Bladum extractas ex Bulla plumbea ibidem aſſeruata.

ROMANVS.

COnuentus SS. Coſmæ, & Damiani, in foro Romano, nunc Campo Boario nuncupato, conceſſus fuit ab Alexandro Cardinali

dinali Farneſio Diacono titularis huius Eccleſiæ, anno 1512. die quinta Ianuarii, vt conſtat ex eius Inſtrumento ſub num. 24. extante.

Eccleſia horum Sanctorum primo fuit templum in honorem Romuli erectum, dictum ab aliis Caſtoris, & Pollucis, forſan ex ea parte, quæ reſpicit muſiuum chori. Felix Romanus filius Anaſtaſii Papa III. & martyr, quia Conſtantium Imperatorem Arianum condemnauit, hanc Baſilicam ſanctis Coſmæ, & Damiano dedicauit anno 357. & deinde fere collapſam Gregorius primus ad Pontificatum tertio Septembris 590. euectus reſtaurauit. Clauditur portis, & ianuis ære fabricatis, quibus Adrianus I, electus 772. exornauit Eccleſiam, ex Peruſio aſportatis. Duplex eſt Eccleſia, inferior ſubterranea antiqua, atq; ſuperior & noua ab Vrbano VIII. in ea formam, quę non videtur, redacta, & abſoluta, vt teſtatur ſequens Epitafium in muro ſiniſtro ingreſſus Eccleſię his verbis: *Vrbanus VIII. P. M. Templum geminis Vrbis conditoribus ſuperſtitioſe dicatum à Felice III. Sanctorum Coſmę, & Damiani fratribus pie conſecratum, vetuſtate labefactatum, deiectis lateribus parietibus totius ſuperioris à ſe exędificatę excitatis, fornice medio inter inferiorem, & hanc extructo nouo impoſito laquearij area denique complanata, in ſplendidiorem formam redegit anno ſalutis MDCXXXIII.* In altero autem pariete dextro ingreſſus ſequens extat Monumentum.

Vrbanus VIII. Pontifex Maximus Monumentum hoc quo Priſcorum Patrum erga fidelium defunctorum animas pietas declaratur, ad retinendam rei memoriam hic voluit collocari anno ſalutis MDCXXXII. Pont. X.

Conſtat nimirum, dilectiſſimi fratres de promiſſione, qua ex corde fecimus coram Deo, & ſanctis eius, vt vnuſquiſq. noſtrorum fratres ſacerdotes & Epiſcopos, & poſteris noſtris ſacerdotes in perpetuum qualiſcumq; ex hac luce migrauerit XL. miſſas pro eius anima per vnumquemq. ſacerdotem, qui ſuperſtiterit ſtatim canere promittimus; ſi tamen infirmitate fuerit occupatus, noſtri patet eſſe imperatum, & receptus fuerit ſanitate, hęc omnia quod ſupradictum eſt, adimplenda. Qui vero cuſtos, & obſeruator fuerit. habeat benedictionem Dei Patris Omnipotentis, & Filii, & Spiritus ſancti. & celeſte regnum poſſideat cum omnibus ſanctis. Et qui hoc non obſeruauerit, ſit ana-

thema-

thematis vinculo innodatus, & à regno Dei ſeparatus ſit. Illa vero promiſſio facta fuit ante ſacrum ſanctum Dominicum Altare huius templi Domini, tempore Domini IOHI Papę, menſe Februarii die 22. Anni Domini Incarnationis DCCCCLXXXIIII.

Monumentum hoc eſt ſatis confuſum in ſua latinitate, ex eo tamen colligitur, promiſſionem inter ſacerdotes illius temporis fuiſſe, vt ſuperſtites pro aliis defunctis canerent miſſas quadraginta. Annus autem ibi deſcriptus DCCCCLXXXIIII. non cohęret Ioanni XIV. quia poſtmodum electus fuit die ſcilicet 16. Iulij eiuſdem anni 984. ſcriptura vero die 22. Februarii eiuſdem anni.

Fornix ſupra Chorum, & Altare maius muſiuo opere fabrefactus fuit cum imaginibus Ieſu Chriſti in medio Sanctorum Petri Apoſtoli, & Coſmæ, atq; Iſidori à ſiniſtris, à dextris vero ſanctorum Pauli Apoſtoli, & Damiani, atque S. Felicis, cuius uſu, & expenſis opus illud factum fuit vt colligitur ex vltimis verſibus infra poſitis. Reposita autem figura ſancti Gregorii, loco ſancti Felicis, quia in reſtauratione Eccleſię ex parte nonnihil fornicis ceciderat; circundatur duodecim pecoribus ſub Agno in medio eorum cum ſubiectis Carminibus.

Aula Dei claris radiat ſpecioſa metallis,
In qua plus fidei lux pretioſa micat.
Martyribus medicis populo ſpes certa ſalutis,
Venit, & ex ſacro creuit honore locus.
Obtulit hoc Domino Felix Antiſtite dignum
Munus vt ætherea viuat in arce poli.

Baſilica hæc illuſtratur ſacroſancta Imagine B.V.M, de qua habetur ſequentia ex antiqua traditione; fertur namq, Beatum Gregorium huius nominis primum Pontificem conſueuiſſe, dum tranſiret per forum Romanum, ſalutare eam ſacram Imaginem templum ingreſſum, & cum quadam die tranſiret à Virgine glorioſa interpellatus, cur in templum Dei non deſcendiſſet eam ſalutaturus. Huius negligentię pęnitens factus Eccleſiam ingreſſus genibus flexis veniam humiliter petijt, & gratiam obtinuit. Poſt hęc ex corde cupiens, vt ab omnibus fidelibus Maria Virgo in ea ſacra Imagine in maiorem haberetur venerationem, auctoritate Pontificia, qua fungebatur, celebrantibus, vel cele-

brati

brari procurantibus triginta miſſas pro defunctis ad altare maius coram ipſa Imagine, indulſit liberationem eius animæ, pro qua celebratum fuiſſet, à pœnis Purgatorij. Item contrito de peccatis ſuis genibus flexis coram eadem Imagine recitanti ter *Pater noſter*, & ter *Aue Maria*, toties, quoties ſic orauerit, indulgentiam quindecim annorum conceſſit.

Ab ea conceſſione originem traxit numerus triginta miſſarum pro defunctis nuncupatarum S. Gregorij, de quibus Beia par. 1. caſu 23. & alij communiter agunt. Idem Altare maius ſubterraneum hac indulgentia decoratum à Gregorio Magno, ornatum fuit eadem indulgentia pro defunctis ab Vrbano VIII. eam extendendo ad idem maius Altare ſuperterraneum Eccleſiæ ſuperioris, cuius Bullam ſub numero CCLXXIX. in noſtro Archiuio extendimus. Itaque Altare priuilegiatum pro defunctis nuncupatur.

Ea autem ſacroſancta glorioſæ Virginis Imago primum depoſita erat in pariete ſub fornice muſiuo in Eccleſia veteri, poſtmodum iubente Vrbano VIII. honorificentius collocata fuit ſuper Altare maius Eccleſiæ nouæ, vbi ſumma veneratione colitur à fidelibus.

Alijs quampluribus Indulgentijs decoratur, præſertim Statione pro Feria V. mediæ quadrageſimæ, prout ſignatur eadem die in Miſſali. Leo X. viſitantibus eam Eccleſiam in feſto Sanctorum Coſmæ, & Damiani indulgentiam plenariam perpetuam, vt conſtat ex eius Bulla CXCV. ex eodem Archiuio, confirmatam à Gregorio XIII. in ſuis CCXXXVII. & CCXL. pro alijs ſanctis, quorum corpora ibidem venerantur.

In quadam Tabula ibidem conſeruata inter alia extant ſequentia verba: *In conceſſionis Bulla apparet decem millia annorum, indulgentiarum, & in die SS. Coſma, & Damiani, & per totam octauam Indulgentiam plenariam in forma S. R. E. & alijs diebus innumerabiles indulgentias fuiſſe conceſſas.* Habentur hæc in Summario facto per Bonifacium Daſium Bononienſem vtriuſq; Signaturæ Referendarium Pij Papæ IV. extracto ad inſtantiam F. Fabiani tunc ibidem Prioris die 21. Martij 1564. & habetur etiam in Archiuio Vrbani VIII. ſub Filtia 97.

De

De Indulgentijs, quæ ſunt in hac ſacroſancta Eccleſia ſanctorum Coſmæ, & Damiani, fit mentio in infraſcriptis Eccleſijs, videlicet S. Marthæ prope S. Petrum.

La Santità di N. S. Papa Gregorio XIII. per zelo di pietà hà conceſſo, reſtituito in integro, & confermato tutti quelli indulti, priuilegij, indulgenze, & remiſſioni de peccati & quelle iſteſſe gratie, che prima Paolo III. & altri Sommi Pontefici Romani hanno conceſſo alla Confraternità, & Hoſpitale di S. Marta dietro la noua tribuna della Chieſa di S. Pietro di Roma: & hà voluto per l'auenire, ſi come per il paſſato, che qualunque perſona viſiterà deuotamente detta chieſa conſeguiſca la remiſſione di tutti li ſuoi peccati, & tutte l'infraſcritte indulgenze gratie, & ſtationi, che hà conceſſo alle Chieſe dell' Hoſpitale di S. Girolamo della Compagnia della Carità, S. Giouanni de Fiorentini, S. Maria del Popolo, S. Giacomo in Compoſtella, S. Giacomo in Auguſta, S. Giouanni Laterano, all'Imagine del Saluatore, à Sancta Sanctorum, Santi Coſmo, & Damiano, S. Giacomo *dell'incurabili & dell' Hoſpitale di* S. Spirito *in* Saxia, *l'anno del* Signore *MDLXXX. die 18. menſis Martij.*

In Eccleſia ſupra Mineruam Ordinis Prædicatorum in lapide marmoreo ſuper vas Aquæ ſanctæ impreſſæ extant Indulgentiæ eiuſdem Eccleſie, ac SS. Coſmæ, & Damiani huius tenoris.

Il primo Venerdi doppo Paſcha è la ſtatione con l'Indulgenza d'anni 12. millia. La ſeconda Domenica doppo Paſcha, che è il dì della Conſecratione, la Domenica doppo l'Aſſenſione; il dì d'Ogni Santi, e tutte le ſette feſte della Madonna è Indulgenza plenaria. Tutte l'Indulgenze, che ſono tutto l'anno à Santa Maria della Rotonda, ſono conceſſe qui. Chi dirà, & farà dire la meſſa all' Altar maggiore ogni volta libera vn'anima dal Purgatorio. Tutte l'Indulgenze di tutte le Compagnie, & Chieſe di Roma etiam plenarie per li viui & morti che ſono quotidiane di S. Croce, di S. Giacomo in Auguſta la Carità S. Gio: Battiſta, & ſanti Coſmo, e Damiano, S. Spirito, S. *Marta del Popolo, ſono conceſſe alla Compagnia del ſantiſſimo* Sacramento, *e del ſanto Roſario nella chieſa della Minerua viſitando li Altari deputati come ſe perſonalmente viſitaſſero le ſette chieſe dentro, e fuori di Roma. Ogni prima Domenica del meſe Indulgenza plenaria, chi è preſente alla proceſſione del ſanto Roſario. Tutte l'Indulgenze, e priuilegi, che ſono in ciaſcheduna chieſa di tutte le Religioni Mendicanti, e*

non Mendicanti in ogni luogo del mondo, ſono conceſſe ſpecialmente in queſta Chieſa, nella quale è il corpo di S. Catarina da Siena.

Plura Sanctorum corpora in hac eccleſia requieſcunt, & à fidelibus religioſe venerantur, quæ ſunt Coſmæ, & Damiani martyrum, eorum fratrum, Antimi, Leontij, & Eupreprij, quorum fratrum ſecundum carnem paſſionem Martyrologium ponit die 27. Septembris in Ægea accidiſſe. Quorum vita, & miracula præſertim Sanctorum medicorum depicta fuerunt in parietibus à Marco Tullio non ignobili pictore.

In eadem Baſilica requieſcunt, & coluntur ſacra corpora Marci, & Marcelliani martyrum die 18. Iunij, & Sanctorum Felicis Papæ III. & Tranquilini martyris, qui fuit pater Marci, & Marcelliani prædictorum, ordinatus presbiter à S. Caio Papa in Martyrologio ad 6. Iulij, de eorum indulgentia Gregorius XIII. ad Dominicam vltimam Iulij eorum Translationis Bulla CCXL. Cum eis aſſeruabantur alia duo corpora Abundantij Presbiteri, & Abundij Diaconi tranſlata ad nouam eccleſiam religioſorum Dei ſeruorum Societatis Ieſu.

Sex huiuſmodi ſacra ſanctorum corpora diu ignota iacuerant ſub primo Altari ſiniſtro eandem veterem eccleſiam ingredientibus alias, intra rotundum ex eadem parte deſcenditur ad locum, vbi exurgit aqua viuens ex puteolo S. Felicis Papæ nuncupato, quia ibi adhuc lapis marmoreus adeſt, ſuper quo pie creditur, celebraſſe diuina myſteria, cuius calix ſtanneus in Sacriſtia aſſeruatur; ea autem aqua deguſtantibus fit ſalubris ægrotantibus. Gregor. XIII. volens nouã eccleſiã Societatis Ieſu illuſtrare, iuſſit auctoritate Pontificia, vt infra Eccleſiam Sanctorum Coſmæ, & Damiani diligenter exquireretur, ſi qua eſſent ibidem aliorum ſanctorum ſacra pignora, intactis, quæ ſub Altari maximo, & circum circa relinquendis, miniſtri deputati anno vndecimo eius Pontificatus, Chriſti vero 1582. correctionis Calendarij, ſubtus dicti Altaris baſim effodientes inuenerunt duos loculos cum his inſcriptionibus. *Hic requieſcit S. Felix Papa & Martyr, qui damnauit Conſtantium hæreticum.* Item. *Hic requieſcunt corpora SS. Martyrum Marci, & Marcelliani, & Tranquilini Presbiteri.* Effoſio autem illorum duorum locorum facta fuit die vigeſimo ſeptimo Iulij eiuſdem anni 1582. Deinde die decimo octauo

Auguſti dicti anni in eodem Altari remota tabula marmorea, quæ explanabat ſuperius Altare, inuenti fuerunt alij duo loculi pleni ſacris oſſibus, in vno quorum ſub cornu Euangelij eſt lapis cum ſigno crucis his verbis inſculptus ✠ *Hic requieſcit S. Habundius Pbr, & Monachus, & Martyr.* In altero ſub cornu Epiſtolę eſt cum hac inſcriptione: ✠ *Hic requieſcit S. Habundantius Diaconus, & Martyr.* Quæ oſſa inde reuerenter extracta die vigeſima tertia Octobris coaptata fuerunt ibidem in Sacrario, vt ſuo tempore ſolemni pompa, & deuotione transferrentur ad nouam eccleſiam Societatis Ieſu. Reliquiæ vero Sanctorum Felicis, Tranquilini, Marci, & Marcelliani ſequenti anno 1584. ab eorum inuentione die vigeſimo ſexto Iulij decenti religione reſtitutæ fuerunt eidem ſuo Altari à fundamentis honorificentius reparato, & conſecrato eiſdem Sanctis per Alexandrum Mediceum Archiepiſcopum Florentinum, deinde S. R. E. Cardinalem tituli S. Quirici Presbiterum, poſtea primo Aprilis 1605. aſſumptum ad Pontificatum in eo vixit nomine Leonis XI. per dies viginti ſeptem tantum. Acta huius translationis accepi ex quodam libello inſcripto. *Sanctorum Martyrum Abundij, &c.* Romæ impreſſo apud Franciſcum Zanettum CIↃICLXXXIV. ſub fol. 39. quod inſcribitur *Tertia translatio.*

In eccleſia inferiori adhuc conſeruantur duo lapides marmorei nigri coloris rotundi, qui ad pedes Sanctorum etiam Abundij, & Abundantij appenſi, ſanctos manibus in equleo ligatis ſuſpenſos in tormentorum illud pondus extendebat, & quaſi nerui à neruis diſiungebantur. Equuleus autem erat furca, ſeu quoduis alius lignum, in quo ſuſpenſi alligabantur martyres per manus ſeparatim extenſis brachijs.

In eodem rotundo veteris eccleſiæ adhuc extat puteus altus, in quem pie creditur quamplura Sanctorum martyrum corpora proiecta fuiſſe, & alias res pretioſas ibi tempore bellorum derelictas. Ibidem retro altare ſupradictum S. Felicis Papæ, & aliorum martyrum ſitus eſt loculus triangularis, in quo innumerabilis oſſium martyrum quantitas aſſeruatur, cum crate ferrea & inſcriptione huiuſmodi: *Hic requieſcunt multa corpora Sanctorum, quorum nomina ſcripta ſunt in libro vitæ.* Multa ſupellectili ſacra adornatur eccleſia, induſtria præſertim duorum

huius

huius conuentus Patrum, quorum vnus iam defunctus vocabatur M. Ludouicus Ciottus Romanus, Generalis Ordinis, alter viuens M. Fulgentius Sanſonettus pariter Romanus varijs functus officijs organo Eccleſiam illuſtrauit, & Sacriſtiam in multis locupletauit. Hæc ſunt præter alia, quæ relatione digna cenſuimus.

Conuentus ex ea parte, quæ inſeruit nunc pro ſacriſtia, eſt antiquus cum ſuo Dormitorio primo ſuperiori, cui vnitur cum atrio nouum Refectorium, nam antiquum erat vbi nunc eſt Sacriſtia, cum duplici Dormitorio ſuperiore, & alijs ædificijs, quæ continent commodam habitationem religioſorum. Hæc noua fabrica initium habuit à P. F. Bernardo Sabbia Panormitano multis officijs decorato præſertim Procuratoris Generalis in Curia Romana.

Placuit hic ſubiungere Seriem Cardinalium Diaconorum huius Eccleſiæ titularium, præmittendo, quod antiquitus Diaconorum carebant titulis Eccleſię, præſidentes tantum Regionibus; titulis autem Eccleſiarum decorati fuerunt ab Alexandro Papa II. quorum primus fuit.

Ionatas ſenior Romanus creatus ab Vrbano Secundo anno 1096. ſubſcripſit Bullam Paſchalis Secundi anno 1106. in Bullario Nouo.

Petrus Petri Leonis, à quo nobilis familia Romana de Petroleonibus, poſtea Antipapa dictus Anacletus Secundus ſub Paſchali V. 1118.

Ionatas Iunior ſub Caliſto II. anno 1121. poſtea optauit Presbiterotum S. Mariæ in Tranſtiberim.

Guido ex Comitibus Capronæ Piſanus ab Innocentio Secundo anno 1139.

Bernardus Rodonenſis Monachus Ciſtertienſis creatus fuit ab Eugenio III. anno 1152.

Rolandus Bandinellus Senenſis poſtmodum de Paparonis nuncupatus à Diaconia optauit Presbiteratum Sancti Marci ſub Eugenio II. demum electus Papa 1159. appellatus fuit Alexander III.

Boſſus, ſeu Boſo Anglus, Scriptor Apoſtolicus S.R.E. Camerarius anno 1155. creatus ab Hadriano IV. ſub Alexandro Tertio optauit Eccleſiam Presbiteratum S. Pudentianæ ſub titulo Paſtoris.

Bonifacius ſub Adriano IV.

M. Gratianus Piſanus ab Alexandro Tertio purpuratus, erat titularis de anno 1179. ex Bulla eiuſdem extenſa apud Canonicum Campum Hiſtor. Placent. par. 2. fol. 364. ſub Vrbano Tertio anno 1187. fol. 371. ſub Innocentio III. fol. 378. & 379. anno 1199.

Ioannes Romanus creatus ab Innocentio III. anno 1198. præſens fuit electioni Honorij III. In Bulla ab eodem Honorio directa ad Bernardum Archiepiſcopum Meſſanenſem, per quam illi tribuit Pallium, ſe ſubſcribit hac voce Cyanus, vt poteſt legi in Noticea Meſſan. apud Rochum Pirrum fol. 326. ſubſcripſit etiam Bullam eius Honorij confirmatoriam Ordinis Prædicatorum anno 1216. apud Maluendam fol. 156.

Ægidius de Torres promotus ab Honorio Tertio anno 1219. fuit in electionibus Gregorij IX. Celeſtini V. & Innocentij IV. obijt Romæ anno 1254. ſubſcripſit Bullam Innocentij Tertij datam 1236. vti Diaconus Sanctorum Coſmæ, & Damiani, extenſam apud eundem Pirrum in eadem Notitia Meſſan. fol. 333.

Iordanus Pirenſus de Comitibus Terracinæ de anno 1262. ab Vrbano Quarto purpura decoratus fuit. Interfuit electioni Clementis IV.

Benedictus Caietanus Anagninus euectus à Celeſtino V. anno 1294. præſens fuit electioni Bonifacij Octaui.

Gulielmus Teſta Gallus. Alii vocant Gulielmum de Artufort Gallus à Clemente V. anno 1305. interfuit electioni Ioannis XXI. à Platina vocatur Diaconus in Coſmedin.

Ardicinus Porta Nouarienſis à Martino V. creatus anno 1426. interfuit electioni Eugenij IV.

Leonardus Cibò Genuenſis promotus à Bonifacio IX. 1402.

Ioannes de Egidio Leodienſis honoratus ab Innocentio VII. anno 1405. interfuit electioni Gregorii XII. obiit 1407.

Petrus Stefaneſcus de Annibalis Romanus creatus ab eod. Innocentio ſucceſſit Ioanni ſub Alexandro V. an. 1409. Fran-

Franciſcus Zabarella Patauinus purpura indutus fuit à Ioanne XVII. anno 1411. obijt in Concilio Conſtantienſi anno 1417.

F. Petrus de Fuxo Gallus Ordinis Minorum Epiſcopus Venetenſis, & Cardinalis Sixti IV. ordinis pariter Minorum anno 1476. obijt anno 1490.

Ardicinus della Porta Nouarienſis ab Innocentio Octauo vocatus anno 1487.

Alexander Farneſius ab Alexandro Sexto, & Iulio Secundo promotus anno 1493. interfuit electioni Pij Tertij, & noſtris conceſſit Eccleſiam Sanctorum Coſmæ, & Damiani, cuius tunc erat Diaconus Cardinalis anno 1512. vt apparet in eius inſtrum. 24. fol. 728. in Archiuio.

Innocentius Cybò Genuenſis filius Franciſci Comitis Frientili, & Magdalenę Mediceæ ſororis Leonis X. Papæ, Protonotarius Apoſtolicus, ac Diaconus Cardinalis Sanctorum Coſmæ, & Damiani creatus anno 1513. Bononiæ, & Romandiolę Legatus à Latere, Archiepiſcopus Taurinenſis, & magnus Cubicularius Apoſtolicus obijt Romæ anno 1550. ſepultus in Eccleſia ſupra Mineruam, cuius laudes refert Franciſcus Zazzera de nobilitate Italiæ. Ex Franc. Auguſtino ab Eccleſia in Cronologia Pedemontana fol. 77.

Ioannes Saluiatus Florentinus creatus fuit à Leone X. anno 1517. fuit in electionibus Adriani Sexti Clementis Septimi, & Pauli Tertii anno 1533. Legatus fuit à Latere, & Placentię exiſtens in Cittadella confirmauit nonnulla capitula ciuitatis Parmæ die 22. Septembris, prout refertur in libro capitulorum, & indultorum eiuſdem ciuitatis.

Iacobus Sabellus Romanus à Paulo Tertio anno 1539. interfuit electionibus Iulij Tertij. Pauli, & Pij Quarti.

Hieronymus Simoncellus à Iulio Tertio creatus inter Diaconos anno 1553. fuit in electionibus Marcelli Secundi Pauli Quarti Pij Quinti Gregorii Decimitertii, & Sixti Quinti de anno 1588. tranſiuit ad titulum S. Priſcę.

Federicus Borromæus ex titulo S. Mariæ in Dominica optauit Diaconiam Sanctorum Coſmæ, & Damiani 1588. Poſtea Flaminius Platus.

Guidus Pepulus Bononienſis ſub Sixto V. titularis etiam ſub *Innocentio* Nono, & Clemente Octauo 1604.
Auguſtinus Spinula creatus à Paulo V. anno 1621. à Gregorio XV. obtinuit titulum anno 1622.
Alexander Ceſarinus Romanus ab Vrbano Octauo promotus 30. Auguſti 1627. titularis nominatus de anno 1632.
Benedictus Odeſcalcus Comenſis creatus ab *Innocentio* X. anno 1645. ſexto Martii titularis præſenti anno 1657. feliciter viuit, quem Deus incolumen diu ad meliora conſeruet.
Romæ apud noſtros Religioſos in conuentu eodem Sanctorum Coſmæ, & Damiani viget antiquiſſimum, ſanctum, & laudabile opus deferendi Baldachinum ſuper ſacrum Domini Præſepe, dum à Dominis Canonicis S. Mariæ Maioris de Vrbe à Sacriſtia, vbi pro illa nocte cuſtoditur, ſuper altare ſanctiſſimi Sacramenti venerandum à fidelibus nocte Natalis Domini, quotannis ſolemniter defertur.

ARSVLANVS.

Conuentus S. Bartolomæi Apoſtoli anno 1574. à Pompeo Zambeccario Epiſcopo Sulmonenſi vices gerenti Ioannis Andreæ Epiſcopi Tiburtini, cuius menſæ ſingulis annis ſoluuntur duo Caroleni in ſignum recognitionis conceſſus fuit Religioni. Caſtrum autem hoc eſt ſub dominio nobilium Romanorum de Maximis.

VELITERNVS.

Conuentus S. Apolloniæ virginis, & martyris intra eam ciuitatem receptus, vt apparet ex Bulla Vrbani Octaui data die 13. Iunij 1631. Antea erat extra dictam ciuitatem vltra milliare conceſſus circa annum 1616. Sed quia erat locus inutilis, remotus à frequentia fidelium, ideo Fratres intra ciuitatem ſe receperunt.

NOTA

NOTA CONVENTVVM NON EXTANTIVM.

Romæ extabat ante annum 1472. conuentus prope S. Hieronimum iuxta S. Stephanum in Rotundo, vt conſtat ex Inſtr. 20. in quo tunc Miniſter erat F. Saluatus de Quartarijs Romanus, & Prouincialis Prouinciæ Romanæ, qui propter mortem F. Hieronimi de Caſtilione Generalis vocauerat ad Capitulum Generale Florentiæ celebrandum menſe Decembri eiuſdem anni.

Georgius Henrici Procurator Generalis confirmatur in regimine, & adminiſtratione Hoſpitalis S. Stephani Protomartiris confirmatur à Martino Quinto Bulla XLIX. ſub die 17. Maij 1423. Hoſpitale non amplius extat, ſed eius bona conuerſa fuerunt in alimenta Collegij pro ſuſtentatione iuuenum Germanorum ſtudentium, ſub nomine S. Apollinaris nuncupati.

Habebant quoque ſub eorum adminiſtrationem Hoſpitale in Parochia S. Mariæ de Catinerijs in Regione Regulæ, quod Fratres ipſi conſtruxerant pro pauperibus, & infirmis, in cuius capella poterat celebrare ſacerdos eiuſdem Ordinis, vel extraneus, vt conſtat ex Bulla XLI. Martini V. anno 1419.

6 Viuarij diæceſis Tiburtinæ extabat conuentus S. Mariæ Illuminatæ receptus anno 1589. nunc inter ſuppreſſos.

7 Vicouarij eiuſdem diæceſis Sanctæ Mariæ de Sepulcro conceſſus fuit à Franciſco Abbate Vrſino ante annum 1600. nunc ſuppreſſus.

8 Alter in eodem loco Vicouarij Sanctorum Coſmæ, & Damiani emptus cum alijs ſub Prouincia Marchiana, nunc ſuppreſſus.

9 Marani Abbatiæ ſublaci Sanctæ Mariæ de Quercu anno 1570. à Monachis Benedictinis conceſſus, modo inter ſuppreſſos.

10 Lauiniæ ciuitatis diæceſis S. Mariæ Gratiarum ante annum 1600. inter ſuppreſſos.

11 Præneſtæ S. Luciæ virginis, & martyris extabat ante dictum annum 1600. Cardinalis Barberinus Protector redditus tranſtulit Veliternum pro conuentu S. Apolloniæ ibi recepto.

12 Romani oppidi conuentus *S.* Michaelis Arcangeli conceſſus ſub Paulo Quinto die quinta Auguſti 1607. ex Bulla CCLII. extante, à noſtris renuntiatus ſub anno 1622. 15. *Maij* in Capitulo Generali, ob aeris intemperiem; ibi enim omnes fere Fratres varijs morbis quaſi incurabilibus moriebantur.

13 Tuſcanellæ in diœceſi Viterbienſi *S.* Antonij Abbatis prope eius muros receptus anno 1620. concedente Cardinali *Muto* ibidem Epiſcopo inter ſuppreſſos, ante tempus Cardinalis Brancatius Viterbienſis Epiſcopus eiecit poſt feſtum *S.* Antonij Abbatis anno 1653.

Viterbij *S. Mariæ* F. Antonio de Capua, ex Bulla Pii II. incip. *Pia nos* 14. Cal. Iunii ex Vaticano Petrus de Alua ad annum 1461. num. 14. Vide iſtum locum ſub Prouincia Patrimonii cap. 27.

CAPVT XXII.

De Prouincia Apprutina.

1 *Barigiani diaceſis Aquilanæ conuentus S. Maria de Monte Aſprino.*
2 *Semcula diaceſis Piſcinæ S. Antonij de Padua.*
3 *Peſculi Sanſoneſchij S. Mariæ de Colle Angelorum Nullius.*
4 *Aquila conuentus S. Caroli.*
5 *Ciuitatis Quanæ S. Mariæ diaceſis Pennæ.*
6 *Bolognaui S. Mariæ de Monte.*
7 *Fontanę diaceſis Soræ S. Antonij de Padua.*
8 *Paganicę diœceſis Aquilę S. Antimi.*
9 *Cuncoli diaceſis Pennę S. Mariæ Angelorum.*
10 *Collepetri diaceſis Aquilæ S. Marię Gratiarum.*
11 *Collelongi diaceſis Marſorum S. Marię Gratiarum.*
12 *Anexani diaceſis Piſcinę S. Antonij de Padua.*

Prouincia Aprutij olim vna erat cum Romana, vt dictum fuit ſub cap. 14. poſtmodum diuiſa; modo conſtat tantum quinq; conuentibus ex duodecim, quibus alias componebatur.

BARIGIANI.

1 Conuentus S. Mariæ de Aſprino diœceſis Aquilæ extabat ante annum 1480. cuius Miniſter erat F. Paſqualis de Aquila, deinde F. Paulus de Capertiano, poſtea F. Ludouicus Gianetta de Barigiano, ſubinde F. Bartolomæus Blundus de eadem Terra, ab illis poſſidebatur ad vitam, deniq; à communitate libere, & ſine temporis limitatione conceſſus fuit, vt conſtat ex Inſtrum. 58. extante. Situs eius eſt de iuribus Eccleſiæ Lateranenſis, quæ ſolutione nouem granorum zafaranæ ſingulis annis per Fratres recognoſcitur.

SCVRCVLÆ.

2 CONuentus S. Antonii de Padua diœceſis Piſcinę conceſſus fuit anno 1506. ab Abbate Aſcanio, & communitate, approbante Iacobo Epiſcopo; ſoluitur Capitulo Lateranenſi vna libra cerę ſingulis an. cū ſit fundatus ſuper ſolo iurium eius. Nomine religionis recepit F. Gulielmus Malparlante Gallus, qui etiam interfuit fabricationi conuentus S. Geneſij. Extat Inſtrum. 28. ſuo loco.

PESCVLI SANSONESCHII.

3 CONuentus S. Marię Collangeli Nullius, receptus fuit anno 1516. à F. Bartolomeo Blundo Prouinciali, recognoſcit Capitulum Lateranenſe, de tribus libris cerę, cum ſit fundatus ſuper eius ſolo. Ex inſtrum. 26. extante. Nuncupatur Collangeli, ſeu Collis Angelorum, quia antequam extrueretur Eccleſia in honorem Virginis glorioſæ, ſuper eo colle auditus fuit conuentus Angelorum canentium laudes Beatæ Matię ſemper Virgini.

AQVILÆ.

4 CONuentus S. Caroli conceſſus fuit anno 1617. Hieronimo Ferello de Scurcula nomine religionis recipiente à Conſaluo Boueda Epiſcopo eiuſdem ciuitatis, domus pro fabricatione conuentus à noſtris empta fuit prętio 480. ſcutorum.

5 Conuentus S. Marię Annuntiatę diœceſis Pennę receptus anno 1621. à F. Hieronimo Ferello Scurculenſi.

Nota Conuentuum non extantium.

8 BOlognani conuentus S. Marię de Monte receptus fuit annō 1586. à F. Benedicto de Paulinis, concedente ab Abbate Hieronimo Bramonio.

9 Fontanę diœceſis Sorę conuentus S. Antonii de Padua conceſſus fuit anno 1538. F. Angelo de Blanchis de dicto loco, ſoluebatur vna libra cerę Capitulo Lateranenſi, cuius eſt Eccleſię ſolum.

8 Paganicę diœceſis Aquilæ S. Antimi conuentus Minoribus de Obſeruantia recedentibus anno 1569. noſtris conceſſus fuit.
9 Cuneoli diœceſis de Penna locus S. Marię Angelorum conceſſus fuit anno 1580. F. Benedicto de Paulinis ſupradicto de Peſculo, & F. Ioanni Baptiſtę de Benedictis Marchiano.
10 Collepetri diœceſis Aquilę S. Marię Gratiarum anno 1646.
11 Collelongi diœceſis Marſorum S. Marię Gratiarum conceſſus fuit anno 1630. F. Hieronimo Ferrello, approbante Paulo Antonio Thomaſetto Vicario Capitulari.
12 Auezani conuentus S. Antonij de Padua erectus ab Antonio de Flore, alias de Florentia laico ante annum 1516. in ſolo Lateranenſi, cum recognitione vnius librę cerę ſingulis annis, & quadriennia renouatione, & tunc erat ſub Prouincia Romana, vt conſtat ex Inſtrum. 27. extante. Dictus autem Antonius poſtea profecit eodem anno. Relictus fuit multis ab hinc annis, poſtea denuo receptus anno 1650. demum cum alijs ſupradictis ſuppreſſus ab Innocentio X.

C A

CAPVT XXIII.

De Prouincia Neapolitana.

1 *Neapoli. S. Catarinæ extra portam de Chiaia.*
2 *Neapoli S. Maria de Monte ad Pertuſium.*
3 *Neapoli S. Antonij de Padua ad Puſilipum.*
4 *Mataloniæ S. Mariæ de Monte diœceſis Caſertæ.*
5 *Atellę S. Antonij de Arringio extra.*
6 *Atellæ intra alter S. Mariæ de Angelis.*
7 *S. Seueri conuentus S. Rochi.*
8 *Fundis extra Vrbem campaniæ S. Marię Annuntiatæ.*
9 *Serfatę dięceſis Nolanę S. Marię ad Niues.*
10 *Caſtri Marini conuentus S. Antonij Abbatis.*
11 *Caietam extra S. Agathę.*
12 *Puteolos extra conuentus.*
13 *Casatij in dięceſi Campanię conuentus.*
14 *Pallatę Guardię Alferię S. Rochi.*
15 *Neapoli S. Marię Aſſumptæ.*
16 *Phoca diœceſis Troia S. Mariæ S. Sepulcri.*
17 *Ciriniola Nullius S. Maria Vinearum.*
18 *Luceria S. Antonius.*
19 *Prucina diœceſis Lucerię S. Marię Angelorum.*
20 *Regnani dięceſis Sipontina S. Marię Chriſti.*
21 *Luciti dięceſis Guardię Alferię S. Honophrij.*
22 *Rochę Iuuara dięceſis Treuenti S. Viti*
23 *Fręſię dięceſis Chieti S. Maria de Monte Carmelo.*
24 *Andrię S. Marię Noua*
25 *Pulignani S. Marię Hoſpitalis.*
26 *Marugij dięceſis Aletii S. Georgii.*
27 *Tricarici S. Antonii Vinearum.*
28 *S. Arcangeli Tricaricenſis diœceſis S. Mariæ Vrceolorum.*
29 *Veliarum conuentus dięceſis Brunduſinę.*
30 *Cherubinus Sanſonius Epiſcopus.*

Prouincia Neapolitana olim pluribus conuentibus conſtabat, modo reducta ad quatuor tantum, poſt ſuppreſſionem factam de conuentibus paruis. M. F. Antonius de Sillis ſuper Regulam fol. 43. illis vnit Prouincias S. Angeli de Monte Gargano, alias Luceriæ, Barii, Aletii, Apuliæ, & Baſilicatę. Ex vigintinouem conuentibus, extant modo tantum quatuor.

NEAPOLIS.

1 Conuentus fuut tres. Primus S. Catarinę prope portam de Chiaya nuncupatam extra ciuitatem iuſpatronatus de Fortis extabat anno 1550. Renouata fuit Eccleſia à fundamentis in alio loco iu ampliſſimam formam paucis ab hinc annis, nondum complete abſoluta, ex piis fidelium largitionibus agente in primis quodam F. Laurētio, qui fuit potens in ſermone, & opere.

Secundus conentus nuncupatur S. Maria de Monte ad Pertuſium conſtructa ab Onorio de Anſelmis, Ioanne Antonio, & Andrea de Ferrantis, Bartolomeo Petri Luiſii, & Matthia Euomi cum aliis anno 1563. conceſſa tunc Fratribus S. Mariæ de Mercede, deinde illis recedentibus Conuentualibus S. Franciſci anno 1568. demum noſtris anno 1570. vbi adhuc manent, aſſignata fuit.

3 Tertius nuncupatur conuentus S. Antonii de Padua ad Puſilippum Iſabella Ceraſo cum parabola, & conſenſu ſui mariti Doctoris Vincentii de Leone donatione irreuocabili inter viuos quendam fundum arboribus frugiferum ſatis amplum, & ſufficientem ad fabricandum Eccleſiam, & conuentum termino duorum annorum, aliter donatio nullius eſſet momenti facta F. Paulo Anſalono nomine Religionis recipienti, & exequenti, qui initium dedit Eccleſiæ, & conuentui die 30. Auguſti 1627. & ſequenti anno primo Nouembris aperta fuit Eccleſia ſub inuocatione S. Antonii de Padua, & cum licentia D. Franciſci Cardinalis Boncompagni Archiepiſcopi Neapolitani prima miſſa eodem die cum magna populi frequentia ſolemniter celebrata fuit; cuius ſolicitudine mota dicta Iſabella fecit Religioni ſecundam donationem vnius Maſſariæ contiguæ dicto fundo Eccleſiæ, & conuentui, ſequenti anno 1629. ex rogitu Petri Antonii

della Trinità Neapolis. Dictus F. Paulus perpetuuam adminiſtrationem illius conuentus obtinuit anno 1632. die 31. Auguſti, Bulla ſub num. CCLXXXIII. extenſa.

MATALAVNL.

4 Conuentus S. Mariæ de Monte diæceſis Caſertæ conceſſus à Carafenſibus eorum iuſpatronatus cum recognitione quatuor librarum ceræ laboratæ anno 1642. acceptante nomine religionis F. Ioſepho de Colle, qui pro religione multum laborauit in illis partibus bonus vir deceſſit in Domino anno peſtilentiæ 1656. ibidem nimis graſſantis.

NOTA CONVENTVVM NON EXTANTIVM.

5 Atellæ conuentus S. Antonij de Arriagio extra oppidum conceſſus à Luca Rapellano Epiſcopo in Regno Neapolitano anno 1425. confirmatur à Nicolao V. anno 1455. paulo ante eius obitum literis ad Epiſcopum Melfienſem directis, ex lib. 18. Bullar. Secr. anno eius tertio fol. 131. Vading. tom. 6. ad annum 1455. num. 126.

6 Intra eandem ciuitatem extabat conuentus S. Mariæ de Angelis, in quem ingreſſi fuerunt Minores de Obſeruantia, teſte eodem Vadingo ad annum 1475. numer. 3.

7 Seueriana in ciuitate nuncupata S. Seueri extabat conuentus S. Rochi conceſſus anno 1590. ſub Prouincia Neapolitana in numero ſuppreſſorum, alias ſub Prouincia Montis Gargani.

8 Fundis in Campania extra ciuitatem erat conuentus S. Mariæ Annuntiationis anno 1641. conceſſus à Duce Medinæ, inter ſuppreſſos derelictus.

9 Scafatæ diæceſis Nolanæ à fundamentis erecta fuit Eccleſia ſub inuocatione S. Mariæ ad Niues, & Sanctorum Andreæ Apoſtoli, & S. Franciſci, cum conuentu ex teſtamento Alphonſi Picolominei de Aragonia Comitis Celani, clauſo die vndecima Iunij 1612. & aperto die vigeſimo nono eiuſdem menſis, & anni, eius voluntatem adimplente Ioanne filio præfati Comitis. Inter ſuppreſſos annumeratus fuit.

10 Ciuitatis Caſtri à Mare extabat conuentus ſub nomine S.Antonij Abbatis, quem locum nuncupat noſter de Sillis Scafatæ, à qua diſtat per quatuor milliaria.

11 Caietam extra ad tertium lapidem noſtri extruxerunt Domum religioſam cum Eccleſia S. Agathæ ſumptibus Epiſcopi Gaietani ab anno 1327. quam & conſecrauit anno 1337. ibidem Fratres de ſuo alendo. Anno vero 1395. Minores Conuentuales agente Margarita Regina quondam Caroli Dyrrachani Regis Neapolitani relicta, Tertiarijs reiectis ſucceſſerunt, quibus poſtea ſuffecti fuerunt Minores de Obſeruantia, & ſic Conuentuales inciderunt in eandem foueam, in quam ceciderant Tertiarij paratam ab illis, ars enim deluditur arte. Gonzaga conu. 8. Prouinciæ Terræ Laboris. Vading. ad annum 1328. num.31.

12 Puteolana in diœceſi quidam Angelillus Capuanus poſſidebat locum ſterilem, & deſtructum, quem donauit F.Proculo Piſano de Puteolo, vt de licentia Laurentij ibidem Epiſcopi ſuper illum fundaret Eccleſiam, & conuentum, prout fecerunt ex approbatione Martini V. anno 1429. cum conceſſione priuilegiorum, Bulla eſt LXIII. ſub loco. ibidem Vading. num.21.

13 Caiatiis ciuitatis Campaniæ extabat conuentus primo conceſſus Canonicis Regularibus D. Auguſtini anno 1492. quibus recedentibus ſucceſſerunt Tertiarij, & demum eundem locum, illis defunctis, ingreſſi ſunt anno 1496. Minores de Obſeruantia. Gonzaga conu. 16. Terræ Laboris Prouinciæ.

14 Pallatę diœceſis Guardiæ Alferiæ conuentus S. Rochi.

15 Neapoli S.Mariæ Aſſumptæ Domus religioſa prope caſtrum S. Elmi recepta anno 1619. inter ſuppreſſas computatur.

16 Phocæ extra terram diœceſis Troiæ conuentus S. Mariæ S. Sepulcri.

17 Ciriniolam extra Nullius conuentus erat S. Mariæ Vinearum.

18 Luceriæ S. Antonius.

19 Prucinæ diœceſis Luceriæ S. Mariæ Angelorum.

20 Regnani extra terram diœceſis Sipontinæ S. Mariæ Chriſti.

21 Luciti diœceſis Guardiæ Alferiæ S.Honophrij.

22 Rochę Iuuaræ diœceſis Treuenti S. Viti.

23 Freſtæ dięceſis Chieti S. Mariæ de Monte Carmelo.

24 Andreæ extra ciuitatem S. Mariæ Nouę.

25 Pulignani S.Marię Hoſpitalis.
26 Marugij Equitum Melitenſium dięceſis Aletij S. Georgij.
27 Tricarici extra vrbem S. Antonij Vinearum.
28 S. Arcangeli dięceſis Tricaricenſis S. Mariæ Vrceolorum.
29 Veliæ prope portam diæceſis Brunduſinæ anno 1619. die 17. Februarij F. Antonius Maſſa ciuitatis Nerotinenſis obtinuit poſſeſſum cuiuſdam domus, & fundi circundantis eam domum à patre ſuo Petro Maſſa nuncupato, cum cæteris requiſitis & licentia alterius F. Antonij Maſſa Prouincialis Prouincię Neapolitanę fundandi Eccleſiam, & Conuentum, vt conſtat ex rogitu Ioannis Franciſci Optati Notarij Veliarum. Cęptus fuit ædificari expenſis, & ſumptibus paternis, ſed mortuo patre, dereliƈtus fuit imperfeƈtus.
30 Cherubinus in Sacra Theologia Magiſter cognomine Sanſonius patria Neapolitanus, Tertiarius, non clauſtralis, promotus fuit ad Epiſcopatum in Regno Tamburlarum anno 1646.
Ioſeph Tipaldus Neapolitanus ex Theatino Bononię apud noſtros profecit anno 1640. ſtatim Regens nominatus glorioſe Philoſophiam, & Theologiam docuit, gratus omnibus pręſertim peritis. Romę etiam docuit cum magna laude, in omnibus publicis congreſſibus paucis triumphum honoris reportabat; ibidem febricula aggreſſus feſtinanter deceſſit die 27. Nouembris 1641.

CAPVT XXIV.

De Prouincia Calabriæ.

1 *Orioli diæceſis Anglonæ S. Franciſci.*
2 *Biſintani conuentus S. Mariæ Gratiarum.*
3 *Sangineti S. Mariæ Pietatis.*
4 *Laci, ſeu Lacii S. Mariæ de Succurſu.*
5 *Fagnani S. Sebaſtiani.*
6 *Mataſaloni S. Mariæ de Cruce.*
7 *Coſentiæ S. Mariæ Angelorum.*
8 *Biſiniani S. Mariæ de Laureto.*
9 *Planeta conuentus.*
10 *Terrenoua S. Maria de Laureto.*
11 *Cropani diæceſis Catanzarij S. Saluatoris.*
12 *Zagariſii eiuſdem diæceſis S. Saluatoris.*
13 *Amanthea diæceſis Tropeiæ S. Mariæ de Laureto.*
14 *Domanici diæceſis Coſentiæ S. Mariæ de Monte Carmelo.*
15 *Maciſani diæceſis Catanzarii S. Saluatoris.*
16 *Cosi diæceſis Coſentiæ S. Mariæ de Cruce.*
17 *Bellicaſtri S. Mariæ de Floreſtella.*
18 *Beluederii S. Nicolai de Palumbaria.*
19 *Caſtri S. Lucidi S. Mariæ de Priſſano.*
20 *Grimaldi diæceſis Coſentiæ conuentus.*
21 *Coſentiæ S. Michaelis Arcangeli.*
22 *Lauelli conuentus.*
23 *Petræ Fittæ S. Mariæ Angelorum.*
24 *Stromboli S. Mariæ Gratiarum.*
25 *Lipari S. Bartolomai.*
26 *Tarentini conuentus.*
27 *Tribiſacianum S. Mariæ de Laureto.*
28 *Petricæ Eremitorium S. Cotaldi.*

PRouincia Calabriæ olim pluribus componebatur conuentibus, de quibus ad manus noſtras pauca peruenerunt, quæ mox ſubijciuntur cum conuentibus. Ex viginti octo remanſerunt tantum ſeptem.

ORIOLI.

1 COnuentus S. Franciſci diæceſis Anglonæ à F. Blaſio Margiono Calabro de Terra Sixiſi receptus anno 1439. cum multis alijs, vt notat F. Antonius de Sillis vir doctiſſimus in Annot.fol.32.referens,quod dictus religioſus iter fecit Florentiam, vbi ab Eugenio IV. die 6. Februarij 1439. obtinuit Bullam directam ab eo Pontifice ad Archimandritam S. Adriani diæceſis Roſſani,fundandi conuentus in ciuitatibus, & terris, non amplius in locis remotis à conuerſatione hominum, & Eremitorijs, in quibus à latrunculis diuerſa detrimenta patiebantur afflicti varijs eorum inſolentijs. Qui cum F. Petro de Pedacijs in breui conſtruxit conuentus Biſiniani,Cropani, Orioli,& alios. De hoc loco erat F. Dionifius Columba General 546. conuentus primo ædificatus fuit ab eodem in loco, quem poſtea ruinam minantem à Deo reuelatione accepta, alio tranſtulit,vbi nunc cernitur inter duo flumina, & S.Iulianum.

BISINIANI.

2 COnuentus S. Mariæ Gratiarum ab eodem Margiono conſtructus anno 1440. ſuper fundo, & domo ſibi donata à quodam Iacobo de Abbatibus ciue dictæ vrbis Biſiniani. Extabat alter conuentus,ſub num.8.

SANGINETI.

3 COnuentus S. Mariæ Pietatis in diæceſi S.Marci conſtructus anno 1558.ſuper fundo donato à Franciſco de Simone.

LACII.

4 COnuentus S. Mariæ de Succurſu in diæceſi Coſentina anno 1561.conceſſus à Thadæo Cardinali de Gadelis perpetuo

petuo adminiſtratori Eccleſiæ Coſentinæ per ſuum Vicarium Generalem Honorium Græcum Epiſcopum Læſinenſem.

FAGNANI.

5 Conuentus S. Sebaſtiani in diæceſi S. Marci receptus anno 1580.

MATAFALONI.

6 Conuentus S. Mariæ de Cruce diæceſis S. Marci conceſſus fuit F. Ioanni Greco de Terranoua Fratri Honorij Epiſcopi Larſinenſis, de quo in conuentu Laci, à Ioanne Antonio Grignetta Epiſcopo S. Marci anno 1585.

COSENTIÆ.

7 Conuentus S. Mariæ Angelorum receptus anno *1606.* Extabat ibidem antiquo tempore alter conuentus, de quo infra ſub num. 21.

Nota Conuentuum non extantium.

8 Iſinianum extra noſtri alium conuentum habebant ſub nomine S. Mariæ de Laureto.

9 Planctæ quædam pia fæmina nomine Lucia Catuna dedit fundum F. Ioanni Cutronenſi, vt ſuper eo ædificaret Eremitorium, & conuentum, anno 1500. Poſtmodum locus tranſiuit in dominium Minorum Conuentualium anno 1511. ex facultate Iulij Papæ II. Eſt ſub iuriſdictione Eccleſiæ Lateranenſis recognitæ quotannis libra vna ceræ. Ex Vadingo in fine tomi ſeptimi num. 30.

10 Terrenouæ *S.* Mariç de Laureto iuſpatronatus Ioannis Falconerij ab eodem conceſſus Fratribus Bernardino Negra, Ludouico de Marco, & Paulo de Ambroſijs de Cropano, auctoritate Matthçi Regij Archiepiſcopi Roſſanenſis, anno 1477. Dictus F. Paulus modo beatus veneratur, vt dicam infra ſub conuentu Cropani.

11 Cropani conuentus *S. S*aluatoris diæceſis Catanzarij, ſeu Cathacenſis ſub Metropolitano Regino fabricatus à F. Blaſio Margiono, de quo in primo conuentu ab anno 1441. Erat extra dictam Terram ob aeris intemperiem, & diſtantiam eo relicto pro quadam Confraternitate alium commodiorem prope dictum oppidum conſtruxerunt cum Eccleſia S. Mariæ Gratiarum ex licentia Apoſtolica *S*ixti IV. qui huius translationis examen commiſit Epiſcopo Cathacenſi die 20. Maij 1477. Bulla ex Vatic. lib. 105. fol. 279. Vading. tom. 7. ad dictum annum num. 41. ſecundum Aluam ex Bulla incip. *Pro ſingulorum*, anno 1476. n. 36. Ibi olim conſeruabatur corpus beati Pauli de Ambroſijs, cuius vitam ſub contr. 13. à num. 47. occaſione ſuppreſſionis conuentuum paruorum translatum ad Eccleſiam maiorem anno 1653. ad finem Quadrageſimæ, cum conditione reſtitutionis, ſi dictus conuentus recuperabitur, non fuit autem recuperatus, ideo ibidem frequenti fidelium concurſu colitur, ſicut in propria Eccleſia ſui Ordinis venerabatur.

12 Zagariſij conuentus *S. S*aluatoris eiuſdem diæceſis Cathacenſis receptus fuit anno 1533. inter ſuppreſſos.

13 Amantheam extra diœceſis Tropeiæ S. Mariæ de Laureto receptus anno 1535. ſuppreſſus cum alijs.

14 Domanici diœceſis Coſentiæ *S*. Mariæ de Monte Carmelo receptus anno 1550. *S*uppreſſus.

15 Maciſani diœceſis Catanzarij conuentus S. Saluatoris, poſtea S. Mariæ de Laureto receptus ex literis Iulij II. datis ſub die 18. Februarij 1505. directis ad Aſcanium Girardinum Epiſcopum Catanzarij, de numero ſuppreſſorum.

16 Coti diœceſis Coſentiæ S. Mariæ de Cruce, poſtea *S*. Mariæ Gratiarum receptus anno 1570. adſcribitur ſuppreſſis.

17 Bellicaſtri in diœceſi habebant conuentum S. Mariæ de Spiritu Sancto anno 1433. ex Inſtr. 13. & aliam 5. de Floreſtella ante annum 1446. Bulla incip. *Iuſtis*, pridie idus Maij, pro F. Franciſco de Vrcino, & ſociis circa oratorium Beatæ Mariæ de Floreſtella, Alua ad dictum annum n. 48. poſtea receperunt Eccleſiam S. Trinitatis 1583. à qua receſſerunt ad Eccleſiam S. Mariæ de Laureto; ſucceſſiue ad aliam S. Blaſii, demum redierunt ad eam S. Trinitatis, in qua remanſerunt vſque ad commune exterminium paruorum conuentuum.

18

18 Beluederij Caſtrum extra de anno 1441. conuentus S. Nicolai de Palumbaria derelictus à Minoribus vti illis incongruus conceſſus fuit F. Nicolao Artheſio recipienti nomine religionis ex conceſſione Eugenij IV. exequente Epiſcopo S. Marci, in cuius eſt diæceſi, vt apparet ex Bulla 103. fol. 170. Vading. ad dictum annum 1441. num. 71. vbi dicit noſtris conceſsum fuiſse à Fratribus Ordinis Minorum Regularis Obſeruantiæ. Sed res è contra ſe habet, nam ex dicta Bulla, quam ipſe extendit in ſuo Regiſtro tomi 5. ſub num. 198. fol. 293. manifeſtè apparet, quod dictus F. Nicolaus Tertij Ordinis profeſſor eam Domum S. Nicolai à ſe erectam fuiſſe, ac auctoritate Apoſtolica Minoribus conceſſam, & ab illis derelictam Papa conceſſit eidem Nicolao miniſterio Epiſcopi S. Marci, & non actione Fratrum Minorum.

19 Caſtri S. Lucidi in territorio extabat conuentus S. Mariæ de Priſſano diæceſis Coſentinæ conceſsus F. Franciſco Verzino Calabro ędificandus ſibi, & ſuis ſocijs. Vading. tom. 5. ad annum 1447. num. 94. & præcedenti anno 1446. num. 26.

20 Grimaldi in diœceſi Coſentina noſtri habebant olim conuentum, vt audio derelictum circa annum 1548.

21 Coſentiæ conuentus S. Michaelis Arcangeli intra eam ciuitatem conſtructus fuit à Petro de Ferrante, & Antonia eius coniuge, anno 1446. ex Vadingo ibidem num. 26. de quo Alua di dictum annum num. 39. citat Bullam incip. *Pijs fidelium*, pridie Calend. Maij, ex Vaticano in qua ſcribit Archiepiſcopo Coſentino, vt reſtituatur Oratorium præfatum Fratribus.

Lauellenſis in diæceſi, cuius ciuitas eſt ſub Acheruntina Metropoli Eugenius IV. concedit Fratribus Laurentio, & Paulo de Raguſijs quandam Eccleſiam cum nonnullis bonis de menſa Epiſcopali Lauellenſi, à Michaele ibidem Epiſcopo conceſſis nonnullis Eremitis ſub illorum regimine, accedente expreſſo conſenſu dicti Epiſcopi, cum priuilegijs alijs Domibus conceſſis vt apparet ex Bulla CXVII. Vading. ad annum 1444. num. 77.

23 Petræ Fitræ, ſeu Balliuæ Caſalis Francorum diæceſis Coſentinę conuentus S. Mariæ Angelorum olim inhabitatus à Capucinis conceſſus fuit noſtris anno 1633. per Lelium de Taſſis Vicarium Apoſtolicum Coſentiæ, exequente literas Sacræ Congregationis 1636. Iulio Antonio Sanctoro Archiepiſcopo Coſentino, adiunctus fuit ſuppreſſis.

24 Stromboli conuentus olim habitabatur S. *Mariæ* Gratiarum.

25 Lipari in inſula noſtri incolebant alium conuentum S. Bartolomæi.

26 Tarentini Archiepiſcopatus conuentus ex Bulla Eugenij IV. incip. *Sedes Apoſtolica* vndecimo Calend. Iulij, apud Aluam ad annum 1443. ſub num. 32.

27 Tribiſaciarum in terra Vniuerſitas dedit, & donauit F. Paulo di Feulo Commiſſario ad ſequentia deputato à F. Ioanne Græco de Terra noua Prouinciali Prouinciæ Calabriæ, recipienti, & aquirenti pro Religione iuſpatronatum Eccleſiæ S. *Mariæ* de Laureto à Baptiſta Cochio donatum eidem Vniuerſitati, approbante Iacobatio Epiſcopo Caſſani, cum pacto prope eam fabricandi conuentum, vt apparet ex Actibus Silueſtri Petronij de eadem Terra Notar. ſub anno 1586.

28 Patricæ oppidi Eremitorium S. Cotaldi in Archiepiſcopatu Tarentino, ex Bulla Sixti IV. incip. *Digna exauditione* 14. Cal. Ianuarij apud Aluam anno 1476. num. 45.

CAPVT XXV.

De Prouincia Siculana.

1 *Siclis conuentus S. Mariæ de Cruce in monte Syon diaceſis Syracuſana.*
2 *Salemis S. Maria Ieſu diaceſis Syracuſana.*
3 *Agrigenti S. Maria de conſolatione, alias extra S. Leonardi.*
4 *Martogna Drepani S. Maria de Angelis diaceſis Mazarenſis.*
5 *S. Filippi S. Maria de Angelis diaceſis Catanenſis.*
6 *Drepani S. Rochi diaceſis Mazarenſis.*
7 *Panormum extra S. Maria Annuntiata dicta la Ziſa.*
8 *Panormi S. Nicolai in Albergaria Infirmarium.*
9 *Panormi S. Maria de Pietate, nuncupata della Miſericordia à contrata.*
10 *Sacca S. Mariæ de Lilio diaceſis Agrigentinę.*
11 *Aſſori S. Mariæ de Ieſu, hodie de Aiuto diaceſis Catanenſis cum Hoſpitiolo in loco Valguarneria.*
12 *Burgij S. Viti diaceſis Agrigentina.*
13 *Calataſimi S. Michaelis Arcangeli diaceſis Mazarenſis.*
14 *Meſſana S. Maria de Miſericordia, alias S. Maria de Pikrio.*
15 *Alcami S. Mariæ de Iſtria diaceſis Mazarenſis.*
16 *Catania S. Nicolaus in Trixinis.*
17 *Termini conuentus primo S. Bartolomæi, deinde alibi S. Maria Portus ſalui.*
18 *Raguſa S. Antonini primo extra, deinde intra S. Maria la Noua diaceſis Syracuſana.*
19 *Marſala S. Maria Gratiarum diaceſis Mazaræ.*
20 *Modica S. Ioſeph diaceſis Syracuſana.*
21 *Cerami S. Michaelis Arcangeli diaceſis Meſſanenſis.*
22 *Nicoſia S. Mariæ de Angelis diaceſis Meſſanenſis.*
23 *Corleonis S. Maria Gratiarum diaceſis Montiſregalis.*
24 *Leonfortis S. Mariæ de Carmelo diaceſis Catanenſis.*
25 *Roma S. Pauli de Arenula.*
26 *Calataſueronis S. Mariæ de Miſericordia diaceſis Syracuſana.*

27 *Villefrancha S. Ioannis Baptiſtæ diœceſis Agrigentinę.*
28 *Roccha S. Marię Annunciata diœceſis Meſſana.*
29 *S. Nimphę S. Annę diœceſis Mazzarę.*
30 *Montis S. Iuliani SS. Rochi, & Sebaſtiani, & S. Maria diœceſis Mazarę.*
31 *Panormi extra S. Annę.*
32 *Meſſanam extra S. Brigida, & Hoſpitalis S. Martini.*
33 *Ferracana, verius Cerratanę S. Agathę diœceſis Syracuſana.*
34 *Platia conuentus.*
35 *Spacafurni, ſeu Iſpicefundi vel Scafurni S. Marię de Cruce diœceſis Syracuſanę.*
36 *Iacobi de Eugubio vita.*
37 *Franciſcus Quignonius Generalis Minorum, poſtea Cardinalis, & Protector.*
38 *Matthęus de Baſcio Capucinorum Pater.*
39 *Paulus Piſottus Parmenſis Generalis proſequebatur Capucinos.*
40 *Bartolomeus de Caſtello Magiſter F. Iacobi.*
41 *Iacobus martirium quęſiuit ſed non inuenit.*
42 *In pradicando efficax.*
43 *Prędicauit Drepanenſibus, Marſalenſibus, & Montenſibus.*
44 *Conciones cum lacrimis ſępe condiebat.*
45 *Conciones ſuas componebat, & addiſcebat orando.*
46 *Otioſus nonquam fuit.*
47 *Viſitationem infirmorum in extremis inſtituit Drepani.*
48 *Inſtituit pro eorum conuerſione Tertium Ordinem.*
49 *Iacobus ex Capucino fit Tertiarius.*
50 *Prędicauit in monte, vbi ad Deum puellam conuertit.*
51 *Recluſam in monaſterio S. Trinitatis à ſe fundato.*
52 *Nomina puellarum, quę ingreſſę fuerunt monaſterium.*
53 *Puella varias patitur perſecutiones.*
54 *Iacobus proceſſatur ab Epiſcopo Mazarenſi.*
55 *Declaratur innocens à Vicario Agrigenſi.*
56 *Vbi fundatur ſororum conuentus.*
57 *Iacobus carus fuit Cardinali de Carpo Protectori, & Viceregi Ioanni de Vega.*
58 *Tria monaſteria mulierum Drepani fundauit.*
59 *Carolus Borromęus Cardinalis ſucceſſit in protectorem.*

60

60 *Iacobus cum ſuis noluit recipere viſitationem ſub Pio V.*
61 *Coactus poſtea fuit eam recipere.*
62 *Habebant hoſpitiolum Drepani pro ſeruitio Sororum.*
63 *S.Carolus ſucceſſit Protector Iulius Cardinalis de Ruuere, qui Fratres diſperſos remiſit Drepanum cum facultate Capituli agẽdi.*
64 *Berardus Ferrus, cuius pater perſequebatur F. Iacobum, proſequebatur Congregationem dando eis conuentum infra Drepanum.*
65 *Congregatio licet conturbata creuit tamen.*
66 *Iacobus ſeruiuit Congregationi, & Drepanenſibus per 33. annos.*
67 *Tandem obijt in Domino Romę reuerſus Capucinus.*
68 *Hieronimus Riccius Drepanenſis.*
69 *Petrus Gramignanus laicus.*
70 *Seraphinus Lazara.*
71 *Antonius à Petra Perſia.*
72 *Vincentius de Genua.*
73 *Michael Burgius Drepanus.*
74 *Ioannes Antonius Brandus.*
75 *Franciſcus Lobellus.*
76 *Ambroſius Iugo.*
77 *Ioannes Baptiſta Prouenzanus.*
78 *Sanctorus Pecorella.*
79 *Ioannes Alberghinus.*
80 *Ioannes Vincentius Aliſerius.*
81 *Seraphinus Legius.*
82 *Benedictus Fidelis.*
83 *Franciſcus Sitaiolus.*
84 *Bernardus Sabbia.*
85 *Ioannes Baptiſta Caramba.*
86 *Gregorius de Goliſano.*
87 *Ludouicus de Monte.*
88 *Silueſter Caluus de Sicli.*
89 *Seraphinus Ciambra.*
90 *Lucas de Ceramo.*
91 *Literę ſacrę Pęnitentiarię pro F. Iacobo.*
92 *Literę eiuſdem pro Sororibus viuendi in clauſura.*

Pro-

Prouincia Siciliæ, quo ad illos conuentus, qui nunc ſunt in bonis huius Religionis, initium habuit ſub centuria decima quinta, qua florebant Tertiarij in vitæ auſteritate, & obſeruantia regulari diſcalceati incedentes cum calceis ſine caligis, ex quo nuncupantur *Frati Scalzi* Tertij Ordinis S. Franciſci, qui in bono exemplo non inuidebant Capucinis illis primis temporibus, vnde cum illis in veſtitu magnam contentionem habuerunt, vt refert Doctor Nicolaus Catalanus de S. Mauro in ſuo opere: *Fiume del Terreſtre Paradiſo* Typis Florentinis 1652. de Caputio S. Franciſci rotundo, non piramidali, fol. 14. ad 24. à quibus propriam tutatus fuit religionem F. Hieronymus Lance, qui à Paulo III. obtinuit Bullam deferendi habitum proprium licet ſimilem illi, quem Capucini deferre cœperunt, erigentes ſe contra noſtros, & recurrentes ad Pium IV. & demum à Gregorio XIII. Capucini impetrarunt, ne Tertiarij deferrent habitum conſimilem habitui eorum in colore, cuius Bullã extendi ſub n. CCXXXIX. Semper fuit ſubiecta Generali Italo, vt dicam in ſequenti conuentu primo. Ex triginta quinq; conuentibus, præſens Prouincia Siciliæ.

SICLIS.

Est oppidum inſigne iuris comitis Motycani Alphonſi Henriquez ex Fazelo Decad. 1. lib. 5. fol. 115. Rocchus Pirrus Doctor Theologus, & iuris vtriuſq; cenſor, & conſultor in S. Quæſitorum fidei tribinali, in ſuo opere *Sicilia Sacra* Notitia 2. Eccleſiæ Syracuſanæ fol. 256. de hoc conuentu ita perperam ſcribit: *Franciſcanum Tertij Ordinis in æde S. Mariæ de Cruce cænobium ære publico fundatum per Fratrem Antonium Nicoluſium die 25. Martij, ſexta inductione, anno 1571. ſecundum habet in Sicilia locum.*

§ Iſte conuentus eſt in bonis huius Ordinis de anno 1520. vt maniſeſte probatur per Bullam CCXIII. Clementis Septimi ſub datum 8. Nouembris 1530. in qua Pontifex approbat voluntariam Fratrum ſubiectionem Viſitationi ſuperiorum de Obſeruantia, eo quod incuria Superiorum Congregationis Lombardiæ eiuſdem Tertij Ordinis nonquam antea Fratres dicti conuentus Sicli

viſitau

viſitati fuerant, quod potius maximæ incommoditati locorum diſtantium, quam incuriæ illorum videtur adſcribendum. In qua Bulla duo dicuntur ad rem noſtram, primum quidem, quod Fratres Tertij Ordinis ſub vno Miniſtro eiuſdem profeſſionis in dicto loco morabantur per plures etiam vltra decem annos, vel circum circa; ac proinde cum Bulla ſit data anno 1530. ibidem habitabant de anno 1520. non obſtante Inſtru. 59. in quo refertur, quidam F. Ioannes de Schifiro Guardianus S. Mariæ de Ieſu Terræ Modicæ anno 1515. dono accepit à F. Ioanne Muriſet Tertij Ordinis S. Franciſci Eccleſiam de Monte Sion della cruci, quæ eſt ſupradicta à noſtris nunc culta; quia poſtea circa annum 1520. Minores cum alia, quam noſtri habebant in loco Spacaforni commutarunt, & ſic noſtri inde recedentes redierunt ad hanc Eccleſiam, cui nunc deſeruiunt in cacumine dicti montis de qua infra ſub num. 35. Eſt ſatis amplus, & clauſtris, ac dormitorijs magnificus. Alterum, quod dicitur in Bulla Clementis VII. eſt, quod nulla alia loca huius noſtri Ordinis tunc habebantur in inſula Siciliæ, ac proinde iſte obtinet primum locum, & non ſecundum in hac Prouincia. Tamen infra ſub n. 31. patet alios plures conuentus habuiſſe in hac inſula.

Error quoq; notatur in indictione, quæ eo anno currebat decima quarta, non vero ſexta, & initium capit in principio Septembris, & eius Sicula numeratio Indictionis concordat cum Romana, vt colligitur ex eius Notitia prima Eccleſiæ Panormit. fol. 111.

Quod ſi quis pro Pirro dicat, hunc conuentum ab eo vocari ſecundum ratione reformationis introductæ à F. Iacobo de Eugubio, primum vero reſpectu fundationis, cum ex his, qui nunc poſſidentur, nullus illo ſit prior. Reſpondetur ea, ſubſiſtere non poſſe, nam F. Iacobus primo recepit conuentum Martognæ, ſecundo illum Drepani, fuit ergo dictus Iacobus non ſolum reformator, ſed etiam fundator præfatorum conuentuum, inter quos cum non numeretur Siclis cænobium non poteſt vocari ſecundum nec fundatione, cum ſit primum, nec reformatione, cum alij duo prælibati præferantur illi. De F. Antonio Nicolutio nihil habeo, ideo ſub ſilentio illum prætereo.

In Eccleſia matrici Siclis veneratur corpus Beati Gulielmi eiuſdem Ordinis profeſſoris, conſocius Sancti Conradi, de quo

Pirrus

Pirrus fol. 255. & Ego ſuô loco, cum de Beatis egero. Ex his deducitur, hanc Prouinciam ſemper vnitam fuiſſe Generali Italo, vt colligitur ex citata Bulla CCXIII. per quam habetur, Italos ſuperiores neglexiſſe viſitationem Prouinciæ Siculæ.

SALEMIS.

NVncupatur vrbs Fidelis à Pirro Notit. 6. Eccleſiæ Mazarenſis fol. 569. in colle ſuper amnem Selinim de conuentu recepto anno 1520. extra hanc ciuitatem fol. 570. ita ſcribit: *Franciſcanum Tertij Ordinis in D. Maria de Ieſu, extra mœnia ad paſſus 500. cœnobium tertium eſt in Sicilia. Viros peperit illuſtres.* Primo *M. Sanctorum Pecorellam, pietate, & cæteris virtutibus conſpicuum, electum motu proprio à Paulo Papa V. quinto* Maij 1614. *Priorem perpetuum Cœnobij Romani eiuſdem Ordinis in S. Pauli la Renula. Id anno 161... pro Siculis Fratribus ſub Prouinciali Siciliæ ab eodem Pecorella eſt fundatum. Eligitur poſt Vicarius Apoſtolicus Generalis totius Ordinis.* Secundo M. *Antonium Brandum, is vir magnæ auctoritatis, maximæq; æſtimationis ob virtutum promerita; iugis pœnitentia ſemper cilicio præcinctus; orationi, ſanctorumq; patrum ſtudijs totus deditus fuit. Hac promotus fama Clemens Papa VIII. eum, vt ad Præſulatum proueheret acceſſiuit Romam. vbi die* 20. Maii *162.. obiit, ad cuius venerandum corpus cum plures confluerent, vix ſequenti die præcepto Vicegerentis Papæ humari potuit in æde propria SS. Coſmæ, & Damiani. Conſcripſit verſu heroico Roſarium Beatæ Virginis impreſſum Panormi anno* 1596. *Item literas tranſmiſſas Reipublicæ Venetæ, quæ interdicto Apoſtolico ſub Clemente Papa Octauo ſubiiciebatur, præmonſtrans eius errorem, atq; exhortans, vt vero Apoſtolico Paſtori ſe ſubiiciat. Item Chronicon Romanorum Pontificum; atq; vitam S. Philippi Agyrenſis.*

Notandi ſunt errores non Pirri, ſeu eius, à quo inſtructus fuit, religioſi ignorantis veritatem narratorum, relicto errore, quod is ſit tertium cænobium, cum ſit ſecundus antiquitate ſuæ fundationis ſub anno 1520. ex Monumentis dicti conuentus, quæ narratur de Pecorella ſic corrigenda ſunt, nam F. Ioanne Baptiſta Prouenzano Theologo Generalis bis, in officio defuncto die vndecima Aprilis 1614. vt conſtat ex Catalogo noſtro ſub cap. 13. n.

51.prouidit Paulus V.religioni ne ſine capite vacillaret, dando ei in Apoſtolicum Vicarium Generalem dictum Pecorellam, vt apparet ex eius Bulla CCLXVII. ſub datum quinto Maij 1614. Anno vero 1616.quo celebratum fuit Capitulum Generale Romę die 21. Maii Vigilia Pentecoſtes, ad Generalatum aſpirans colluſus fuit cum concurrente M.Franciſco Guido de Monteflorum concionatore celeberrimo, poſt ſextum ſcrutinium altercationem dirimente M.Matthęo de Montefaño electo contra illos in Generalem 52.in ordine. Spe in futurum deſperatus ſe conuertit ad benefaciendum ſuę Prouincię auctione conuentuum, nam conuentum S. Pauli de Arenula vulgariter della Regola nuncupati emit à F. Diſcalceatis S.Auguſtini,approbante Paulo V.die 16.Martii 1619.vt apparet ex eius Bulla CCLXIX.de quo iterum redibit ſermo, cum agam de conuentu prędicto ſuo loco. Conſtat ergo ex his non fuiſſe primo electum Priorem perpetuum dicti conuentus, ſed ſolum Vicarium Generalem Apoſtolicum,& poſtea dicto anno 1619. cępit illud gubernare,ob cuius merita, & tantum beneficium ſuę Prouincię collatum, Vocales in Capitulo Prouinciali Siculano de anno 1625.illum elegerunt Priorem dicti conuentus per triennium, & etiam perpetuo, cum clauſula: *Niſi obſtet huiuſmodi electio decretis Concilii Tridentini, Summorum Pontificum, &c.* Re delata ad Sacram Congregationem, quia talis electio perpetua aduerſatur cap.1.Regulę, decreuerunt Eminentiſſimi facere illi gratiam,approbando dictam electionem perpetuo duraturam in eo religioſo, ob eius merita, & bonam ſenectutem.

Tempus mortis M.Ioannis Brandi de Salerne non accidit die vigeſimo *Ma*ii anno 162...ſed reuera die decima tertia prędicti menſis *Ma*ii anno 1608. teſte ex noſtris F. Petrus de *Me*ſſana nunc Priore S.Pauli de Arenula Romę, qui eius morti interfuit, narrans,quod infirmitate nimis grauatus, voluit eius vexatione non obſtante ſemper decubare in lectulo ſuo habitu indutus ſatis aſpero,ſicuti cum illo requiem de nocte ſemper capiebat, quando ſanus erat. Quando autem ęgrotabat ſolitus erat repetere ea verba D.Martini: *Domine, ſi adhuc populo tuo ſum neceſſarius, non recuſo laborem.* Cum Fratribus circumſtantibus eggreſſus eius felici ab hac vita mortali miſeriis plena, ſpiritualiter ſubuenienti-

bus,

bus, imitando Sanctum Patrem, recitauit Pſalmum: *Voce mea ad Dominum clamaui* 141. & dictis illis verbis: *Me expectant iuſti, donec retribuas mihi.* Reddidit animam Deo Creatori ſuo, à quo eam receperat. Sepultus autem fuit in Eccleſia inferiori Sanctorum Coſmę, & Damiani. In religione cohoneſtatus fuit diuerſis officiis ex maioribus.

AGRIGENTI.

3 CIuitas Epiſcopalis vulgariter nuncupata Girgenti commendatur à Pirro, & gaudet titulo Magnificę vrbis, de qua ipſe agit Notit. 3. fol. 265. de conuentu noſtro ſub fol. 328. hęc habet: *Franciſcanus Tertius Ordo D. Maria de Conſolatione ſuam fixit ſedem Agrigenti anno* 1523. *ſecunda indictione fundatore M. F. Hieronimo Rizzo Drepanenſe Prouinc. Fratres* 12. *vnc.* 91. 20. Ex Monumentis ordinis habeo illum conuentum fuiſſe extra ciuitatem ſub nomine S. Leonardi confeſſoris, & poſtea translatum intra, vbi nunc manet quaſi in corde vrbis in ſitu ſatis amplo. Non concordo cum Pirro ſub eo anno 1523. niſi ipſe loquatur de primo ingreſſu, cum noſtri ingreſſum ponant ſub anno 1534. intellectum intra ciuitatem, concors erit diſcurſus.

MARTOGNÆ.

4 LOcus eſt ſegregatus à comercio, ac conuerſatione hominum ſitus fere ad radices Montis S. Iuliani, qui nuncupatur Mons Drepani à Pirro Notit. 6. Mazarenſis Eccleſię fol. 562. complacendo Drepanenſibus, nuncupatur ciuitas Excelſa hoc titulo more aliarum inſulę Siculę, quia ſita eſt ſuper cacumen alti montis inexpugnabilis, aliis nominibus appellatur, pręſertim Mons Ericynus, in omnibus contendit cum Drepanenſibus, à quorum vrbe diſtat noſter conuentus per trimilliare, de quo idem Pirrus fol. 551. ſequentia in medium producit.

Franciſcani Tertii Ordinis primum religioſiſſimum cœnobium S. Maria de Angelis à Martogna dictum fundarunt, hoc ſane modo. Cum F. Iacobus de Eugubio ciuitate Vmbria Minorita Obſeruantia facultatem exoraſſet à Paulo Papa III. & Protectore Ordinis ſui Cardinale S.

Crucis

Crucis prędicandi verbum Dei infidelibus, & nauigaſſet Conſtantinopolim verſus, ventis contrarijs agitatus, in Italiam rediit primum Panormum, deinde Drepanum, vbi ſe totum diuinæ gloriæ exaltationi, atq; ſanctis exercitationibus dedit, ita in Eremo aliquam fundandi congregationem virorum. qui vellent ibi ſolitariam pro Deo agere vitam, ad eius vota proclinis Iacobus Fardella nobilis Drepanenſis dedit quendam terræ tractum ſub aſpero colle Montis Ericyni, vt ex tabulis Notarij Franciſci Lombardò 29. Martii. 13. indict. 1540. conſtat. Ibi conſtituit Oratorium nouæ Congregationis ſub inſtituto Tertii Ordinis S. Franciſci, (quia ipſe F. Iacobus Diſcalceatus incedebat nomen delli Scalzi *adhuc retinẽt Fratres huiuſmodi) quod confirmatum eſt per reſcriptum Apoſtolicum Pauli III. vltimo Maii, 14. Indict. 1541. cum facultate admittendi ad habitum quotquot vellet viros. Hac arrepta ſancta occaſione plures nobiles, & literis praditi Drepanenſes regularis obſeruantiæ ſtudio allecti ad eum acceſſerunt. Ob aeris inſalubritatem, & loci incapacitatem à primo loco dato à Fardella, concedente eodem Pontefice per literas anno ſui Pontificatus decimo tertio exſcriptas anno 1546. commigrarunt in alium aptiorem, atq; ad deuotionem magis idoneum* Martognam, *ſeu* Vallis Clarum *nuncupatum in radicibus montis ad occidentem 3. paſſus mille à Drepano. Ibi hodie magna ſanctitatis fama degunt Patres. Hic iacent primo F. Petrus Granſignanus laicus, celebris Dei ſeruus; ſecundo F. Seraphinus Lazara Lilybæianus, cuius anima vti columba viſa eſt in cœlum volare, ex MS. religionis. Fratres 18. cum vnc. 315. 10.7.*

Notanda ſunt aliqua ſuper hanc hiſtoriam Pirri. *Primo* quidem, hunc non eſſe primum conuentum huius Prouinciæ, cum prælibati in ciuitatibus Sicli, & Salemis, & Agrigenti hunc ſua fundatione, vt vidimus, præceſſerint. *Secundo*, nullam potui inuenire Bullam Pauli III. ſuper hac re; ſolum ad manus meas peruenerunt literæ ſacræ Pænitentiariæ, per quas Robertus Cardinalis Sanctorum quatuor Coronatorum Pænitentiarius, Fratribus Tertij Ordinis Eremitorij loci de Martogna, eo quod illis eſt incommodum audire diuina intra Drepanum propter diſtantiam, concedit, vt poſſint celebrare in ſuo oratorio conſtructo, vel conſtruendo in dicto eorum Eremitorio, ſub datum ſecundo nonas Iulij anno duodecimo Pontificatus Pauli III. hoc eſt Chriſti 1546.

1546. quo etiam dictæ literæ executæ fuerunt ab officialibus regijs die vndecima Nouembris, vt conſtat ex inſtrumento 79. Quare cum ex literis datis à S. Pænitentiaria ſupponatur oratorium, vel ſaltem locus Mattognæ Fratribus conceſſus, non anno 1546. ſed antecedenter ea translatio facta fuerat, & anno eius decimotertio erat 1547. Chriſti, cum Paulus III. electus ſit anno 1534. die duodecima Octobris, à quo numerando ad decimum tertium peruenitur ad annum 1547. *Tertio* hic agendum eſſet de geſtis F. Iacobi Eugubini, ſed ne idem in pluribus locis repetamus, congruentius de eo agam infra cum de viris illuſtribus verba fecero ſub num 36.

Locus eſt nouitiatus à Clemente VIII. deputatus per ſuum Breue expeditum vndecimo Nouembris 1600. quod impetrauit F. Antonius Buſcetta.

S. PHILIPPI.

5 CIuitas regalis nũcupata Agyra à Pirro Notit. prima Eccleſiæ Catanenſis fol. 105. ſub cuius eſt diæceſi, appellata *S. Filippo* propter honorem, & memoriam S. Philippi natione Conſtantinopolitani miſſi ad conuerſionem Agyrenſium à S. Petro, cuius reliquiæ in magna habentur ibidem veneratione, propter quamplura beneficia, quæ incolis ad eius preces deuote concurrentibus copioſe confert vti eorum Patronus, de quo ſolemniter celebratur officium die 12. Maij, vt infra dicam. De hoc conuentu Agyrenſi idem Pirrus fol. 109. ſcriptum reliquit ſequentia.

Franciſcanorum Tertii Ordinis ſub titulo S. Mariæ de Angelis anno 1551. extructum ope F. Vincentii Menai Agyrenſis eiuſdem Ordinis. Ibi Mons Caluarius nuncupatus die Paraſceue magna hominum frequentia, ac religione colitur.

Expungendus eſt error anni Chriſti 1551. nam debet exprimi annus 1561. quia Raynutius Cardinalis Presbiter tituli S. Angeli Pænitentiarius, vt patet ex Inſtr. 60. licentiam conſtruendi dictum conuentum dedit F. præfato Vincentio de Minio, vt ibidem dicitur, expeditis literis die decima tertia Maij, anno ſecundo Pontificatus Pij IV. qui coincidit cum anno Chriſti 1561.

nam

nam creatus fuit Papa ſeptimò Calendas Ianuarj, ideſt 26. Decembris anni 1559. Fuiti, & cœpti 1560. Ergo eius ſecundus annus in Pontificatu fuit 1561. ſub anno vero 1551. regnabat Iulius Tertius, & poſt eum Marcellus Secundus anno 1555. & demum Pius Quartus ab anno 1560. vt dictum fuit.

Conuentus autem S.Philippi eſt locus Nouitiatus, vt patet ex Collectione Decretorum Decr. 9. Locus valde aptus regulari obſeruantiæ, inhabitatus à religioſis exemplaribus, bonæ famæ, vbi adhuc viget rigor diſciplinæ regularis inductæ à noſtris ſenioribus.

Frater Bonauentura Gianſabella vir eximius eiuſdem Ordinis profeſſor vti Procurator huius ciuitatis Agyrenſis obtinuit à Sacra Congregatione Rituum facultatem recitandi officium S.Philippi, prout apparet in ſequenti Decreto.

Cum alias ſub die 3. Aprilis 1632. F. Bonauentura Gianſabella Tertij Ordinis S. Franciſci vti Procurator ciuitatis S. Philippi Catanienſis diæceſis aſſerendo per totum Siciliæ Regnum antiquo tempore, fuiſſe ſub ritu duplici recitatum officium cum Miſſis de communi in honorem S.Philippi Argyrionis Presbiteri, & confeſſoris, ſupplicaſſet pro licentia continuandi, non obſtante Decreto contra abuſus edito. Inſtans etiam approbati Lectionem propriam in honorem eiuſdem Sancti, quam exhibebat. Sacra Rituum Congregatio ad relationem Eminentiſſimi, & Reuerendiſſimi Domini Cardinalis Caſarini reſponderit: Poſſe continuari officium cum Miſſis in honorem dicti S.Philippi iuxta Rubricas, & antiquiſſimam conſuetudinem.

Cumque idem Frater Bonauentura de nouò inſtiterit pro Lectionibus proprijs, & Oratione, & concurreret in hoc commune Votum Eminentiſſimi, & Reuerendiſſimi Domini Cardinalis de Torres Archiepiſcopi Montis Regalis, ac etiam Archiepiſcopi Meſſanenſis, Epiſcopi Cephaludenſis, & Archimandritæ Meſſanenſis: Sacra Rituum Congregatio ad relationem eiuſdem Eminentiſſimi, & Reuerendiſſimi Domini Cardinalis Cæſarini ſupradictam Lectionem propriam de mandato eiuſdem Sacræ Congregationis compilatam, vna cum prædicta Oratione propria approbauit, ac in tota Diæceſi Catanienſi in Officio dicti

Sancti Philippi libere recitari poſſe permiſit, & in reliquis de Communi, iuxta rubricas, & pro maiori recitantium commoditate, ſupradictam Lectionem, vna cum Oratione, ac præſens Decretum imprimendi licentiam dedit, & conceſſit. Die quinta Iunij 1634.

D. Episc. Portuen. Card. Pius.

Iulius Roſpilioſus Secr.

LECTIO QVARTA.

PHilippus ab Argyrio Siciliæ vrbe, vbi diu verſatus obijt, vulgo dictus Argyrion, à Romano Pontifice in eamdem inſulam miſſus, magnam illius partem ad Chriſti fidem perduxit. Vitæ ſanctitate, & miraculorum gloria inſignis, in dæmones præcipue mirus fuit. Neque vis eiuſmodi in morte deſijt. Extat ad tumulum illius templum tota Sicilia celeberrimum, ad quod vndique eiuſdem natali die concurritur, confluente præſertim inſigni ſpectaculo, magno energumenorum numero, quibus etiam nunc eſt maxime ſalutare. Itaque Argyrium, quod Philippo cognomen dederat, ab eodem pari vtrobique felicitate nomen inuenit.

ORATIO.

DEus, qui Beatum Philippum Confeſſorem tuum miraculorum gloria decoraſti: concede propitius, vt quotquot eius implorant auxilium, tuam ſibi miſericordiam ſuis in neceſſitatis gaudeant affuiſſe. Per Dominum Noſtrum Ieſum Chriſtum, &c.

Dictam autem Orationem, & Lectionem ipſe Frater Gianſabella compoſuit, & ab eadem Sacra Congregatione confirmationem obtinuit, vt patet ſupra,

DRE-

DREPANI.

6 Ciuitas intitulata Inuictiſſima ſub diœceſi Mazarienſi ad litus maris, de qua Pirrus in Notitia 6. Eccleſiæ Mazar. plura dicit, & ad rem noſtram ſub fol. 551. ita narrat de noſtro conuentu.

Diſcalceatorum Tertij Ordinis alterum S. Rochi tempore peſtis anno 1574. 20. Maij opera M. Michaelis Burgio nobilis Drepanenſis bis Prouincialis viri religioſiſſimi fundatur cænobium, Sancti Thomæ Cantuarienſis, & Diui Caroli Borromæi celebri imagine exornatum. Viros pietate, auctoritate, & literis illuſtres edidit. Primo *M. Ioannem Baptiſtam Prouinzanum iterum ſua Religionis Generalem, vt mox.* Secundo *M. Fulgentium à Drepano tertium Prouincialem.* Tertio, *M. Seraphinum Ciambra eximium Concionatorem, atque Prouincialem.* Quarto *M. Hieronymum à Drepano literarum ſtudio, & concionatoris munere notum iterum Prouincialem.* Quinto, *M. Ioannem Baptiſtam Prouinzanum ſecundo, qui in Prouincialatus officio deceſſit. Fratres* 30. *cum vnc.* 299. 15.

Hoc poſtremum correctione eget, nam Prouenzanus defunctus eſt in officio Generalatus ſecundæ vicis die vndecima April. 1614. non Prouincialatus ex dictis ſuper conuentu Salemis, & in cap. 13. de Catalogo Generalium num. 51.

Huius autem conuentus initium promouit, & adiuit ſingularis benefactor Berardus Ferrus, vt dicam infra in vita F. Iacobi ſub n. 64. concedente Antonio Lombardo de Marſalla Epiſcopo Mazarenſi 40. in ordine ad Pirrum fol. 529.

PANORMI.

7 Vrbs eſt omnium totius Siciliæ maxima, ac ſplendidiſſima, Regni caput, & Sedes Præſidis, quem Hiſpaniarum Rex huc cum titulo Viceregis mittit. Inquit Philippus Cluuerius in Præfat. ad Siculos relatus à Roccho Pirro lib. 3. trium Siciliæ, Metropoleon Panormitanæ, Meſſanenſis, & Montisregalenſis, fol. 49. Tres conuentus habet Religio Panormitanos, de quibus ſingillatim agendum ſucceſſiue eſt.

CONVENTVS ZISÆ.

SAnctę Marię Annuntiatę extructus fuit ſumptibus, & expenſis nobilis viri Nicolaij Antonij Spataforę, cui, & Prouinciali tunc temporis Cęſar Marullus Meſſanenſis, regius olim Capellanus, Agrigentinus deinde Epiſcopus, poſtmodum euectus ad Archiepiſcopatum Panormitanum, Regius Conſiliarius, de quo Pirrus fol. 184. conceſſit licentiam fabricandi Eccleſiam, & conuentum in loco dicto *la Ziſa* die vndecimo Iulij decimę Indictionis 1582. quo anno pręcedenti die 26. Iunij dictus Spatafora Fratribus donationem fecerat de nonnullis bonis in ordine ad fundationem conuentus, & eccleſię, vt conſtat ex Inſtrum. 61. ſuo loco extenſo. De quo conuentu dictus Pirrus fol. 219. ſequentem reliquit memoriam. *Sancta Maria Annuntiata vocant la Ziſa, extructum eſt anno* 1581. 26. *Iunij. ſuppeditante ſumptus Nicolao Antonio Spatafora. Diſtat ab vrbe* 500. *paſſus.* Ex dictis corrigitur error anni, & explicatur licentia fundandi eccleſiam à donatione, nam vt patet, donatio facta fuit 26. Iunij, & licentia fabricandi ſuper donatum ſequenti vndecimo die Iulij ſub eodem anno 1582. vt etiam probat Indictio decima, quæ eo anno currebat, & ſequens Inſtr. 62.

CONVENTVS S. NICOLAI.

8 INtra ciuitatem eandem Panormi habetur conuentus S. Nicolai in Quarterio Albergarię, in contrata S. Ioannis de Tartaris. Pręfatus Archiepiſcopus Panormitanus cognomine Marullus, qui licentiam dedit fabricandi Eccleſiam, & Conuentum Ziſę, indulſit quoque F. Michaeli lo Burgio Prouinciali, vt nomine ſuę Religionis poſſet fundare Eccleſiam ſub inuocatione Sancti Nicolai in prędicto ſuo loco Albergarię cum grangia ſuper nonnullis domibus in pluribus corporibus exiſtentibus donatis à quodam Reuerendo D. Vincentio de Galluzzi ciui Panormitano, pro vſu, & habitatione Fratrum Ziſę. Hęc autem conceſſio expedita fuit anno 1583. vndecimę Indictionis

die

die decima ſeptima Iulij,vt apparet ex Inſtrum.62.Pirrus eodem fol. 219. concorda: his verbis: *S.Nicolaii de Tartaris ab anno 1583 erat ibi hoſpitium Cænobii, de quo proxime egi.* Ideſt conuentus Ziſæ. Bene ſcribit,*erat*, quia noſtris temporibus redactum eſt in conuentum formalem cum Priore, & alijs officialibus.

Habet infirmarium, in quo omnes infirmi conuentuum Ziſæ,& Miſericordiæ, ac aliorum locorum circunuicinorum eiuſdem Ordinis,cum omni caritate diligentiſſime,&accuratiſſime curantur, eis ſubminiſtrante omnia neceſſaria Aromataria conuentus Miſericordiæ, adeo quod in ea ciuitate Panormi infirmi Fratres non inuident alijs extraneorum Ordinum religioſis languentibus in ſuis infirmarijs, qui noſtris aſſociari quandoq; exoptant, cum illi omnibus affluant, excepta ſanitate, quam paulatim lucrantur, niſi aliter de illis Deus diſponat.

CONVENTVS MISERICORDIÆ.

9 TErtium occupat locum ordine fundationis. Sed primum obtinet ſtructura Eccleſiæ ampliſſimæ moderniore architectura reſplendentis, quæ omnibus neceſſarijs, & ſacris ſuppellectilibus ad diuinum cultum oportunis abundat,ſed non ſuperfluit; in bonis quoq;fortunæ, & pijs fidelium eleemoſinis continuo aluntur circa 70.& vltra religioſos, qui diu,& noctu Eccleſiæ in diuinis officijs,adminiſtratione Sacramentorum,concionibus, & alijs pijs operibus inſeruiunt.

Singulis diebus Martis Feriæ tertiæ in hac Eccleſia cum magno fidelium concurſu veneratur Beata Anna Mater Dominæ noſtræ S.Mariæ Virginis, cui hæc Eccleſia eſt dicata, miſſis quampluribus ad eius Altare (ſingulis enim diebus ex noſtris celebrant ſacerdotes circa 40. cum alijs extraneis) expoſitione ſolemni auguſtiſſimi Euchariſtæ Sacramenti pro ind gentijs ſingulorum, & concione in honorem eiuſdem Sanctæ Annæ, cum adminiſtratione Sacramentorum pluribus deuotis perſonis huius Sanctæ Protectricis Prouinciæ Siciliensis, vnde in pleriſq; eius cænobijs eodem modo colitur hæc ſanctiſſima heroina. Huius deuotionis inuentor fertur F. Seraphinus Legius, de quo infra in Notula religioſorum illuſtriũ huius Prouinciæ ſub n.81.

Cauſa huius deuotionis traditur ex eo, quod noſtri ante fundationem horum trium conuentuum habitabant in quodam Eremitorio cum Eccleſiola dedicata S. Annæ Deigenitricis matri, à quibus tot beneficia recognoſcentes noſtri continuant cum magno decore, & ſplendore hunc ſacrum ritum in ædificationem fidelium.

Initium Eccleſiæ ſub inuocatione S. Mariæ *della Miſericordia*, & conuentus ſe habet hoc modo.

Extabat Capella depicta cum Imagine Diuæ Mariæ ſub vocabulo de Pietate ædificata per Gaſparem Bonetta ſeniorem in terreno, & loco Octauij Bonetta, ſito, & poſito in hac vrbe Panormi in Quarterio Xalſiæ,& in contrata vocata *di la Miſericordia*; quam Imaginem Papirius de Opiczinghis Baio Palatij Adriani prætendebat amouere à dicto loco, vnde poſt multam partium altercationem decretum fuit, non eſſe amouendam, ſed ſtare immobilem in eodem loco, tamquam ædificatam per prædeceſſores ipſius Octauij, anno 1594. die quarto Nouembris; ſententia poſtmodum lata die octauo eiuſdem menſis, & anni; declaratum quoq; pertinere ad menſam Archiepiſcopalem Panormi. Deinde dictus Octauius Bonetta, præſente Commiſſario Curiæ Archiepiſcopalis Panormi nuncupato *della Mendola* die 27. Nouembris eiuſdem anni 1594. ea ſtante ſententia, declarauit, quod dicta Imago S. Mariæ de Pietate in pariete depicta Capellæ in contrata Miſericordiæ tradatur Fratribus Ordinis S. Franciſci de Scalcis, ad effectum, vt ibi prope conſtruatur Eccleſia, & aſſignetur cum omnibus iugalibus, reddibus, & elemoſinis, & ita contentus eſt dictus Octauius, & contentatur pro omni iure ad eum ſpectante. Vnde Didacus de Haedo Hiſpanus è Cantabria, de quo Petrus fol. 185. Archiepiſcopus Felicis Vrbis Panormi die 27. Auguſti, nonæ Indictionis 1596. dictam Capellam cum Imagine S. Mariæ de Pietate conſignauit ad cuſtodiam ſub nonnullis conditionibus, & ad habitum ſuum Fratribus S. Nicolai ſecundi conuentus, de quo ſupra, cuius tandem liberam conceſſionem, cæptis iam Eccleſia, & Monaſterio, petente F. Sanctoro Pecorella Præſidente in eadem Capella, conditionibus caſſatis, in fauorem Ordinis indulſit, ex quo Fratres alacriori animo potentes in opere, & ſermone ex largis Panormitanorum

norum eleemoſinis perfecerunt Eccleſiam in eam formam,& pulcritudinem, quibus nunc perſpicitur. Colliguntur fere hæc ex Inſtr.*63*.& alijs Manuſcriptis dicti conuentus, cuius prælibatam Eccleſiam Pirrus fol.219.commendat his verbis: *S.Maria de Miſericordia breui hoc cœnobium Panormitanorum pietate ab anno 1597.die primo Maii, adeo excreuit, vt maximum, ac nobiliſſimum cenſeatur.* Conuentus *della Miſericordia* nuncupatur denominatione accepta à contracta; S. Mariæ de Pietate ab inuocatione Sacræ Imaginis,quæ miraculis coruſcans à fidelibus ibidem deuotiſſime colitur.

Inter alia memoranda, cæptum fuit magnum clauſtrum cum columnis marmoreis, & nunc ſuper illis fabrica erigitur à Fratrib. Habent Bibliothecam multis libris tum Sanctorum Patrum,tum Theologorum,tum concionatorum,& aliarum profeſſionum refertam, & ornatam. Commendantur quoq; religioſi huius Prouinciæ ex Aromataria officina, ad quam maior pars ciuitatis concurrit pro medicinis, & aliis neceſſarijs ad ſanitatem corporis recuperandam, & conſeruandam. Locus eſt Studiorum Philoſophiæ, & Theologiæ tum ſpeculatiuæ, tum moralis, deputatus quoq;pro Nouitijs recipiendis, & educandis ad formam conſtitutionum Clementis VIII. vt patet ex Decr.5.

SACCA.

10 Ciuitas intitulata Digna, Thermę Selinuntiorum etiam nuncupata, vulgo Siacca, ſub diæceſi Agrigentina, de qua Pirrus ſub Notia 3.fol.332.ad ora Lybici maris, de conuentu noſtro fol. 337. ſic ſcribit.

Franciſcani Tertij Ordinis S. Mariæ de Lilio anno 1585. fundatore P. Paulo Marcanra Alcamenſe, qui fuit celebrrimus iuriſconſultus ante ſuſceptum Franciſcanum habitum. Hic claruit M. Franciſcus Lobellus Eccleſiaſtes præcipuus. Fratres 18. cum vnc. 155.

Eſt autem hæc Eccleſia Iuſpatronatus ciuitatis Saccæ, & Iuratorum eius, vt conſtat ex quodam Inſtrumento inter ſcripturas eius conuentus conſeruatas, in quo Aloyſius de Catania Epiſcopus Agrigentinus inueſtiuit in Canonicum Reuer. D. Angelum Melfam, ſub die 26. Iulij 1564.

Legi in Actis Capituli Prouincialis celebrati in conuentu S. Nicolai Panormi die 30. Maij 1588. acceptatum fuiſſe dictum conuentum ad formam cap. 29. Regulæ per Prouincialem F. Silueſtrum de Sicli tunc electum, de conſenſu multorum Patrum.

ASSORI.

11 OPpidum antiquiſſimum, vt ex eius ſtructura conſtat, ſub ditione nobilium de familia Valguarnera ex conceſſione Regis Martini anno 1397. facta Simoni, & Vitali, erectum in Comitatum pro eadem familia anno 1543. ex Pirro Notit. 1. Catanenſis Eccleſiæ fol. 116. ſub cuius diæceſi eſt; de noſtro autem conuentu ſcribit ibidem hæc.

Sanctæ Catarinæ virginis, & martyris Tertij Ordinis S. Franciſci intra oppidum nunc, olim ad paſſus tercentum extra in templo D. Mariæ de Ieſu, hodie de Aiuto *nuncupato, Fundatum fuit quartum in Sicilia opera M. Arcangeli de Traina Aſſorenſis eiuſdem Ordinis Prioris Prouinciali, ac celebris eccleſiaſtæ, qui ibidem magna ſanctitatis fama anno 1626. obijt.*

Monialium Tertij Ordinis Franciſcani ſub titulo S. Claræ anno 1570. *cœnobium extructum eſt à Sorore Virginia Valguarnera Comitis Pontij germana, in quo ipſa religioſe vixit.*

Ex Inſtr. 80. de hoc conuentu agente conſtat, noſtros dictum conuentum extra ſub nomine S. Mariæ de Ieſu ad vineas, quia eſt ſitus inter vineas, extitiſſe in bonis Religionis ante annum 1592. quo ſub die decima Aprilis M. Arcangelus de Traina tunc Prior tantum, & non Prouincialis, vt vult Pirrus veteris conuentus nouum recepit Eccleſiæ S. Catarinæ intus oppidum. Et cum Sororibus eiuſdem profeſſionis fuerit monaſterium conſtructum ab anno 1570. veriſimile eſt ante hunc annum 1570. Fratres inhabitaſſe dictum vetus Cœnobium, quorum conſilio, & opere fundatum fit illud monialium ſub eorum profeſſione. Ex duabus autem cauſis illum priorem locum dereliquerunt & quia inutilis erat fidelibus, qui illuc non accedebant ad audienda diuina officia; & quia propter diſtantiam infirmi non poterant curari niſi cum magnis diſpendijs, & incommodo medici, ideo inde receſſerunt ad poſteriorem, quem nunc locum incolunt cum ſpirituali vtilitate incolarum.

Domini

Domini de Valguarnera ſupradicti noſtro ordini donarunt eccleſiolam cum habitatione in alia terra diſtante circa octo milliaria nuncupata ab eorum cognomine Valguarnera, quæ adhuc in bonis noſtris eſt.

Nota quod in Capitulo celebrato in conuentu S. Nicolai Panormi, vt dixi præced.num. 10. de anno 1588. aſſignata fuit præcedentia conuentuum, nam primus locus tributus fuit conuentui Martognæ, ſecundus Siclis, tertius Salemis, quartus Aſſori, quintus S.Philippi. Conſequenter iſta diſtributio reſpicit præcedentiam, non prioritatem erectionis illorum, cum Siclis omnibus præferatur fundatione.

BVRGII.

12 Oppidum Milluſium olim Saracenicum, nunc ſub ditionē Marchionis Iulianæ Laurentij Ioennij,& Cardonę, inquit Pirrus ſub Notitia 3. Eccleſię Agrigentinæ, ſub cuius diœceſi eſt, vt videre eſt fol. 376. & 377. vbi de noſtro conuentu habet hæc.

Minores Tertij Ordinis in S. Viti, cuius marmoreum ſignum eſt elegantiſſimum ab anno 1595. die 26. Martij, Auctore M. Seraphino Ciambra Drepanenſi ſui ordinis Prouinciali. Sunt octo, cum vnc. 72. 17. Ab anno 1566. 20. Ianuarij ad annum 1595. incoluere Minores Conuentuales.

Sunt obſcura ſatis poſtrema verba, an ſcilicet Conuentuales S.Frāciſci hunc locum ante noſtros inhabitauerint. Regebatur hęc Eccleſia à Confratribus, quam noſtris ceſſerunt cum nonnullis pactis,& conditionibus, recipiente dicto F. Ciambra, quas conditiones, & capitula laudarunt, & approbauerunt Ioannes Epiſcopus Agrigentinus, & D. Marchio de Iuliana patronus dicti Oppidi Burgij, ex inſtrumento conſeruato in Archiuio dicti conuentus.

CALATAFIMI.

13 Oppidum non multum antiquum ſupra fluuium Locaricum nuncupatum à Cluuerio, ſub iuriſdictione Comitis Motycani, vt refert Pirrus in Notitia 6. Eccleſię Mazarenſis, in cuius diœceſi eſt ſitum, fol. 581. vbi de noſtro conuentu ſequentia refert.

Fran-

Franciſcani Tertij Ordinis in D. Michaelis Arcangeli anno 1597. 20. Aprilis, fundatore F. Maffeo de Calatafimi. Huius Cœnobij Prior de more in die ſolemni Sanctiſſimi Sacramenti præbet pixidem Archipresbitero ciuitatis. Fratres vndecim cum vnc. 102. 13. Eſtq; ot Sanctæ Roſaliæ Panormitanæ.

Eccleſia hæc S. Michaeli dicata erat Confratrum Societatis S. Michaelis in ea erectæ, qui Confratres anno 1596. die ſeptima Septembris deliberarunt, eam concedere Fratribus Tertij Ordinis S. Franciſci cum nonnullis pactis, & conditionibus, ac capitulis, approbatis poſtmodum die 20. Auguſti 1597. per Lucianum Epiſcopum Mazarenſem; ſed quia Fratribus nonnulla Capitula videbantur nimis oneroſa, ab eodem Epiſcopo agente F. Maffeo lo Curatulo deſtinato à F. Michaële lo Burgio tunc Prouinciali, moderata, modificata, & regulata fuerunt ſub die 21. Octobris 1597. vt apparet ex Actis Baldaſſaris Grilli Magiſtri Notar. conſeruatis in Archiuio eiuſdem conuentus, quæ non extendi propter nimiam eorum prolixitatem. Ex quibus actibus non colligitur onus, ſeu honor, quo Prior huius conuentus porrigit pixidem cum Sacramento Archipresbitero loci Calatafimi.

MESSANÆ.

14 Ciuitas Metropolitana à Maurolico primus Trinacriæ angulus, & caput Regni appellatur, portum habet nobiliſſimum, & tutiſſimum licet Phari extuantis maris vicinitate inter Syllam, & Carybdim poſitam, iuxta illud: *Incidit in Syllam cupiens vitare Carybdim.* Vide Pirrum Notit. 2. Eccleſ. Meſſan. fol. 229. qui fol. 392. de conuentu noſtro hæc recenſet.

Sancta Maria de Miſericordia olim S. Mariæ de Palerello templum perpetuum, vnum ex ſeptem Agri ſancti Fratres Tertij Ordinis S. Franciſci ab anno 1604. incolunt.

Franciſcus II. Velardes de la Cuencha Hiſpanus, de quo idem Pirrus, anno præcedente eius morte 8. Iulij 1604 moritur, fol. 377. dictam Eccleſiam S. Mariæ de Pilerio della Giudeca in vicinia S. Nicolai Epiſcopatus nuncupatam, noſtris conceſſit die quinto Februarij 1603. cum facultate fabricandi prope eam cōuentum, vt conſtat ex Inſtrum. 64. Dicitur ergo S. Maria de Pilerio vulgariter

gariter *del Pilerello*, non de Palerello; prætereа cœperunt habitare ab anno 1603. non 1604. defuncto iam Archiepiſcopo. Eccleſia autem S. Mariæ de Miſericordia, & conuentus ei contiguus, & adhærens non ſunt eadem, quæ narrat Pirrus, ſed diuerſa re, & ſitu, nam primo Fratres receperunt dictam Eccleſiam S. Mariæ de Pilerio, & poſtea ab ea ſibi parum commoda recedentes aliam ſub titulo S. Mariæ de Miſericordia, in qua nunc diuina celebrant officia obtinuerunt; prout clare reci at huiuſmodi tranſlationem Placidus Samperus Societatis Ieſu profeſſor, religioſus deuotus Beatæ Mariæ Virginis, in cuius honorem edidit opus inſcriptum: *Iconologia della Glorioſa Vergine madre di Dio Maria, &c. diuiſa in cinque libri* Typis Meſſanenſibus 1644. lib. 2. cap. 20. his vulgaribus verbis. Della Imagine della Madonna della Miſericordia del conuento de Frati del Terz'Ordine di S. Franceſco detti li Scalzi.

Facendo ritorno verſo la parte meridionale della città della Pieue di S. Antonio vedeſi la chieſa della Madonna della Miſericordia col conuento de Frati del Terz'Ordine di S. Franceſco detti volgarmente Frati Scalzi. Queſti religioſi ſtabilirono la loro habitatione in Meſſina l'anno 1603. fauoriti dall'autorità, e protettione del Sig. Prencipe di Squillacci Stratego di Meſſina primieramente nella chieſa di S. Theodoro detta il Pilerello nella ſtrada Cardines, doue eſſendo da ſette in otto anni in circa dimorati, non eſſendo riuſciuto troppo à propoſito per li miniſterij loro quel luogo, verſo l'anno 1611. paſſorono alla ſtrada de Portij, che conduce à S. Antonio, e qui anche ſentendo inſuperabili difficoltà per conto del ſito, non potendoſi l'habitatione loro troppo dilatare, per eſſer circondati da palazzi di molto prezzo, eſſendo corſi tre anni trà l'anguſtie, pigliarono quel ſito, doue hora habitano, ch'era vna fabrica comminciata de Signori Marcheſi dirimpetto al Colleggio della Compagnia di Gieſù, e qui fabricorno la chieſa ſotto titolo della Madonna della Miſericordia, & il conuento nella forma, nella quale hora ſi veggono; ſcorendo tutta via, e dando frutti di ſanta virtù, e di religioſi eſempi à proſſimi, e ducando li loro giouani nelli ſtudij maggiori di Filoſofia, e Theologia ſeruendoſi dell'opertuna vicinanza del Colleggio & Vniuerſità della Compagnia di Gieſù, doue ſono vſciti ſoggetti di molta dottrina, e letere; quindi è, che da religioſi foraſtieri di queſt'Ordine viene ad eſſer per tal commodità ambita queſt'habitatione.

E fondorono quei primi Frati la chieſa ſotto titolo di S. Maria della Miſericordia imperoche trouando eſſi nel principio molte diſcommodità à pena potendo ſoſtentare la vita, non che fabricare per eſſer poueri, e ſconoſciuti, fecero frà di loro conſulta à chi doueſſero de Santi la loro naſcente, e pouera famiglia raccommandare. E tutti d'accordo gl'heredi della pouertà del Serafico Padre S. Franceſco come imitatori di lui alla Santiſſima Vergine della Miſericordia, come quella che è prouidiſſima madre de poueri religioſi, la dedicarono, facendo dipingere l'imagine di lei in vaga, & miſterioſa maniera di Giouanni Simone Comandeo famoſo dipintore.

V'inſtituirono poi la feſta molto ſolenne nella Domenica ſeconda doppo la Paſqua di Reſurrettione con il teſoro dell'Indulgenze concedute da Sommi Pontefici à fedeli, che con le douute circonſtanze quella chieſa vanno à viſitare, la quale ſuol eſſere molto frequentata dalle diuote perſone, che ricorrono con molto affetto alla Vergine della Miſericordia, per riceuere dalle copioſe fontane della benignità di lei aque dolciſſime di ſourani fauori.

Si conſerua nella ſacriſtia di queſto conuento il depoſito d'vn Frate laico, che morì con molta fama di ſantità nel primo luogo, oue habitorono del Pilarello, detto per nome F. Luca di Cerame, e manifeſtò il Signor quanto ſi foſſe compiacciuto nelle virtù, e ſantità del ſuo ſeruo preſeruandolo in tutto dalla corruttione, e li Frati per l'opinione s'haueua de ſanti, e religioſi coſtumi di lui transferirono da quella ſepoltura il ſacro pegno, e con molta veneratione l'han tenuto ſino al preſente giorno in luogo particolare nella ſacriſtia.

Fù F. Luca huomo ſempliciſſimo di vita molto exemplare, d'oratione, e mortificatione ſtraordinaria, modeſtiſſimo in tutte le ſue attioni, e di profonda humiltà. Haueuano tutte quelle perſone, che lo conoſceuano, e conuerſauano con lui formato vn'altiſſimo concetto della virtù, e ſantità di lui, in modo che nelle loro infirmità, e biſogni con molta diuotione, e fede lo chiamauano per eſſer da lui viſitati, e conſolati, raccommandandoſi alle ſue orationi, e tal hora pregandolo, che doueſſe loro imporre ſopra le mani, ſegnandoli col ſegno della ſanta Croce, & egli ſtimolato dalle loro preghiere con molta ſemplicità, & humiltà li recitaua il Pater noſter, *& l'*Aue Maria, *raccommandandoli con molt'affetto al Signore, il quale hauendo riſguardo à quella ſemplicità colombina à meriti del ſuo ſeruo, & alla molta fede di quelli, ren-*

dena loro la deſiderata ſanità. Et ſin'al preſente l'infermi mandano per lo capuccio di lui, che nel medeſimo conuento, come reliquia ſi conſerua, & applicandoli all'infermità loro, attribuiſcano all'interceſſione di F. Luca la ricuperata ſanità.

Vſque huc Samperus. Itaque tria loca incoluerunt Fratres primo Eccleſiam S. Mariæ de Pilerio ab anno 1603. vbi manſerunt per octo anno inde tranſierunt ad viam Portiorum per breue tempus, tandem tertio radices fixerunt, vbi nunc manent.

ALCAMI.

15 OPpidum alias nobile nunc ideo erectum in ciuitatem diſtans à mari per tria milliaria iuris comitis Motycani, ex Pirro in Notit. 6. Eccleſię Mazarenſis, ſub cuius diœceſi eſt, fol. 578. & fol. 579. de conuentu noſtro hęc recenſentur.

Franciſcani Tertij Ordinis in D. Maria de Itria anno 1609. fundatore F. Vincentio Donato à Monte Drepani. Fratres octo cum vnc. 107. 22.

F. Bernardus Sabbia Siculus Panormitanus ſępius Procurator Generalis de religione benemeritus, qui conſtructionem Refectorij Romani Sanctorum Coſmę, & Damiani à fundamentis erectum pijs fidelium elemoſinis ſermone, & opere potens perfecit, S. Congr. ſupplicauit ad inſtantiam, & petitionem officialium, & populi Alcami, vt dignaretur concedere licentiam ſibi recipiendi conuentum in dicta Terra, cui annuit, non obſtantibus Fratribus diuerſorum Ordinum ibidem habitantibus, petente etiam Epiſcopo Mazarenſi, ſub datum reſponſum 22. Auguſti 1608. quo eodem anno dictus Epiſcopus nomine Marcus Lacaua Panormitanus 44. attento ſacrę eiuſdem Congregationis reſponſo dedit noſtris licentiam ſub die 16. Septembris VII. Indict. 1608. fundandi conuentum. Hęc omnia patent ex Inſtrum. 65. ſuo loco extenſo. Nouam Eccleſiam ſtructura magnificam, & honorificam verſus viam publicam Fratres ex pijs largitionibus fidelium conſtruxerunt magnis expenſis damuſandam, & leuigandam.

CATA-

CATANIÆ.

16 CAtana nuncupata ab antiquioribus fuit inter ſiculas vrbes maritimas peruetuſta mari Ionico alluitur, & extenditur ad radices montis Ætnæ terribilis ipſis Cataneaſibus, de qua Pirrus Notitia 1.fol.1.qui fol.87. memorat noſtrum conuentum his verbis.

Sancti Nicolella vulgo templum eſt Fratrum Tertij Ordinis S. Franciſci ab anno 1609. opera F. Michaelis de Ioanne Cataneſis conſtructum.

Dicta Eccleſia S.Nicolai de Trixinis,& S.Benedicti veteris,nomen habet diminutiuum *Nicolella* ad differentiam alterius S.Nicolai de Arenis Monachorum S. Benedicti, regebatur à Confratribus Societatis S.Sacramentis, qui illam noſtris nono Iulij 1608. ceſſerunt ſub certis pactis, & capitulis receptis à F. Bonauentura Ciambri vti Commiſſario Prouinciali nomine religionis deputato à F.Michaele Burgio Theologo Drepanenſi, & Prouinciali eiuſdem Ordinis Drepani die vltimo Iulii VI. Indict. 1608. qui Prouincialis à Confratribus factam ceſſionem, & aſſignationem conuentus recepit die 23.Auguſti 1608. Hęc omnia latius apparent in Actis Vincentij Archidiaconi Notar. Catinenſis, in Archiuio eiuſdem conuentus.

釀Paternò Vicarius Generalis Sede Epiſcopali vacante F. Bernardo Sabbiæ Procuratori Generali, & Commiſſario eius Prouinciæ dedit liberam facultatem fabricandi conuentum die ſecunda Ianuarij 1609. vt patet Inſtr. 81.ſuo loco extenſo.

Ioannes Baptiſta de Groſſis S.T.& vtriuſq;iuris Doctor,Prothonotarius Apoſtolicus,ac Regiæ,& inſignis Eccleſiæ Collegiatæ B. M. de Elemoſina Canonico, qui tria vſque modo volumina Hiſtorica illuſtri ſtilo pro ſua ciuitate Catana glorioſe abſoluit,quæ ab eo mihi donata in Bibliotheca mei Conuentus Parmæ cuſtodiuntur, de conuentu relicto D. Euplij, vbi nunc manent pueri pauperes ex Pirro fol. 91. & nouo recepto in primo volumine inſcripto Catanenſe Decachordum tomo priori Corda 2. Modulo 8. Excurſu quarto fol. 153.recenſet ſequentia.

Venerabilis eadem Franciſcana religio altius radices egit Catanæ, quando ſui eiuſdem alumni, qui Tertij Ordinis, ſiue de Pænitentia

nuncu-

nuncupantur vulgo li Scalzi *pientiſſime ſuſcepti ſunt anno* 1606. *Sacrum igitur hoc inſtitutum ab ipſomet Seraphico Patriarcha ſanctiſſime traſcriptum in Æde D. Euplio ſacra primum Catanæ poſuit domicilium, inde attributo ſibi in vſum templo D. Nicolai de Trixinis, ac propinqua domo, accedente Senatus ſtudio, qui ſuppetias promittebat, illuc adductum eſt anno* 1608. *S. Nicolella nomine etiam nunc conuentum iſtum vulgus appellat, rem promouente F. Michaele Iunini Catanenſi eiuſdem Ordinis profeſſo, qui aduocandæ in patriam Religionis ſuæ auctor fuerat, fides ſit tabulis Vincentij Archidiaconi 9. Iulij 6. Indict.* 1608.

Prætacta hæc D. Nicolai ædes ab Ioanne de Cariſſima ęre proprio excitata eſt anno ſalutis 1342. *inde in Paraciam ceſſiſſe teſtantur tabulæ Vincentij Caputo* 19. *Aprilis* 1570. *Indict.* 13. *in hanc ipſam tranſlatam legimus illam, quæ D. Benedicti veteris nomine notabatur extra vrbis portam Regis nuncupatam, quando pro nouis manijs excitandis euerſa eſt anno* 1570. *In ea ſecularium virorum ſodalitas, quos Altiſſimus in ſuum ſibi Sanctuarium aggregauit SS. Sacramenti titulari tutelamq; nomine deſignata eſt* 14. *Iulij* 1589. *Indict.* 2. *Ab his tandem pro Religione hac implantanda Fratribus iſtis indulta, vt dicebam, anno* 1608.

Huius Cœnobij alumnus erat F. Ioannes Baptiſta Caramba omnium diſciplinarum apicem doctiſſimi cuiuſq; iudicio conſecutus, Theologus ipſo etiam Senatus noſtri iudicio eximius, verbi Dei præco diſertiſſimus. Scriptor vero ſiue latina, ſiue hebraica lingua elegantiſſimus, ac ſucci plenus. In patria Academia S. T. ſemel & iterum publice profeſſus. Mirabilem, quam de ingenio ipſius & doctrina opinionem Roma ipſa ingeniorum aſylum conceperat, mirabilius ſuperauit anno 1628. *menſe Iunio, quando de ſingulis quibuſq; ſcientijs Geometria, Aſtrologia, Aſtronomia Sacra Scriptura, Theologia omni Philoſophia, ac Medicina problematice, & in vtranq; partem ad tres continuos dies pro Generalibus Ordinis ſui Comitijs campum ſubijt ſolus. Et iterum anno* 1638. *idipſum iniens certamen S. Scripturam omnem aginauit, ipſe dux, ipſe miles, nullo alio auſpice, quam doctrina, & ingenij excellentia. Eius itcm ingenij vim, candoremq; opera, quæ compoſuit breui publici iuris ſienda demonſtrant. Hodie clericum ſecularem agit.* Huc vſq; prælibatus Auctor.

Non

Non inueni in Inſtrumento, ſeu Actu Archidiaconi celebrato 9. Iulij 1608. expreſſum nomen ſupradicti F. Michaelis de Ioanne, ſecundum Pirrum, ſeu de Iuuini ſecundum Groſſum, ſed tantum in eo actu nominantur F. Bonauentura Ciambri ſtipulans cum Confratribus, & F. Michael de Burgio patria Drepanenſis Prouincialis, qui prædicto Bonauenturæ præfati conuentus receptionem commiſit, atq; F. Laurentius de S. Philippo Prior conuentus huiuſmodi, qui nonnullos tarenos ſoluerat pro cenſu quodam beneficiali eiuſdem Eccleſiæ.

Supradictus Ioannes Baptiſta Caramba vir eruditiſſimus, & memoria feliciſſimus, concionem compoſitam à quodam celebri concionatore Franciſcani Ordinis Conuentuali, & ab eo Catanæ publice recitatam ad verbum narrauit, per hoc fongendo, talem concionem eſſe proprium partum, & non illius Prædicatoris, cuius reuera erat compoſitio; & cum ſatis diminuta fuiſſet opinio concionatoris, cuius ſolus honor puræ recitationis remanſerat apud audientes dictum Carambam noſtrum eam memorantem eiſdem ac ſi vere eius fuiſſet partus, vt religioſus iuſtitiæ cultor rem apertius declarauit, eius fuiſſe certo compoſitionem, cuius fuerat in ambone publica recitatio, ac proinde partum non fuiſſe proprium, ſed ob felicitatem, & exuberantiam ſuæ memoriæ voluit alienum partum ſuum proprium ſimulare. Hæc mihi dum anno 1655. viſitarem hunc conuentum tradita fuerunt à multis etiam ſecularibus fide dignis.

TERMINI.

17 NVncupatur ſic vulgari idiomate, Thermæ Himerentes appellatæ ad ora Tyrrheni maris, de qua Pirrus de Eccleſijs Metropolitanis Siciliæ ſub Notit. 6. cum alijs certam Metropolim non recognoſcentibus. Sed in Inſtrumento, ſeu Actu, vt aiunt Siculi, conceſſionis huius conuentus primo S. Bartolomæi Iurati, & Congregatio Nautarum Piſcatorum eius vrbis, à quibus Sancti Bartolomæi præfati Eccleſia regebatur, cum P. M. Franciſco Lobello delegato ad id à M. Cherubino Montifredi Prouinciali per literas Ziſæ datas 29. Aprilis 1610. agentes contractum conceſſionis dictæ Eccleſiæ inierunt inter ſe, cum clauſula; ſaluo beneplacito,

beplacito, & aſſenſu Archiepiſcopi Panormitani. Actus autem confectus fuit ſub die decimo octauo Decembris nonæ Indictionis 1610. vt apparet ex eodem Actu conſeruato in dicto conuentu.

Fratres deinde eam Eccleſiam reſignarunt in fauorem D. Marci Antonij Silęfino eius bençficiali, agente M. Mario Panormitano Priore alterius conuentus ſub inuocatione S. Mariæ Portus ſalutis de nouo fundati prope veterem conuentum, cum conſenſu aliorum Fratrum, vt huiuſmodi reſignatio patet ex Actu ſcripto die 12. Aprilis ſextæ Indict. 1623. per Ioannem Matthæum Comellam copia extracta per Thomam Comellam.

Conuentus ergo Eccleſiæ S. Bartolomei conceſſus fuit anno 1610. 18. Decembris, & ab eo receſſerunt ad alium de nouo fundatum paulo ante annum 1623. quia noſter de Sillis, qui opus ſuum in lucem dedit Neapoli 1621. facit mentionem ſolum de conuentu Sancti Bartolomæi.

RAGVSÆ.

18 Oppidum Camerinenſium agrorum diues, & ingens iuris fuit Gaufridi filij Comitis Rogerij, hodie Comitis Moryccæ Alphonſi Henriquez, teſtatur Pirrus in Notit. 2. Syracuſana fol. 257. qui ſequenti folio de noſtro conuentu mentionem habet per hæc verba.

Franciſcani Tertij Ordinis in S. Antonij de Padua ab anno 1610. fundatore F. Iacincto Battaglia Raguſenſe, nunc in D. Maria Noua.

Fratres manebant in alio conuentu Eccleſiæ S. Antonini, an ſi: Florentinus, quo nomine in terminis vocatur ab omnibus, an vero S. Antonij de Padua, vt ait Pirrus, ſtemus pro Archiepiſcopo, nam in Inſtr. 66. extenſo per nos nuncupatur preciſe Eccleſia S. Antonini, & ita eodem modo illum conuentum catalogizat de Sillis ſub Prouincia Siciliç. Ab eo igitur priori loco parum vtili Religioni, & incommodo fidelibus pro audiendis diuinis officijs receſſerunt, intrantes in aliam Eccleſiam ſub nomine S. Mariæ *la Noua* in medio Terrç ſitam, conceſſam à Canonicis Cathedralis Catanenſis, quorum iuris extat, nomine Religionis recipiente F. Iacinto de Raguſa. Ex Actibus Vincentij Archidiaco-

Ec ni

ni Catan.&c. ſub die 8.Ianuarij 9. Indict. 1611. non ergo anno 1610.ex Pirro, ante id tempus erant in priori loco. Conceſſio ratificatur, vt apparet in ſequenti Inſtr. 67.

MARSALÆ.

19 Ciuitas vnum ex tribus Trinacriæ Promontorijs vulgariter Marzalla Lilybæum eo quod ad ora maritima reſpicit Lybiam, de qua Pirrus in Notit. Mazar. ſub cuius diæceſi eſt, fol. 556. qui de conuentu noſtro notat ſequentia ſub fol. 560.

Franciſcani Tertij Ordinis in D.Mariæ Gratiarum die 19. Aprilis 1617. Dominico Palmarum, fundatore F. Seraphino Bonhomo Marſalenſi, Generali Vicario Apoſtolico Ordinis, M.Sanctoro Pecorella Salemitano, & Prouinciali M. Franciſco Ercaro Erycino Id templum Papa Paulus V. Indulgentia Plenaria, & Altari priuilegiato decorauit. Hic inſignes reliquiæ S. Roſaliæ Virginis Panormitanæ.

Perperam informatus fuit Pirrus, quia anno 1616. congregatum fuit Capitulum Generale Romæ, in quo die 21.Maij electus fuit in Generalem M. Matthæus Monteſanus Generalis 52. vt patet ex Catalogo Generalium ſub cap.13.Igitur Vicarius nō poterat eſſe Pecorella, cuius officiū expirauerat eo an.1616.Error quoq; eſt, quod dies Palmarū anno 1617. acciderit die 19. April.cum Paſcha nulla ratione excedat diem 25. Aprilis, quo anno accidit Paſcha 26.Martij ex Aureo 3.& Epacta 23. exiſtente litera Dominicali A. ſub die prædicto 26. Martij, prima Dominica primi menſis poſt decimam quartam lunam, quę fuit 21.eiuſdem menſis initio Æquinoctij vernalis, vt patet ex meo opuſculo *Eccleſiaſtica Ratiotinatio*, quæ nunc Bononiæ ſub prælo eſt.

MODICÆ.

20 Comitatus titulo gloriatur hæc Terra antiquiſſima, & ampliſſima, & eſt caput totius comitatus nobiliſſimæ familiæ Capreræ, cuius iuris eſt ab anno 1392. poſt eiectos Comites Claramontanos à Rege Marino, de qua Pirrus Not. 2. Syracuſa fol.253. qui fol.255. de noſtro conuentu hæc refert.

Franciſcani Tertij Ordinis in templo S. Ioſeph die 2. Maij X. Indict. 1613. opera M. Bonauenturæ Coronæ Panormitani eiuſdem Ordinis ibidem Concionatoris.

Domi-

Dominicus Patauinus S.T.D. Decanus Cathedralis Eccleſiæ Syracuſanæ, & Generalis Vicarius ſede vacante conceſſit dicto F. Bonauenturæ recipienti nomine religionis Eccleſiam S. Ioſeph exiſtentem in loco eminenti in medio ciuitatis Mohac (ſic enim appellatur Modica) aſſignantibus eam Confratribus, quorum erat Eccleſia, cum facultate ibidem conſtruendi conuentum, vt conſtat ex Inſtrum. 68. extante ſub datum die vltimo April. decimæ Indictionis 1612. ſedes hoc anno, & præcedenti vacabat per mortem Ioſeph Saladini Epiſcopi defuncti 22. Nouembris 1611. cui ſucceſſit Ioannes Torres datis literis Matriti primo Februarij 1613. ex Pirro fol. 199.

GERAMI.

21 CONuentus S. Michaelis Arcangeli conceſſus fuit per Petrum Ruiz de Valdiuexo Hiſpanum Burgenſem Archiepiſcopum Meſſanenſem 39. ex Pirro Notit. 2. Meſſan. fol. 378. approbando conſignationem Eccleſiæ per Confratres, & Rectores dictæ Eccleſiæ, cuius vſum habebant translatum in Fratres, cum facultate ibi conuentum fabricandi, ex Inſtr. 72. extante, ſcripto die nona Februarij 1613. in diſcurſu viſitationis factæ per eundem Epiſcopum.

Beatus Lucas, de quo dixi ſub conuentu Meſſanenſi in hoc Cerami loco natus eſt.

NICOSIÆ.

22 CONuentus S. Mariæ de Angelis olim Capucinorum noſtris conceſſus fuit die decimo menſis Nouembris anno 1613. à Dominis eius ciuitatis, recipiente nomine Religionis F. Arcangelo de Traijna tunc Prouinciali Regni Siciliæ, vt latius apparet ex Actis ſub Inſtrum. 82. Eſt in diæceſi Meſſanenſi. Nuncupatur à Sillis S. Mariæ Conſolationis diæceſis Catanæ, ſed in Inſtrumento præcitato conceditur, ſalua licentia Archiepiſcopi Meſſanæ.

CORLEONIS.

23 COnuentus S. Mariæ Gratiarum conceſſus fuit à Chriſtophoro Hermandes Flores Vicario Generali Montis Regalis ſede vacante, quod fuit anno 1618. die nono Iulij recipiente F. Barnaba Panormitano nomine Religionis ex commiſſione ſibi facta à Generali tunc temporis, qui erat M. Matthæus de Montefano eo tempore in diſcurſu viſitationis in conuentu Miſericordiæ Panormi. Vt apparet ex Inſtr. 70. extante ſuo loco. Sunt autem duo Barnabas ſenior, qui conuentum recepit, & iunior Magiſter in Theologia, hic viuit, ille regnat cum mortuis.

LEOFORTIS.

24 PRincipatus locus inſignis nobiliſſimæ familiæ Branciforticum copioſe abundans aquis, quæ multis titulis tum ſecularibus tum eccleſiaſticis ſemper illuſtrata fuit, & hodie quoq; illis cohoneſtatur, & alijs pluribus ſingulares noſtræ religionis benefactores poſtremo Religioni noſtræ conceſſerunt conuentum S. Mariæ de Carmine circa annum 1619. vt inſinuat paucis Pirrus in Notitia Catan. fol. 138. ſub cuius diæceſi eſt.

ROMANVS.

25 COnuentus S. Pauli de Arenula vulgariter nuncupatus *S. Paolo della Regola* ad differentiam Baſilicę S. Pauli emptus fuit à Reformatis S. Auguſtini, qui antea ibi habitabant, per M. Sanctorum Pecorellam pretio quatuor mille quingentorum ſcutorum monetæ Romanæ de licentia Pauli V. tunc regnantis, de anno 1619. die decima ſexta Martij, vt apparet ex Bulla eiuſdem Pontificis CCLXIX. in ordine, erant ibi etiam præcedenti anno.

Vrbanus Papa VIII. anno 1632. tunc feliciter regnans omnia priuilegia, quibus gaudet Prouincia Siciliç, cuius eſt præſens cęnobium, communicauit conuentui huic S. Pauli, ſuperioribus, & Fratribus in eo exiſtentibus pro tempore.

Cardinalis Protector mandauit, vt Fratres Siculi commorantes in hoc conuentu S. Pauli in geſtatione habitu ſe conformarent cum Fratribus Prouinciæ Romanæ; vt apparet in Decreto extenſo ſub dicta Bulla.

Dictus Pater Pecorella, qui fuit Patronus huius Cænobij à ſuis filijs cohoneſtatus fuit ſequenti epitaphio pro eius ſepultura in dicta Eccleſia.

Reuerendiſſimus Pater F. Sanctorus Pecorella ſupremus Religionis Paſtor effectus, eoq; munere magna cum laude perfunctus Domo hac nationalibus Fratribus fundata, gubernata, dotata, peractis vitæ ſeptennijs vndecimo, quorum nouem in Religionis caula lupum delaſit tartari. Calendis Maij M DCXXXI. vocem Dei vocantis audiuit; eius pluſquam aureum vellus hoc tegitur lapide.

Alia plura de hoc Patre, qui patria Salernitanus erat, dixi ſub cap. 13. num. 51. Vide ibi, ne idem bis repetam.

CALATAHIERONVM.

26 Ciuitas intitulata Grata more Siculorum, de qua Pirrus Notit. 2. Syracuſana fol. 226. in cuius diœceſi eſt conuentus nuncupatus S. Maria de Miſericordia *di Catalgirone*, de quo idē Pirrus fol. 232. refert hæc.

Franciſcani Tertij Ordinis in S. Maria de Miſericordia menſe Martio, fundatore F. M. Bonauentura Paſquali Calatahieronenſe.

Hanc Eccleſiam Ioannes Iacobus de Nicoſto, & Baptiſta de Ioannico Caltagironenſes, cuius erant patroni, ſaluo aſſenſu Epiſcopi Syracuſani concesſerunt exiſtentem extra mænia ciuitatis M. F. Bonauenturæ prædicto, & F. Gaſparo Panhormitano recipientibus nomine ſuæ Religionis, cum onere incipiendi fabricari conuentum infra biennium à die conceſſionis, quæ fuit vigeſima Ianuarij 1620. vt latius apparet in Inſtrum. 83. extante in ſuo loco. Licentiam autem dedit eodem anno Paulus Pharaonius Epiſcopus Syracuſanus, de quo Pirrus fol. 199.

VILLAFRANCA.

27 Eſt Principatus Oppidum hoc iuris Ioſephi Alliatæ, & Parutæ exſtructum à nobili viro Antonio Alliata anno 1449.

diſtat à Burgio, vbi habetur alter conuentus ſub num. 12. per vnum milliare, ex Pirro in Not. 3. Agrigentina, ſub cuius diæceſi eſt, fol. 352. vbi de noſtro conuentu ſequentem reliquit memoriam.

Franciſcani Tertij Ordinis in S. Ioannis Baptiſta ab anno 1620. opera M. Arcangeli Bartolocci Panormitani, & ſumptibus Principis Franciſci. Fratres octo prou. vnc. 48.

Confratres præfatæ Eccleſiæ, cuius erant patroni aſſignationem fecerunt accedente conſenſu Excellentiſſimi D. Herculis Alliatæ, & Parutæ Principis dicti Oppidi F. Laurentio Drepanenſi tunc Priori conuentus Burgij, commiſſione ſibi facta à F. Bonauentura Battalea Prouinciali, recipienti nomine, & pro Religione die vigeſima quarta Iunij 1620. conceſſionem confirmauit, & approbauit F. Vincentius Bonincontrus Panormitanus, profeſſione Dominicanus, de quo Pirrus in Not. Agrigentina fol. 315. Epiſcopus Agrigentinus, in cuius diæceſi eſt præfatus conuentus.

ROCCHÆ.

28 Conuentus S. Mariæ della Nuntiata conceſſus fuit ab Andrea Maſt illo Archiepiſcopo Meſſanenſi, in cuius diæceſi eſt dictum oppidum diſtans à Meſſana per 18. milliaria F. M. Seraphino Legio de licentia ſuorum ſuperiorum, & cum literis D. Petri Valdinæ Baronis Rocchæ, ea autem conceſſio facta fuit die vltimo Martij anno Domini 1623. ex Actis ſub Inſtr. 73. extante in ſuo ordine regiſtrato. Adeſt Confraternitas Roſarij, cuius Confratres deuoti, & benefactores Religionis Eccleſiam nouam erexeruat à fundamentis cum Fratribus, & ad perfectionem tendit eorum induſtria, & pijs fidelium eleemoſinis; adhuc exiſtit vetus Eccleſiola, ſuper cuius fundo erigetur Sacriſtia; eſt autem extra mænia oppidi.

In hoc loco primum habitarunt Reformati S. Franciſci, quorum Congregatio ſuppreſſa olim fuit ſub Paulo V. illis ſucceſſerunt per paucos menſes Capucini, qui alium locum commodiorem, & ſalubriorem ſibi procurarunt parum diſtantem à noſtro, poſt quorum diſceſſum incoluerunt Fratres Dominicani, quibus noſtri ſucceſſerunt dicto anno 1623.

S.

S. NIMPHÆ.

29 MArchionatus viris nobilis Simonis Bellacera ab anno 1621. apud Pirrum in Notit. Mazarenſi fol. 578. vbi de conuentu habet hæc. *Cænobium S. Annæ Franciſcanorum Tertij Ordinis anno 1623. 6. Iunij quinta Indict. ſub Prouinciali M. Seraphino Legio, fundatore F. Bartolomæo Cutrona Salemitano. Fratres ſex, prouentus ex oppidi molendino vnc. 26.*

Vide Inſtr. 69. ſub quo ſcribitur, M. Legium non fuiſſe hunc Prouincialem, ſed tantum Commiſſarium.

MONTIS S. IVLIANI.

30 CIuitas inſcripta Excelſa, quia ſuper montem poſita fere inexpugnabilis, cuius mons vocatur Ericynus, apud Poetas, & Hiſtoricos celebratiſſimus. Dicitur quoque Mons Drepani, à quo diſtat per tria circa milliaria, circundatur magna planitie, ſolus eſt celſus, cui adhæret mare, de quo Pirrus Not. 6. Mazar. fol. 562. qui de conuentu noſtro in dicta ciuitate, & diæceſi Mazarenſi recenſet ſequentia.

Franciſcani Tertij Ordinis in S. Sebaſtiani anno 1636. fundatore F. Matthæo de Monte hic floruit F. Ludouicus Sichichi à Monte, qui ob deuotionem erga Virginem exemplo ſui patris Marci Sichichi multis imaginibus S. Mariæ de Gratia miraculis claris totam fere Siciliam decorauit. Fratres duodecim cum vnc. 97. 18.

Lege Inſtrum. 74. per quod Vicarius Generalis Capitularis ſede vacante Eccleſiæ Mazarenſis, ſub cuius diæceſi eſt ciuitas Ericyna concedit Fratribus M. Cherubino Tarantello Prouinciali, & Matthæo Priori ibidem, vt intra eam vrbem Eccleſiam SS. Rochi, & Sebaſtiani de nouo ampliare, & conſtruere poſſint ſub titulo S. Mariæ, dummodo remaneat ſub nomine prædictorum Sanctorum, ſub datum dieì X. Iulij 4. Indict. 1636. reſeruata collatione beneficij ad altare, ſeu capellam SS. Rochi, & Sebaſtiani Epiſcopo Mazar.

Nota Conuentuum non extantium.

31 PAnormum extra extabat conuentus S. Annæ multis annis ante annum 1461. de quo Vading. præfato anno tom. 6. num. 50. ſic ſcribit. *Fratribus Tertij Ordinis Panormitanis adiudicauit Eccleſiam S. Annæ extra muros Panormi ſupra Monaſterium S. Martini de Scala ſitam in monte pro ipſis fundatam, & dotatam, prope quam multis annis habitauerunt. Sed cum alia eis obtigiſſet Domus in Vrbe locum illum deſeruerunt, eumq; impetrauit Petrus de Vicecomitibus Carmelita ſibi conferri cum iuribus, & pertinentijs informatus verius hoc anno Pontifex Eccleſiam non vacaſſe, iuſſit reddi primis poſſeſſoribus.* Fuit autem Pius II. ex eodem in Margine ex lib. 17. Bull. fol. 157. Multum diſtat à Panormo, adhuc extat Eccleſia, ſed quia remota erat à fidelibus, vt inutilis Religioni, & publico relicta fuit à noſtris. Petrus de Alua in ſuo Indiculo ſub anno 3. huius Pontificis Chriſti 1460. num. 16. citat Bull. ex Regiſtro Vaticano incip. *Romanus Pontifex* 17. Calend. Februarij, vocans eam Eccleſiam SS. Annæ, & Martini.

32 Meſſanam extra noſtri habebant conuentum S. Brigidæ, & Hoſpitalis S. Martini prope muros dictæ ciuitatis receptum per F. Antonium Scataretica donatum à Bartolomæo Archiepiſcopo Meſſanenſi, cuius donationem confirmauit Eugenius IV. 7. Auguſti 1437. vt apparet ex eius Bulla LXXX. in noſtro Archiuio fol. 141. de quo Vading. tom. 5. ad hunc annum 1437. num. 54. extendens Bullam in ordine ſuo 107. ex lib. 1. de Regul. anno 7. fol. 300. citatur à Petro de Alua ſub hoc anno num. 25.

Dictus Bartolomæus, qui noſtris Eccleſiam S. Brigidæ donauerat, à Pirro in Notit. Meſſan. fol. 357. cognominatus de Gactolis, ſeu Gattalia Neapolitanus anno 1429. aſſumptus fuit ad hanc Metropolitanam.

33 Ferracanæ diæceſis Syracuſanæ extabat ante annum 1442. conuentus S. Agathæ, cuius Eccleſiam Eugenius IV. 22. Maij conceſſit viſitantibus Indulgentiam vnius anni, & quadraginta dierum annuatim, vt conſtat ex eius Bulla CIX. Eam Eccleſiam cum ſuis iuribus à Rogerio Epiſcopo Syracuſano donatam Fratribus Nicolao de Comite, & Angelo de Pace confirmauit illis Eugenius Papa IV. ſub die 21. Iulij 1443. vt apparet ex eius Bulla CXV. regiſtrata in noſtro Archiuio. Ob-

Obſeruandum eſt, quod Vading. tom. 5. ad dictum annum 1442. num. 23. in Margine dicit nomine Ferracanæ alias veniſſe in vſu Cerratanæ vocabulum, & puto hanc poſteriorem vocem eſſe germanum, nam Pirrus in Notit. 2. Syracuſ. fol. 251. hanc Terram vetuſtum oppidum Cerratanæ, nunc Marchionatum ab anno 1569. appellauit.

Rogerius Epiſcopus Syracuſanus à Pirro fol. 176. in ordine 80. III. hoc nomine cognominatur Bellhomo Syracuſanus ciuis nobilis, conſecratus fuit à Martino V. indict. 8. 1430. die 28. Septembris, obijt 22. Ianuarij 1443. eo anno, quo Papa Eugenius confirmauerat donationem ab eo factam ante annum 1442.

34 Platiæ in oppido montis Armelini, de quo Pirrus in Notit. 1. Catan. fol. 100. noſtri Sicilienſes olim habebant conuentum, vt ex MS. colligitur.

35 Iſpicæfundi oppidum ab Yſpa dictum ex Pirro in Notit. Syracuſ. fol. 251. vulgariter nuncupatur Spaccaforno extabat conuentus, quem Pirrus vocat S. Mariam de Cruce ædem Tertiariorum S. Franciſci, quam incolunt Minores de Obſeruantia. Ferunt noſtri, accidiſſe permutationem conuentuum Siclitani, & Iſpicæfundani, nam Tertiarij ex hoc tranſierunt ad illum, vbi nunc manent in Monte Sion Siclis, à quo Minores de Obſeruantia receſſerunt ad Yſpæ conuentum. Petrus Alua citat Bullam Leonis X. ad annum 1521. ſub num. 9. incip. *Ex debito* 5. id. Apr. de conſtructione conuentus S. Mariæ de Cruce Syracuſan. Regiſt. Vatic. tom. 3. fol. 226. citat quoq; Bullam Pij IV. ad annum 1560. num. 12. incip. *Cum à nobis* pridie id. Apr. pro Prouincia Siciliæ, & Scafurni, conſeruatur in Regiſtro Aracælit. famil. Ciſmont. fol. 206.

Nota Religioſorum Illuſtrium Siciliæ.

36 PRimo loco ſe offert quidam venerabilis religioſus nomine F. Iacobus natione Eugubinus in Vmbria, profeſſione Minorum de Obſeruantia, qui Fratres Tertij Ordinis S. Franciſci in Sicilia reformauit, nuncupatos *li Scalzi* ab eo, qui diſcalceatus omnino incedebat, cuius vita eſt ſequentis tenoris.

37 Tempore, quo F. Franciſcus ab Angelis Quignonius Hiſpanus Miniſter Generalis electus in conuentu Burgenſi in Hiſpania in priuilegio Pentecoſtes 23. Maij 1523. regebat ordinem Minorum de Obſeruantia, poſtea ad dignitatem Cardinalitiam aſſumtus à Clemente VII. Presbiter Cardinalis S. Crucis in Ieruſalem 1528. deinde Ordinis Protector anno 1530. F. Matthæus Mino-
38 rum de Obſeruantia in vico Baſcio Comitum Carpeniæ natus, ægreferens Religionis relaxationem initium dedit Congregationi Capucinorum, quos tunc ob inuſitata Caputij formam multum oblongam piramidaliter vocauit etiam Pontifex Clemens VII. & Paulus III. Caputiatos Vading. ad annum 1534. n. 75. & 76. Eorum inſtitutum vti recens, & nouum varijs modis perturbauit, ſed non potuit extinguere F. Paulus, quem ignoran-
39 ter F. Iacobus de Riddere Germaniæ inferioris de Obſeruantia olim Prouincialis in ſuo Speculo Apologetico, appellat F. Ioannem q. 12. & 13. de Piſottis, quem Bouerius cognominat parum ſcite, ne dicam irriſorie Piſciotam ex eodem Riddere fol. 19. Ordinis de Obſeruantia Generalis Parmæ in conuentu S. Mariæ Annunciatæ ſuæ patriæ, vbi nunc eſt Caſtrum nouum electus 15. Maij vigilia Pentecoſtes anno 1529. quo enim plus in illius ſectatores ab eius obedientia recedentes etiam inſalutato hoſpite inuehebatur, eo magis eorum numerus augebatur. Hac perſecutione vigente, viuens Generalis ab eo anno 1529. vſque ad annum 1533. quo ob varias eius indiſpoſitiones officio renuntiauit, ex Capucinis multi declinantes ſeueritatem ex Italia re-
40 ceſſerunt, inter quos fuerunt F. Bartolomæus de Caſtello, & F. Iacobus de Eugubio, qui in Ordine Minorum fuerat eius diſcipulus.

Iacobus igitur noſter Sacerdos Capucinatus ætatis ſuæ annorum viginti octo circa, audita morte ſui magiſtri, qui cum alijs religioſis tranſfretauerat Tunetum eo tempore, quo Carolus V. triumphum glorioſe reuexit de illa vrbe, & alijs ſubactis ſuo imperio, auguſtali honore anno 1535. exceptus Panormi, vt prædicatione ſua illas gentes ad fidem conuerteret, martirij deſiderio, quo flagrauit eius magiſter, ex Vmbria cum ſocio receſſit Romam, vbi à Paulo III. & Cardinali Quignonio tunc Protectori obtinuit licentiam eundi ad prædicandum fidelibus, & infidelibus,

primum

primum tranſfretauit Panormum, inde nauem conſcendens non potuit Drepanum quo volebat peruenire, ſed caſu ſe inuenit Alcamum, & inde pedeſter more ſuo deuote ſalutando enixis orationibus Beatam Virginem de Carmelo in ſumma veneratione extra Drepanum veneratus fuit, poſt hæc eam vrbem ingreſſus in conuentu S. Franciſci hoſpitio exceptus videns illos ciues parum ambulantes in via Domini, cæpit ſuis prædicationibus, & ſpiritualibus exercitijs reducere ad obſeruationem mandatorum Dei, per quæ fideles ingrediuntur ad vitam æternam, & ita potens fuit in opere, & ſermone, quod omnes tam illuſtres, quam ciues, & plebei vtriuſq; ſexus de mala ante acta vita compuncti cum lacrimis, & cordis contritione inceſſanter ab Eccleſia, in qua verbum Dei efficaciter illis inculcatum fuerat, recedentes, non amplius, quæ mundi ſunt, ſed quæ Deo placent, quærerent animabus ſuis conſulentes.

41 Sed quia ardebat deſiderio martirij, eo fine illud conſequendi ab Italia, vt dixi receſſerat, Drepano non ſine magna diſplicentia, ſollicitudine, & triſtitia eorum, qui eius prædicationes vtiliter audierant, cum exercitu Cæſareo verſus Suſam mare tranſfretauit, vt ibi occaſione accepta prædicando illis infidelibus viam ſalutis æternę palmam martyrij ſibi lucrari poſſet; ſed illum propria fefellit opinio, quia martyrium defuit Iacobo quærenti illud, licet voluntas Iacobi non defuerit martyrio illum fugienti, vnde conſiderans, id eſſe voluntatem Dei, ipſum præſeruari alijs populis, vt Chriſto lucrifaceret volentes ſaluari, Deo inſpirante, qui omnia diſponit ſuauiter redijt Drepanum martyr deſiderio.

42 Ab illis autem ciuibus gratulabundus, & hilariter exceptus fuit, & rogatus, vt de more illos inſtrueret ſuis concionibus, & ſpiritualibus colloquijs, aquieuit eorum deuotis precibus, proſequendo, vt prius, explicando illis tantum Dei Euangelium cum tanta efficacia, & fructu, vt pleriq; tum ex nobilioribus, tum ex plebe huius ſeculi vanitatibus, quibus antea nimis addicti erant, prædicationibus ſancti viri abſtracti mundo immundo vale dixerint, rogantes F. Iacobum, vt aliquam religioſam congregationem, in qua Deo melius ſeruire cupiebant, illis proponeret, quod fecit, ob oculos illorum anteponendo inſtitutum Tertij

Ordinis S.Franciſci, quod tunc in regno Siciliæ paucos conuentus habebat, quod accepraruntcum magno eorum progreſſu, & fructu, vt mox dicam, & interim, vt Piæ menti Drepauenſium ſatisfaceret, literarum ſui Generalis inſeruiendi illis confirmationem obtinuit à S. Pænitentiaria, quam infra extendemus.

43 Iacobus non ſibi ſoli natus, nec ſolis Drepanenſibus prodeſſe voluit, ſed alijs etiam ciuitatibus præſertim Marſallenſibus, & Ericynis, quibus non minus gratus fuit, quam Drepanenſibus, qui non contenti illum in ſua patria pluries audiuiſſe, proceſſionaliter accedebant modo iſtuc, modo illuc peruenientes,vt verbum Dei ſentirent; vnaquæq; ciuitas certatim contendebat, apud quos ipſe vir Dei manere deberet, conſiderans illorum ſanctam contentionem, altercationi honeſtæ ſilentium ipſe impoſuit, dum communis omnium ſeruus ſe collocauit Drepani, quod eſt medium inter Marſallenſes ab eo diſtantes itinere vnius diei, & Erilynenſes circa quatuor milliaria abſentes. Quod illi accidit dum concionaretur in Monte S.Iuliani, hoc eſt, in ciuitate Ericyna antiquitus ſic nuncupata referam inferius.

44 Seruus Dei ſuas conciones lacrimis, & gemitibus ex interno corde ſemper condiebat ſuis auditoribus, vt hac ratione non ſolum verbis, ſed etiam operibus fideles retraheret à peccatis per propoſitum non amplius peccandi,& conuerteret ad Dominum cum eo plangentes ex animo ſua peccata, vt à ſe iram Dei debitam auerterent. Conciones Paſſionis Ieſu Chriſti à ſero Cænæ Domini, vſque mane, & vltra Veneris ſancti in hebdoma ſancta ſingulis annis in prælibatis ciuitatibus, & alibi cum magnis lacrimis, & gemitibus ex penetralibus cordis ſui exeuntibus producebat auditoribus cum ſimili eorum fletu, & fructu, qui finita prædicatione quamuis diuturna & prolixa eis videbatur breuis, & compendioſa, vnde non relaxabatur eorum ſpiritus, ſed memores acerbę paſſionis Ieſu Chriſti ſinguli præteritam vitam in meliorem commutantes in domos ſuas abibant.

45 Conciones ſuas componebat, & addiſcebat, quamuis iuuenis, & nouitius in hoc exercitio, non more aliorum,qui tempus conueniens in illis conſtruendis, & memoriæ tradendis occupant, relictis alijs exercitijs quantumuis ſpiritualibus, ſed editio, & ediſcio eius erant continua oratio ſecreta,quam in propria cella

Deo

Deo ardenter, & deuotiſſime offerebat, tam mentaliter, quam vocaliter. Mirabantur Fratres illum, quem nonqua n videbant ſtudere, vt faciunt alij concionatores, quęrentes cauſam huius, per rimulas cellę, in qua vt plu imum manebat, vt boni religioſi facere ſolent, introſpicientes cognouerunt, eius ſtudium, & occupationem in conſtruendis, & ediſcendis cuncionibus conſiſtere in perſeuerantia orationis, & lectione ſacrorum librorum, in quibus diſciplina regularis perficitur.

46 Notum ſibi erat, otium eſſe cauſam omnium vitiorum, quę vt euitaret, nonquam ſe otio dedit, ſed ſemper aut orabat in Eccleſia, & cella, aut prędicabat, aut docebat ſuos ſocios, & alios modum religioſe viuendi, & pręſertim abhorrendi conuerſationem inutilem ſecularium, cum q ibus raro loquebatur, niſi ex neceſſitate, dando illis monita ſalu is.

47 Inſtituit in ciuitate Drepani viſitationem infirmorum pręſertim laborantium in extremis, ad quos ipſe non tantum de die, verum etiam de nocte è proprio lectulo tantum tabulato ſurgebat dormiens cum habitu ſuo accedebat, illos benigne conſolando, & exhortando ad perfectam contritionem ſuorum peccatorum miniſtrando eis Sacramenta Eccleſię, quibus muniti poſſent peruenire ad vitam ęternam Hoc ſpirituale exercitium tam neceſſ. r um moribundis in illo vitę extremę puncto, à quo noſtra pendet ſalus, vel damnatio ita Drepanenſibus placuit, vt ipſi ſeculares vellent ſemper cum eo viſitare infirmos addiſcentes modum ſpiritualiter conſolandi illos. Continuo igitur operabatur pro ſuis Drepanenſibus, quibus obtulit inſtitutum noſtri Ordinis, vt ſequitur.

48 Drepanenſes ſępius conſiderantes ſtatum ſecularem, quo vitam ſuam producebant, non eſſe ita tutum, cum ſit plenum varijs diaboli laqueis, ſicut religioſum, in quo tenditur ad perfectionem, ſummis precibus ſępius repetitis rogabant ſeruum Dei F. Iacobum, vt illis proponeret aliquod regulare inſtitutum, cuius profeſſione ſalutem animarum ſuarum ſecurius conſequi poſſent, eiſdem autem vir Dei ex multis magis ad rem, Deo inſpirante, elegit Religionem Tertij Ordinis S. Franciſci, quam ipſe paulo ante amplexatus fuerat cum magna auſteritate pęnitentię, vt illis in exemp'um eſſet non ſolum verbo, ſed etiam opere,

cuius ordinis pauci conuentus tunc erant in Regno, & nulli in
diæceſi Mazarenſi latiſſima, & ampliſſima, quam libenter accep-
tarunt multi tum nobiles, tum ciues, & plebei.
Neceſſe erat præparare locum religioſum, in quo ſe congregarent
ad ſeruiendum Deo, Eques Iacobus de Fardella nobilis Drepa-
nenſis cum F. Iacobo, quem vnice diligebat exiuit foras pede-
ſter, & pariter deambulantes per ora maritima quærentes ali-
quem locum à conuerſatione hominum ſemotum contempla-
tioni, & orationi aptum, peruenerunt ad quoddam antrum nun-
cupatum della Trope prope turrim rotundam, quam ædificauit
Antonius Ferrus contra piratas ſuper proprio fundo, quem ibi
poſſidebat ſub aſpero colle montis ciuitatis Ericinæ orientem
verſus, quod illis viſum fuit opportunum pro ſua Congregatio-
ne erigenda, initium ibi poſuerunt ſacri domicilij anno Domini
1540. ex dictis in fundatione conuentus Martognæ ſub num. 4.
obtenta licentia à Paulo III. vltimo Maij ſequenti anno fundan-
di huiuſmodi congregationem; & quia ipſe F. Iacobus erat Se-
ctator Capucinorum & in conuentu S. Franciſci Conuentualium
moram trahens, nondum enim inerant Obſeruantes, nec Capuci-
49 ni, tamquam Pater futurus dilectorum filiorum huius Congre-
gationis ipſe primus habitum rudem griſei coloris ex arbaſio rui-
do canonice ſuſcepit ſemper incedendo diſcalceatus cum ſuis
vt illum deinde alijs volentibus recipere legitime conferre
poſſet. Sed inde propter nimiam loci anguſtiam, & rigiditatem,
atq; etiam aeris inſalubritatem, religioſi enim diuerſis morbis
vexabantur, ex Apoſtolico indulto Pauli III. ſub anno 1546. ex-
pedito commigrarunt in alium Martognam nuncupatum ſuper
ſolo Equitis Andreæ de Fardella fabricatum aptiorem, & com-
modiorem in radicibus Montis S. Iuliani, vt ibidem dictum fuit.
Ibi ergo cum diſcipulis ſuis non otioſus orationibus, diuinis offi-
cijs, abſtinentijs, & macerationibus carnis, vt ſpiritum redigerent
in ſeruitutem Dei, continuo incumbebant.
50 Seruus Dei memor ſui, & diſcipulorum, obliuiori non dedit fide-
les, quos in mundo reliquit, ſed pro eis quoq; laborioſus fuit, &
quia Congregationem ſuam plantauerat ad radices Montis S.
Iuliani, æquum, & iuſtum putauit ſeminare ſpiritualia illis, à qui-
bus temporalia receperat, dum in huius ciuitatis fundo prædicto

ſuacum

ſuacum plantauerat inſtitutum. Prædicauit ergo verbum Dei ciuibus Ericynis quadrageſimali tempore cum tanto feruore, & ſpiritu diuino, qui in eius ore loquebatur, vt plurimos tum nobiles, tum plebeos in ſe conuerſos reduxerit à via errorum ad ſemitam ſalutis. Adfuit puella virgo nomine Angela Coppula nobilibus nata parentibus, quæ ex eius concionibus erga Deum Sponſum tuum amore & caritate flagrabit, oblita huius mundi vanitatum, aliud non cogitabat, niſi Chriſtum, & hunc crucifixum, ſe in melius deliberant, inuitis parentibus, patrimonij, quod erat opulentum, in pauperes diſtributione legitime commiſſa, ingreſſa fuit monaſterium S. Trinitatis intra Drepanum à F. Iacobo noſtro erectum ſub profeſſione Tertij Ordinis, nunc *Abba-*
51 *tia Grande* nuncupatum, quod fundauit anno 1542. ex Pirro in Notit. Mazarenſi fol. 553. in quo recluſit plures puellas nobiles Chriſto profeſſione virginitatis deſponſatas, videlicet Seraphi-
52 nam, & Cherubinam Sorores filias Iacobi Ferri Pepuli Baronis di Fiume grande; filiam Baronis Fauinianæ; Euphroſinam Viſi de Vincentio; Prudentianam Sampſonis Fardellæ; Michaelem Nicolai Ferri; Celidoniam, & Chriſtinam Iſſij de Rizzo Fratris Baronis prædicti de Fauiniana; tres Sorores F. Michaelis lo Burgio huius Ordinis profeſſoris, diſcipuli ſerui Dei, cuius vitam, quam nunc ex illo extendimus ipſe vti teſtis ocul tus conſcripſit, cum mul is alijs, quæ breuitatis cauſa prætermittuntur.

53 Ex hac ſancta reſolutione, qua Angela virgo Chriſto Sponſo ſuo virginitatem conſecrauit, diabolus ſupra montem Ericynum magnam inter illos ciues ſeminauit zizaniam, maxime eius conſanguineos, & attinentes, qui omnibus vijs, & exquiſitis modis quærebant puellam remouere ab hac diuina inſpiratione, proponentes ei iuuenem ei parem nobilitate, pulcritudine, & diuitijs, vt puellam auerterent à ſancto propoſito ad huius ſeculi vanitates, ſed quia Spiritus Dei, vbi vult, ſpirat, fruſtra laborabant, & quo plus conabantur eam trahere in ſuam ſententiam, eo magis ab eorum opinione, & perſuaſione recedebat, proteſtando alacriter & viriliter, ſe ſponſum habere iuuenem illo pulcriorem Chriſtum Dominum, cuius conceptam fidem peierare nolebat. Oleum, & operam perdiderunt, dum puella prudens virgo accepit oleum in vaſe ſuo, & incendit lampadem ſuæ profeſſionis

in

in monaſterio S. Trinitatis crine tonſo nubit æterno ſponſo.
54 Diabolus, qui habet diuerſas artes nocendi non contentus zizania, quam inutiliter ſeminauerat ſine fructu, quem ex puella colligere non potuit, inſtigauit eiuſdem conſanguineos, & horum amicos, qui odio concepto criminaliter detulerunt F. Iacobum turpiter coram Epiſcopo Mazarenſi Hieronimo de Terminis 37. in ordine ex Pirro fol. 521. varijs criminibus contra eum expoſitis in proceſſu contra eum fabricato. Quia autem contra religioſum exemptum agebatur proceſſus Romam tranſmiſſus fuit ad Rodulphum Cardinalem de Carpo tunc Epiſcopum 46. Agrigentinum ex Pirro in Notit. Agrigent. fol. 311. ab anno 1546. ordinis noſtri Protectorem, quem examinandum remiſit Hieronimo Valentino, Canonico Agrigentino, & ibi eius Vicario Generali, qui tota proceſſus ſerie diligenter perpenſa, Drepanum ſe contulit, viſitauit Sorores, quas ſub inſtituto Tertij Ordinis ſeruus Dei Iacobus recluſerat in monaſterio S. Trinitatis ab ipſo fundato, in qua virgines ſanctimoniales diuinis obſequijs ſine intermiſſione deditas inuenit, quæ ſibi viſæ fuerunt non humanam, ſed angelicam in eo ergaſtulo in orationibus, & contemplationibus Paſſionis Ieſu Chriſti aſſidue vitam producere, abhorrentes omnino conuerſationem huius ſeculi nequam etiam conſanguineorum, quos nedum alloqui, ſed nec videre curabant, quamuis eis tunc non eſſet indicta clauſura, quam voluntarie obſeruare voluerunt. Inde Vicarius Valentinus aſcendit in montem S. Iuliani, vt videret, an veræ eſſent querelæ, quæ contra F. Iacobum expoſitæ fuerant à nonnullis maleuolis illius ciuitatis, & inquiſitione facta diligenti nihil ſolidū, nihil firmum, nihil obiurgatione dignum inuenit contra Iacobum.
55 Vicarius Drepanum reuerſus, cognita perſecutione, & malignitate Ericynenſium, & exemplari vita puellarum, quas vir Dei educauerat in diſciplina regulari, è carcere eductum F. Iacobum præconizauit, declarando illum per ſententiam definitiuam datam 30. Octobris V. indict. 1546. innocentem ab omnibus impetitis exceſſibus, & delictis, in conuentu S. Franciſci Drepani multis præſentibus ciuibus ex prudentioribus, à quibus & illum abſoluit. Qui aderant præſentes huic ſententiæ, omnes vno ore ad inuicem exclamarunt: *Hodie canonizatus eſt F. Iacobus de Eugubio.*

gubio; Quia apud nos nota eſt eius innocentia. Dimiſſus autem fuit F.Iacobus, vt ſuum munus prædicationis proſequeretur, & inſti-
56 tutum Ordinis propagaret; vnde dictus Vicarius in ciuitate Agrigentina, cui præerat, introduxit monaſterium in loco *della Batti ola* virginũ eiuſdem inſtituti, quo F. Iacobus tranſmiſit tres ex ſuis ſanctimonialibus ſelectis, cum duobus viris religioſis eiuſdem profeſſionis, qui illis Sacramenta adminiſtraret, & monita ſalutis daret, vt exitus poſtmodum acta probauit.

57 Iacobus noſter multum carus fuit eidem Cardinali de Carpo Protectori eius nomine, & re maxime poſtquam notam habuit eius innocentiam. ſuis enim literis, & fauoribus Congregationem virorum, ac virginum viro Dei inſtante ſemper defendit à calumnijs improborum, qui inuidebant porfectui ſpirituali animarum. Non minori protectione ſub vmbra alarum Ioannis de Vega Viceregis Siciliæ vixit, quem cum ſua Congregatione vi-
58 rorum; ac mulierum à quauis moleſtia, & perturbatione malignorum ſemper defendit, cuius fauore alia duo monaſteria auxit, vnum mulierum conuertitarum, alterum orphanarum, de quorum vno Pirrus in Notit. Mazar. fol. 565. Hæc monaſteria cum alio S.Trinitatis per ſubterraneas vias communionem habebant in ſpiritualibus, nam illis ſimul congregatis in magna aula conuentus S. Trinitatis F. Iacobus cum earum magno fructu prædicabat coram Auguſtiſſimo Euchariſtiæ Sacramento expoſito, & finita concione omnes ſacra communione reficiebat, & per ſingulos dies illis mane hoc ſanctum obſequium præſtabat.

59 Defuncto Cardinali de Carpo, cuius mors accidit 2.Maij 1564. ſucceſſit Carolus Borromæus nunc Sanctus nepos Pij IV. à quo in tali honore anno 1560. ſublimatus fuit, electus poſtea Ordinis Protector; F. Iacobus ſtatim Romam transfretauit, vt eoſdem à Cardinali Borromæo fauores, quib. defenſus fuit à Carpenſi, obtineret pro ſua Congregatione, vnde ab eod. Pontifice an. 1565. impetrauit, vt ipſe, & eius Congregatio tam virorum, quam mulierum illorum trium monaſteriorum eſſent ſub immediata protectione Cardinalis Borromæi, viſitationem commitendo ſoli Miniſtro Minorum Conuentualium excluſis Obſeruantib. quot. vnus tantum ſemel viſitauit ſe gerens in illis vt pater nihil innue-

niendo correctione dignum, cum in conſpectu ſemper Fratres haberent Iacobum, qui ſuper illos vt amantiſſimus Pater inuigilabat, ne lupus rapax gregem ſuum diſpergeret.

60 Anno 1565. obijt in Domino Pius IV. quinto idus Decembris, cui anno ſequenti ſucceſſit Pius V. idib. Ian. qui anno 1568. edidit Bullam extenſam ſub num. CCXXXIII. de Reformatione Fratrum, & Sororum Tertij Ordinis, ſubijciendo eos per vniuerſum orbem Minoribus de Obſeruantia cum ſuppreſſione proprij Generalis. Miniſter huius Prouinciæ Siciliæ, Bullam, quam præ manibus habebat, recognitam à iudice Monarchiæ, cæpit exequi, nam Drepanum ſtatim aduolauit, & à F. Iacobo cum cæteris eius diſcipulis vtriuſq; ſexus petijt ſubiectionem, & obedientiam. Illi reſponſum fuit huiuſmodi Fratrum, & Sororum Congregationem eſſe immediate ſub cura, adminiſtratione, & protectione Cardinalis Borromæi Archiepiſcopi Mediolani, ac proinde eã Congregationem non comprehendi ſub Bulla Pij V. reducentis Fratres, & Sorores Tertij Ordinis ſub regimine Minorum de Obſeruantia; Quo audito Miniſter ſtatim excommunicauit Fratres, & Sorores tamquam contumaces, & inobedientes, quod tamen facere non debebat, ſed prius conſulere Romanum Pontificem, quid ſentiret de ſpeciali hac cura, & protectione Cardinalis Borromæi erga Fratres, & Sorores, quod non fecit, ſed ius prætenſum præcipitauit, ideo re delata ad ſupremum iudicem, ea cenſuræ pęna declarata fuit nulla, & inualida, neq; enim collegium, congregatio, aut communitas excommunicari poteſt, cum ea feratur tantum contra inobedientes, & contumaces, ac proinde in omnibus ſupponat peccatum mortale, quod non eſt veriſimile reperiri in omnibus, cum aliquis, immo plures ſint ſemper in Communitate parati obedire, non quærentęs an teneantur necne, & an Prælatus ſit illorum competens ſuperior.

61 Nichilominus poſtmodum quidam de Obſeruantia à Sede Apoſtolica Viſitator delegatus fuit in executionem Bullæ Pij V. ad viſitandum eoſdem Fratres, & Sorores, quibus actum viſitationis, & inueſtigationis ſuper eorum vita, & conuerſatione, & cum in illis nihil contrarium bonis moribus, nec aduerſum regulari diſciplinæ, in qua ex vigilantia F. Iacobi continebantur, Viſitator illis, quos ſuæ ditioni, & regimini religionis ſubiecerat, be-

nedictio-

nedictionem Domini in pace reliquit. Interim F. Iacobum, qui carceri mancipatus fuerat, in qua ſemper lætus ad Deum preces effundebat pro ſuis perſecutoribus, mandauit extrahi, & reddi ſuæ libertati, & ſtudio ſuorum diſcipulorum, quos inuenerat in regulari obſeruantia ex prudenti vigilantia ſerui Dei perſeuerantes.

62 In ea viſitatione decretum fuit, ne Fratres, qui nondum conuentum habebant intra Drepanum, vbi tamen manebant in ſeruitio ſpirituali nonnulli ex ſenioribus cum F. Iacobo in quodam hoſpitiolo à monaſterijs ſororum remoto, pernoctarent ibi, ſed omnes intra clauſuram Conuentus Martognæ ſimul commorarentur, ex quo non poſſent monialibus ſuis ſanctum pręſtare obſequium prædicationis, & Sacramentorum admiuiſtrationis, *factum* fuit, vt nobiles ciuitatis Fratribus concederent locum in ciuitate ſub nomine Sancti Rochi de anno 1574. de quo ſub n. 6. dictum fuit.

63 Sancto Carolo renuntianti ſucceſſit in protectione Iulius Feltrius de Ruere Cardinalis Pręnneſcinus Archiepiſcopus Rauennę, qui Vrbini obijt 1578. die 10. Septembris, qui cognita exēplari vita Fratrum ſub diſciplina F. Iacobi, nonnullos Fratres diſperſos pręſertim Romæ, quo fugerant ad implorandum auxilium Sedis Apoſtolicę pro ſuo inſtituto, Cardinalis Protector remiſit Drepanum cum facultate celebrandi in conuentu Martognę Capitulum Prouinciale, & in eo congregato elegerunt ſibi in Prouincialem P. F. Hieronimum Riccium nobilem Drepanenſem eiuſdem inſtituti, qui in eo Regno fuit primum Prouinciale Capitulum.

64 Perſecutiones actas in F. Iacobum, & eius Congregationem fouebat pręalijs quidam nobilis Drepanenſis cognomine de Ferris, eo mortuo filius nomine Berardus procurauit patris emēdare quantum potuit errorem, nam in domo ſua ſemper volebat ex Fratribus aliquos morari, vt illi monita ſalutis pręberent, & affectum, quem illis verbis monſtrabat, effectu comprobauit, dum voluit eſſe fundator, & principalis benefactor conuentus S. Roch intra Drepanum, quem egregijs edificijs munitum cum Eccleſia ornatum cernimus.

65 Non obſtantibus tot perturbationibus, moleſtijs, & perſecutionibus Fratres cum ſuo Patre ſemper conſtantes perſeuerauerunt in ſeruitio Dei, & obſeruantia regulari, & quo plus fluctibus peſtiferi maris huius ſeculi agitabantur, eo magis augebantur, & propagabantur, de quibus dici poteſt: *In incude, & malleo dilatauit nos Dominus.* Et cum S. Auguſtino. *Eccleſia Dei magis magisq. dilatata eſt, non reſiſtendo, ſed perferendo.* Quod contigit huic Eccleſiæ Congregationis Drepanenſis, quę quo plus agitata fuit à ſuis perſecutoribus, eo magis propagata fuit, & magnum ex moleſtijs patienter paſſis reportauit incrementum.

66 F. Iacobus circa triginta tres annos proximus fuit opere, & ſermone ſuę Congregationi, & Drepanenſibus, quamuis à multis inique offenſus, & vexatus, patientia, & humilitate vicit omnes, ex quo pie credendum eſt, ipſum mercedem ſuorum operum nunc cum Beatis poſſidere in regno cęleſti.

67 Demum Pius V. mandauit eidem F. Iacobo, vt relicto habitu Tertij Ordinis rediret ad Ordinem Capucinorum, in quo promiſerat Deo ſeruire, & ſic habitu Capucinorum reſumpto, in eo proſecutus fuit ſuum prędicationis exercitium in diuerſis monaſterijs monialium, & Romę pie in Domino defunctus appoſitus fuit cum patribus ſuis Capucinis.

Hęc accurate collegi ex MS. Patris Michaelis lo Burgio Drepanenſis, qui fuit vnus ex eius primis diſcipulis, proteſtando ſe ſupradicta fideliter narraſſe, prout viderat. Nonnulla addidi quoad Hiſtoriam, & tempora, quę deerant.

De Filijs, & Filiabus F. Iacobi.

VEnerbalis Pater F. Iacobus fundauit ſuis prędicationibus, & bonis exemplis quatuor conuentus, vnum Fratrum in Martogna, tres vero Sororum intra Drepanum, vt dictum fuit ſuperius. Referam nonnullorum Fratrum vitam, & geſta dignorum memoria.

68 HIERONIMVS Riccius genere nobilis Drepanenſis, primus Siciliæ Theologus inſignis non quidem filius, ſed tantum diſcipulus fuit F. Iacobi, nam antea multo tempore erat profeſſor huius Ordinis, cum anno 1534. receperit conuentum Agrigenti laudatur in munere prædicationis de quo ſub num. 3. & 6. Primus Prouincialis fuit ſub F. Iacobo ex facultate Protectoris Iulij Cardinalis de Ruuere electus in Conuentu Martognæ, vbi congregatum fuit Capitulum Prouinciale. In Curia Romana aliquando fuit Procurator Generalis, & poſtea iterum in Prouincia ſua Prouincialis, morti, quam ſuis Fratribus prædixit, appropinquans, erat enim plenus dierum, & meritorum, ſuos ante conſpectum ſuum vocatos filios ad regularis obſeruantiæ perſeuerantiam adhortatus cum illis balbutiendo, vt poterat, lytanias Sanctorum recitare voluit, & illis verbis: *Propitius eſto*, prolatis quaſi dormiens animam ſuo creatori commendando expirauit in conuentu Miſericordiæ Panormi anno 1599. in eius exequijs Magiſter F. Ioſeph la Napola Drepan. Prouincialis Minorum Conuentualium honorificam de eo habuit orationem. Eius oſſa de anno 1616. translata fuerunt in conuentum Martognæ à F. Gregorio de Burgio ibidem tunc Priore, vt vbi viuens ſeruierat, mortuus reciperet ſuffragia ſuæ ſeruitutis. Hic ille eſt, qui Regulam tranſtulit in vulgare idioma dedicatam ab eo Reuer. F. Hieronimo Marcheto Generali.

69 PETRVS Gramignanus profeſſione laicus curam habebat viridarij, cum magna humilitate cæteris Fratribus in omnibus ſeruiebat de die, ſibi vero de nocte, dum eius requies, & dormitio conſiſtebat in vigilijs, & orationibus, fluentibus lacrimis plangendo amare Paſſionem Chriſti Saluatoris noſtri. Dixit aliquando F. Michaeli lo Burgio ſe vidiſſe ſeruum Dei Iacobum intra viridarium orantem ſæpius cum facie lucida, & reſplendente. Graui infirmitate oppreſſus aliud dicere non ſolebat, niſi laudes Deo, & Virgini eius matri, cum quibus animam Deo ſuo exhalauit præſentibus Fratribus, ibique honorifice ſepultus fuit. De eo mentionem facit Pirius ſupra hic num. 4.

70 SERAPHINVS Lazara nobilis Marſallenſis, ſacris literis præſertim imbutus, religioſus exemplaris, continuo ſe exercebat in ſtudio ſanctæ orationis, miræ erat abſtinentiæ, vix aliquid ſomni

Ff 3 capiebat,

capiebat, vt naturæ ſatisfaceret, non vt corpori indulgeret, de nocte ſurgendo è cella ſua intrabat Eccleſiam, in qua ſeueris diſciplinis corpus ſuum affligebant, vt ab illæcebris illud valeret continere; diuerſis infirmitatibus oppreſſus nonquam patientiam amiſit, ſed de omnibus gratias Deo agebat. Sero antecedenti eius mortem dixit F. Michaeli: *Padri mio, io mori contenti, perche vaio habitari con perſoni ſenza peccati.* Sequenti igitur die obdormiuit in Domino, cuius anima à quodam religioſo orante viſa fuit vti columba in cælum volare, ex Pirro eodem num. 4.

71 ANTONIVS à Petra Pertia, profeſſione laicus, dum erat ſecularis loco patris ſui ſerui ad triremes condemnati ſeruire voluit, vt patrem à tot moleſtijs liberaret, tanta erat pietas eius in parentem, annuit Vicerex; qui mandauit Comiti, vt ſingulis diebus centies fuſtigaret iuuenem, qui verbera patienter ſuffrebat. Vicerex de eius incredibili patientia inſtructus, eum à Catena ſolui iuſſit, & in curia ſua deſtinauit famulum. Et cum eſſet deuotus, & familiaris F. Iacobi, de licentia Viceregis habitum recepit, cum quo ſanctiſſime vixit, ſingulis diebus tres, aut quatuor horas orationi, & contemplationi dabat, & maiorem temporis partem morabatur in ſilua, vt deuotius orationes ſuas Deo funderet. Dæmon inuidus ſæpius eum miris modis, & aſtutijs vexabat, & nonquam ex eo aliquem fructum ſuæ diabolicæ artis reportare potuit, nec in vigilia, nec in ſomnis, nam quadam nocte diabolus conabatur ei illudere, dum ſomnio immiſſo putabat ſe vxorem duxiſſe; expergefactus ab illuſione inimici, repente à lectulo ſurgens ſe exuit ſuo habitu, & aperta cella ſecreto ſeceſſit nudus in ſiluam, in ſpinis, & vepribus ſe peruolutauit adeo, quod illis peractis ex omni parte compunctus ſanguine totus aſperſus præ dolore videbatur exanimis. Inde receſſit ad conuentum Agrigenti, ibi ſeruiendo peſte infectis cum omni caritate eodem morbo ad cælum euocatus fuit, vt pie credi poteſt, ibidem ſepultus.

72 VINCENTIVS de Genua laicus multis annis ſeruiuit in conuentu Martognæ cum magna caritate, quamuis literis expers, nihilominus cum religioſis Theologis, & alijs viris doctis, ita ſapienter diſcurrebat de myſterijs fidei, quod omnibus videbatur multis annis operam dediſſe ſacris literis. Certe Deus mo-

uebat

uebat os eius, qui diuinitus omnia didicerat, dum ſe occupabat in orationibus, per quas ſerui Dei perficiuntur in miſterijs fidei chriſtianæ, quæ cum operibus ſemper viuit. Pater Michael lo Burgio quodam die audiuit in aurora vocem loquentem prope cellam huius religioſi, clare hæc verba. *Aperi os tuum, & implebo illud.* Quæ de F. Vincentio dicta fuiſſe omnes crediderunt, quibus F. Michael narrauerat. In conuentu S. Rochi animam creatori ſuo reſtituit Drepani ibidem ſepultus.

73 MICHAEL Burgius Drepanus genere nobilis, virtutibus clarior, ex cuius Manuſcriptis ſuperius recenſui vitam, & geſta F. Iacobi, cuius diſcipulus fuit, & comes in multis peregrinationibus Romam, & Mediolanum illum comitando, pro defenſione Reformationis, cuius occaſione in dictis locis cognita fuit eius virtus, & prudentia apud Cardinales, & Principes qui illum mire obſeruabant. Omnibus fere officijs ordinis in ſua Prouincia honoratus fuit, quater ad Prouincialatus dignitatem licet reluctans propter humilitatem ſuam aſſumptus ex obedientia, ſub cuius iuriſdictione fundationem habuerunt conuentus Drepanenſis, Panormitanus S. Nicolai, Calatafimi, & Catanenſis, ipſo agente pro illorum aquiſitione. Primum omnium erexit ibidem Altare S. Caroli anno *1613.* de quo Gratarola in vita S. Caroli fol. 558. Plenus dierum, & meritorum in conuentu Drepani die *9.* Ianuarij *1616.* mundum, quem ex parte in ſua regulari profeſſione reliquerat, in totum deſeruit quærendo vitam æternam, quam ſperamus inueniſſe, ibidem eius corpus ab alijs ſegregatum requieſcit in Eccleſia S. Rochi.

74 IOANNES ANTONIVS Brandus patria Salemitanus, Theologus inſignis, Concionator celebris, Poeta clarus. In regulari obſeruantia ſingularis, ieiunijs, & abſtinentijs corpus ſuum in ſeruitutem ſpiritus redigebat. Varijs ordinis gradibus etiam ex maioribus inſignitus, humilis adhuc, & ſeruus omnium ſe gerebat. Senectute bona omnibus affabilis quieuit in Domino, qui in honorem Domini multum laborauerat in ordine. De eius morte ſatis dictum fuit ſupra num. 2. in conuentu Salemis. De eodem redibit ſermo in cap. de Scriptoribus Ordinis.

75 FRANCISCVS Lobellus in Theologia Magiſter, celebris fuit ſui temporis verbi Dei præco, qui ſuis prædicationibus multos

fideles præſertim fæminei ſexus à vitijs huius ſeculi retraxit, de quo Pirrus citatus ſupra num. 10. ait claruiſſe Cataniæ, interfuit receptioni conuentus Thermarum anno 1610.

76 AMBROSIVS Iugo Panormitanus in ſacris literis verſatiſſimus, quibus ſuas conciones condiebat egregius prædicator meruit aſcendere ambones catedrales. Quotidie rem ſacram faciebat cum magna deuotione, & quamuis in peragendo hoc Sacroſanctum Myſterium potius longior, quam breuior, omnes tamen currebant ad audiendam eius miſſam, quia de illo magnam conceperant ſanctimoniæ opinionem. Morti appropinquans proximiorem ſe fecit Deo exhalatione animæ 27. Auguſti 1613. in eius laudem N. de Obſeruantia habuit orationem in celebri templo Miſericordiæ Panormi, vbi honorifice ſepultus fuit.

77 IOANNES BAPTISTA Prouenzanus Drepanus ſanguine clarus, ſed religioſis moribus, & virtutibus clarior fuit. Ob eius merita bis renuntiatus fuit Generalis in Religione, quod munus æqua lance exercuit, abſtinens ſe à muneribus, ne cuiquam eſſet & ſibi iniquus. Et ſicut primum inter omnes tenebat locum in honore, ita primus quoq; erat in oneribus. Concionator fuit feruentiſſimus, & proficuus ſuis auditoribus, prædicans magis opere, quam verbis, dum quod verbis alijs inculcabat, ipſe opere compleret. Deceſſit in bona ſenectute cum opinione ſanctitatis Romæ die vndecima Aprilis 1614. ibidem honorifice tumulatus in Eccleſia inferiori veteri SS. Coſmæ, & Damiani. De quo dixi ſupra num. 2. & 6.

78 SANCTORVS Pecorella Salernitanus, in Sacra Theologia Magiſter, in religione ſemper irreprehenſibilis, & laudabiliter vixit, ex quo meruit officium Vicarij Generalis Apoſtolici ob mortem ſupradicti Generalis. De eo plura dixi ſub num. 2. 9. 19. & 25. quæ hic non repetam.

79 IOANNES Alberghinus Panormitanus celebris Theologus, in Regno Siciliæ Conſultor, & Qualificator officij S. Inquiſitionis. In iuuentute ſua exercuit cum magna laude officium Lectoris, ac Regentis docendo Philoſophiam, & Theologiam relinquendo poſt ſe diſcipulos, qui poſtea ſecuti ſunt veſtigia Præceptoris ſui. Pluribus officijs ordinis decoratus animam Deo

reddidit

reddidit 26. Septembris 1644. orante in eius laudem Ludouico Munaò viro egregio Clericorum Regularium Minoritarum, præſentibus Dominis Inquiſitoribus, & alijs proceribus, honorifice ſepultus in Eccleſia Miſericordiæ Panormi.

80 IOANNES VINCENTIVS Aliſerius Panormitanus Theologus præclarus, literis Grecis. & Hebraicis ornatus, in ſacris concionibus multum celebris, & gratus, ideo in multis Cathedralibus tum in Regno, tum in Vrbe, & extra verbum Dei cum magno fructu auditorum talis cognitus fuit, qualis erat in opinione ſapientum. Multis perfunctus officijs in Religione, & extra Conſultor, & Qualificator pro officio S. Inquiſitionis in Regno Siciliæ, & alijs honoribus cumulatus in conuentu Burgij cauſa aeris mutandæ ob infirmitatem commutauit religioſe vitam mortalem cum morte, quæ illi perpetuæ vitæ, vt pie creditur, cauſa fuit, die 14. Septembris 1652. ibidem rite tumulatus.

81 SERAPHINVS Legius Panormitanus vir præclariſſimus in ſpeculatiuis aliquando Lector, & poſtea Regens reliquit ſui officij doctos ſucceſſores diſcipulos. Theologus Eminentiſſimi Cardinalis Coſtaguti, cui etiam ſeruiuit à Confeſſionibus. Celebris verbi Dei Concionator, vt eius indicant ſcripta, vt ſuo loco referam. Fuit inuentor celeberrimæ deuotionis S. Annæ in Religione, prout dixi ſupra ſub num. 9. Varijs cohoneſtatus dignitatibus ſui ordinis, & infirmitatibus etiam in ipſa quaſi decrepita ſenectute, quæ ipſa eſt morbus, valde vexatus, vale eiſdem dixit in æternam valiturus, die 8. Auguſti 1655. Romæ in conuentu S. Pauli de Arenula ſub tumulo iacet.

82 BENEDICTVS Fidelis Fortunati Medici filius Agyrenſis, hoc eſt, de S. Filippo, in ſeculo operam dedit Philoſophiæ, & Medicinæ, cuius profeſſionis erat eius pater, poſtea Religionis vota nuncupauit anno 1588. proſecutus ſtudium Theologiæ, tempore debito inſignia Theologi recepit in Sapientia Romana. Pluribus in Religione gradibus illuſtratus ſe dedit lucubrationi, & compoſitioni concionum, vt ſuo loco dicetur. Vitam ſemper duxit irreprehenſibilem, morib. ornatiſſimus, tandem febri continua vexatus ex corporis ergaſtulo morte ſe liberauit 1648. Pirrus in Notit. Catan. fol. 109.

83 FRANCISCVS Sitaiolus patricius de Leocata, ſeu Alicata

vrbe

vrbe in Agrigentina diæceſi Magiſter Theologus omnium virtutum ſpeculum, ad quem tamquam ad oraculum omnes Alicatenſes, & Agrigentini pro conſilijs recurrebant, in rebus gerendis parem non habebat, deceſſit Agrigenti rite tumulatus in Eccleſia ſui Ordinis.

84 BERNARDVS Sabbia Panormitanus prætereundus non eſt Prouinciæ Siculanæ ſplendor; Conuentus Romani Sanctorum Coſmæ, & Damiani magni Refectorij fundator, multo tempore ibi functus eſt officio Procuratoris Generalis, multis Cardinalib. carus, vitam finiuit religioſe tumulatus ibidem, de quo fit mentio ſupra ſub num. 15. & 16.

85 IOANNIS BAPTISTÆ Carambæ geſta retulimus ſub num. 16. Ideo lege ibi.

86 GREGORIVS de Goliſano ætatis ſuæ annorum triginta religionem ingreſſus 1582. nulli labori parcens, ſed officio Marthæ occupatus beneficus fuit conuentui Martognæ, non oblitus orationis Magdalenæ partes aſſumpſit in ſingulis noctib. preces ad Deum fundendo, in quib. adeo aſſiduus erat, quod eius pellis ex genuflexionib. callum obduxerat, diuerſis infirmitatib. fere ſemper aſſociatus cum illis obdormiuit in Domino die 10. Februarij 1628. ibidem rite ſepultus.

87 LVDOVICVS de Monte ex Marco, & Roſella iugalib. in baptiſmo Philippus cognomine Sichichi profeſſionem Martognæ edidit anno 1587. primo vitam egit religioſam in conuentu S. Philippi, orationib. ieiunijs, & flagellis intentus. Miſſus Panormum, ibi corpus ſuum macerabat camiſia ferrea additis ieiunijs in pane, & aqua. Ex obedientia initiatus ſacerdotio anno 1597. quotidie rem ſacram faciebat cum ingenti feruore ſpiritus. Nouitijs in conuentu Martognæ, quibus præerat Magiſter monita ſalutis offerebat, eiſdem quandoq; prænuncians occultas tentationes, à quibus ſe præcauebant. Ipſe ſecutus Patris ſui exemplum, infinitas fere imagines Mariæ Virginis de Gratijs depictas per totum Regnum, & extra fecit diſtribuere, de quo Petrus ſupra num. 30. quæ vbiq; venerantur coruſcantes multis miraculis. Ad feſtum S. Agathæ Catanam ſe contulit anno 1617. orans deuotiſſime ad eius ſepulcrum. Poſtea Modicam occulte ingreſſus, ſparſa eius aduentus fama communi lætitia ab omnibus

bus Modicanis exceptus fuit, quo tempore infinitum grillorum exercitum vaſtantium campeſtria repetitis inſtantijs ciuium; ſacerdotalib. veſtib. indutus cum populo Deum deuote orando in aerem ſe tollentium profligauit ſtatim præcipitanter in mare volantium, quo facto inſalutato hoſpite receſſit. Mortem ſuam præſciuit, infirmitate decemſeptem dierum grauatus Drepani ex hac vita migrauit ad Dominum 29. Octobris anno Iubilei 1625.

88 SILVESTER de Sicli patricius inter alios ex ſenioribus Regni Theologus celebris, & in prædicationibus valde vtilis fidelibus, qui ad eum audiendum è longinquis partibus accedebant cum magno eorum fructu. Quandoq; Romam petijt viſitaturus limina Apoſtolorum ſub Clemente VIII. à quo fuit interrogatus ſuper reformatione Religionum, de multis edoctus. In Regno inuentor fuit ſermonum, qui modo vbiq; fiunt in ſero ſingulorum dierum veneris in memoriam Paſſionis Chriſti; pariter, quod in meridie campanæ pulſantur rememorantes horam mortis Domini, quod adhuc eſt in vſu in multis locis. Raro è cella egrediebatur, non niſi neceſſario, ſemper orationibus, ieiunijs, & flagellis Deo ſeruiens, factus impotens in lectulo iacebat habitu hiſpido indutus pluries Angelos habuit ſocios, qui cum eo auditi ſunt recitare diuinum officium, centenarius obdormiuit in Domino Drepani, honorifice ſepultus in Eccleſia S. Rochi ſui Ordinis die 26. Octobris 1633.

89 SERAPHINVS Ciambra patricius Drepanenſis ex primis Magiſtris Siculis in Theologia eximius verbi Dei concionator, Definitor Generalis, anno 1588. ex ordine Benedicti Belloti Generalis præfuit Capitulo Prouinciali Siciliç, in quo electus fuit F. Silueſter de Sicli, 30. Maij in conuentu S. Nicolai Panormi ſupra num. 10. de quo ſupra num. 88. De Seraphino ſupra 6. & 12. qui ob eius merita in regulari obſeruantia à Clemente VIII. cui erat nota eius prudentia, accitus fuit ad Reformationem ſui Ordinis.

90 LVCAS de Ceramo profeſſione laicus, ſeruus præclarus Dei, beatus communi omnium Meſſanenſium opinione, apud quos veneratur. Dixi ſupra ſub num. 14. de conuentu Meſſanæ.

91 *Hic ſubijciuntur Literæ Pœnitentiariæ S. Petri confirmatoriæ Literarum à Generali Minorum conceſſarum F. Iacobo de Eugubio manendi Drepani, à quo non poſſet à quoquam remoueri tenoris ſequentis.*

Antonius miſeratione diuina tituli Sanctorum quatuor Coronatorum Presbiter Cardinalis, dilecto in Chriſto Iacobo de Gubio Presbitero Ordinis Minorum Reformatorum profeſſori ad præſens in ciuitate Drepani Mazar. diæceſis reſidenti ſalutem in Domino.

Exhibitæ Nobis nuper pro parte tua petitio continebat, qua nuper Miniſter Generalis tui Ordinis de tuis probitate, & bonitate confixus, volens te ſpiritualibus gratijs proſequi, ciuitatem prædictam per ſuas patentes literas tibi aſſignauit, & conceſſit, prout in dictis literis dicitur plenius contineri, cum auctoritate, ſicut eadem ſubiungebat petitio, tu cupias, vigore dictæ licentiæ, & ea durante, in dicto loco, tam pro tua, quam pro totius ciuitatis commoditate, & conſolatione ſpirituali ſtare, & permanere; deſiderans, licentiam, ſeu literas præfatas, quo maioris roboris obtineant firmitatem, Apoſtolicæ confirmationis munimine roborari.

Quare ſupplicari feciſti humiliter, tibi ſuper his per Sedem Apoſtolicam de opportuno remedio miſericorditer ſuper his prouideri.

Nos igitur tuis in hac parte ſupplicationibus inclinati, ac dictæ licentiæ, ſiue licentiarum tenore præſentibus pro expreſſis habentes auctoritate Domini Papæ Curiæ Pænitentiariæ curam gerimus, & de eius ſpeciali mandato ſuper hoc viuæ vocis oraculo Nobis facto, Tibi, vt vigore dictæ licentiæ, ſiue literarum, vt ea, ſiue eis durantibus in loco prædicto ſub obedientia tamen, & correptione ſuperioris tui Ordinis ſtare, & permanere, iuxta tenorem, & continentiam earundem literarum, libere, & licite poſſis, & valeas. Nec ab eo vltra tenorem licentiæ, vel literarum prædictarum amoueri, niſi id tuis exigentibus demeritis, veris exiſtentibus præmiſſis, tenore præſentium indulgemus, ac licentiam, & liberam facultatem concedimus.

Iubentes in virtute S. Obedientiæ, ac ſub excommunicationis, ſeu ſententiæ pæna, quam contrafacientes incurrere volumus ipſo facto,

facto, & à qua niſi per eos, & Sedem Apoſtolicam, præterquam in mortis articulo conſtituti abſolui non poſſint, tam loci ordinario, quam dicti Ordinis Minorum Fratribus Superioribus Generali Reformationis, & alijs quibuſcumq; perſonis, tam eccleſiaſticis, quam ſecularibus, ne ſe ſuper præmiſſis, vel eorum executione prædictæ licentiæ tenore, verbo, vel opere, directe, vel indirecte, quæuis quæſito colore, vel ingenio moleſtare, perturbare, aut alias quomodolibet inquietare, vel impedire præſumant quoquo modo.

Decernentes ex nunc irritum, & inane, ſi ſecus à quoquam quauis auctoritate contigerit attentari.

Non obſtantibus conſtitutionibus, &c. Datum Romæ apud S. Petrum ſub ſigillo officij Pænitentiariæ 6. idus Maij Pontificatus Domini Pauli Papæ III. anno ſeptimo.

Hæ literæ datæ fuerunt anno Domini 1541. ad fauorem dicti F. Iacobi, qui adhuc erat cum habitu Minorum Reformatorum, vt colligitur ex his literis, quibus alias ſubiungimus de Sororibus Tertiarijs, quæ ex conſilio ſe recluſerunt in Congregationem religioſam, tenoris ſequentis.

92 Dilectis in Chriſto Monialibus S. Franciſci Tertij Ordinis nuncupatis Terræ Drepani Mazarienſis diæceſis ſalutem.

Iniunctum Nobis ab Apoſtolica Sede ſeruituris officium nos admonet, & inducit, vt prudentium virginum votis, quæ virginitates ſuas Deo conſecrauerunt, promptos nos, & fauorabiles exhibeamus, ac ad ea attendamus libenter, pro qua monaſteriorum, & in illis caſtimonia clauſtrali deditarum perſonarum fæminei ſexus commoditatibus pariter augmento valeat ſalubriter prouideri.

Sane pro parte veſtra fuit propoſitum coram Nobis, quod cum in Terra prędicta, quod veſtri Ordinis profeſſoribus, & habitus Moniales in domib. proprijs permaneant, cupiatis vos, quæ numerum viginti in circa non exceditis, cum humilitate cordis, & puritate mentis Deo ſeruire, voſmet ipſas a mundanis ſeruitijs, & curis eximendo, in quadam domo honeſta intus Terram prædictam congregatas ſtare, & permanere, vt in eo Oratorium, in quo diuina celebrantur, conſtruere, & ædificare, & eandem obedientiam veſtris ſuperiorib. quam antea reddebatis, reddere

Ex

Ex quo prefato animarum veſtrarum ſaluti, & diuini cultus augmentum conſuleretur. Et tamen vobis licere dubitatis abſq; Sedis Apoſtolicæ licentia. Quare ſupplicare feciſti humiliter Nobis, vt ſuper his per ſedem eandem de opportuno remedio miſericorditer prouideri.

Nos igitur veſtrum hoc laudabile propoſitum plurimum in Domino commendantes, dictęq; domus ſituationes, & denominationes præſentibus pro expreſſis habentes veſtris ſupplicationib. inclinati, auctoritate etiam ſpeciali vobis, etiam ſuperiorũ quorumuis licentia ſuper hoc minime requiſita, in domo prefata congregatas ſub obedientia, & correptione veſtrorum ſuperiorum prout hactenus permanſiſtis, & caſtam vitam ducendo, ſtare, & permanere, & in ea oratorium pro diuinis celebrandis conſtrui, & ædificari facere libere, & licite poſſitis, & valeatis, exiſtentibus tenore preſentium indulgentiam, ac licentiam, & liberam concedimus facultatem.

Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac tam Prouincialibus, quam ſynodalibus, &c. Datum tertio Calend. Ianuarij anno ſeptimo.

Supradictarum literarum tam pro F. Iacobo quam pro Monialibus, ipſo procurante, emanatarum copiam habui ex Actis executoriantis Panormi die vltimo Maij 1541. *Berſi Ricobeni Secret. Monialium autem Eccleſia, & Monaſterium vocatur* il Monaſterio dell'Abbatia grande, *de qua Rocchus Pirrus celebris Hiſtoricus Modernus in Notitia 6. Mazarienſis Eccleſia fol.*553.

93 Obſeruandum autem eſt, Siluestrum Marulum Abbatem Ciſtertienſem in ſua Hiſtoria intitul. *Mare Oceano di tutte le Religioni* fol.259. erraſſe dum dixit, prefatum Fratrem Iacobum de Eugubio ex ordine Pij V. fuiſſe Generalem, nam ex eius actis reuera conſtat nonquam fuiſſe Generalem, immo id repugnat Bullę 233. eiuſdem Pij, qui officium Generalatus in Tertio Ordine extinxit, ad quod faciunt dicta ſub num. 59. & 60.

C A-

CAPVT XXVI.

De Prouincia Dalmatiæ.

PRouinciam Dalmatię, & Iuſtinopolis in ſtatu Reipubl. Venetę cum ſuis Fratrib. procurante Bernardo Sabbia Siculo Panormitano Clemens Papa VIII. per ſuam Bullam CCL. ſubiecit die ſecunda Septembris 1602. obedientiæ, & regimini Generalis Tertij Ordinis S. Franciſci, cum quo ſunt eiuſdem inſtituti, & profeſſionis. Conſtituit ſequentes conuentus quatuordecim.

1 IADERÆ idem quod Zara conuentus S. Ioannis Baptiſtæ prope eam ciuitatem conceſſus fuit à Laurentio Archiepiſcopo Iadrenſi anno 1454.

2 GALENAM ſuper ſcopulum prope inſulam S. Michaelis in diœceſi Zarenſi conuentus S. Pauli primi Eremitę eodem tempore conceſſus. De vtroque Vadingus tom. 6. ad dictum annum 1454. num. 90. ita ſcripſit.

Pauperibus Eremitis Ordinis S. Franciſci de Pœnitentia Martino, & Vito dudum bonæ memoriæ Laurentius Archiepiſcopus Iadrenſis, conſentiente ſuo Capitulo, & poſtulante Gregorio Merganich viro primario, donauit Eccleſiam S. Ioannis Baptiſtæ prope, & extra muros Iadrenſes, & Eccleſiam alteram, ac locum S. Pauli primi Eremitæ ſitam ſuper Scopulum Galenam, prope Inſulam S. Michaelis eiuſdem Iadrenſis diœceſis, ea tamen lege, vt in vtroq; loco boni, & probi eſſent illius inſtituti viri, qui miſſas, & diuina officia pro fundatorum animabus celebrarent. Donationem ratam voluit Pontifex hoc anno 4. idus Ianuarij miſſo diplomate ad Archiepiſcopum, qui tunc ſedebat.

Donationem approbauit Nicolaus V. anno 1454. ſuper quem annum hæc ſcribebat.

3 AVSARENSES extra muros in Iſtria Eremitorium, & Capella B. Marię Collapſa, & derelicta anno 1469. donata ſunt F. Mattheo Iadrenſi, & ſocijs eius, vt ſibi conuentum conſtruerent. Vading. tom. 6. ad annum prædictum num. 37.

4 Pe-

4 PERVICHII conuentus S. Mariæ in diœceſi Sebenici.
5 ZAGLAVI in inſula de Salo Sancti Michaelis, diœceſis Zaræ.
6 ARBÆ, quæ vocatur Liburnia ſub Alpibus Bebiarum, inſulæ S. Franciſcus.
7 OSSARIS inſulæ Cherſi S. Mariæ de Viaro.
8 S.MARTINI inſulæ Cherſi vallis S. Hieronimi, diœceſis Oſſari.
9 FARESINÆ inſulæ Cherſi S. Nicolaus, eiuſdem diæceſis.
10 VELIÆ inſulæ S.Mariæ de Chauo, diæceſis Arbæ.
11 DOBAZNIZ de Inſula Veliæ S. Mariæ Magdalenæ.
12 IN CAMPO diæceſis Parentij S. Mariæ.
13 ISTRIÆ, ſeu Iuſtinopolis *capo d'Istria*, S.Gregorij.
14 SOSTIPANAZ inſulæ S. Ioannis diæceſis Sebenici.

CAPVT XXVII.

De Prouincia Patrimonij.

PRouinciam Patrimonij S. Petri extitiſſe cum multis conuentibus in bonis noſtri Ordinis nullus dubitare debet, cum id clare conſtet ex conuentibus infra recenſendis. De locis ſubiectis Patrimonio S. Petri præſertim in Tuſcia agit Alterius tom. 1. de Cenſur. lib. 5. diſp. 21. cap. 2, & ex eo aliquid tangit Barboſa ad cap. 17. de præſcript.

Viterbij aderat conuentus S. Mariæ de Gineſtra, vbi erat Prior F. Andreas de Mediolano, qui cum ſuis ſocijs recognouit Generalem Congregationis Lombardiæ, de qua re laius patet in Inſtr. 18. receptus à F. Antonio de Capua, ex Bulla Pij II. incip. *Pia nos*, 14. Calend. Iunij 1461. citata à Petro de Alua ad dictum annum num. 14. Vadingus ad annum 1463. num. 143. vbi dicit, quod eidem F. Antonio de Capua, eiuſq; ſocijs confirmatur donatio Eccleſiæ S. Mariæ de Laniſca, alias Limneſtra Viterbienſis cum domibus adiunctis eis facta per Thomam Abbatem Monaſterij S. Crucis de Saxouiuo Ordinis Premonſtratenſis diæceſis Fulginatenſis, à quo illa Eccleſia dependebat. Et Bulla habetur in Vaticano lib. 24. Bullar. fol. 144.

Secundus conuentus extabat apud Valentanum.

Tertius S. Mariæ extra terram Caſſani.

Quartus S. Catarinæ apud Caſtrum Ciuitellæ.

Quintus Nepeſinus ex Inſtr. 20. & 21.

Aliorum conuentuum nomina inuenire non potui.

Innocentius Papa X. vt in Religione conſeruaretur memoria huius Prouinciæ, & alterius ſub titulo Montis Feltri præpoſitos illis Prouinciales titulares in Capitulo Generali Bononiæ habito in conuentu S. Mariæ Caritatis in peruigilio Pentecoſtes die 8. Iunij 1647. approbauit ſub his verbis: *Quarto, dignitates titulares Prouincialium reducantur ad duas videlicet Patrimonij, & Montis Feltri quorum priuilegia eadem eſſe intelligantur, quæ Fratribus Ordinis Minorum Conuentualium S. Franciſci conceſſa ſunt per Conſti-*

-stutiones Vrbanas cap.8. tit. 21. Habetur Bulla confirmationis ſub num. CCXCI. In eo Capitulo, in quo ab omnibus vocalibus cõfirmatæ fuerunt conſtitutiones pro toto ordine, inter alias excitatæ fuerunt quatuor dignitates titularium Prouincialium, duas tantum admiſit Papa Patrimonij, & Montis Feltri, relictis aliis duabus, quæ ſunt Prouinciarum Tuſciæ, & Sardiniæ.

Primus Prouincialis Patrimonii fuit F. Deſiderius Galeranus Mediolanenſis electus in Capitulo Prouinciali celebrato in conuentu S. Antonii Abbatis in ſuburbiis Placentiæ die 22. Iunii 1649.

Secundus fuit M. Athanaſius Morellus Panormitanus ibidem electus octauo Februarii 1653.

Tertius F. Dominicus de Seruilis Neapolitanus electus ad finem Martii 1656.

Quia autem huiuſmodi Prouinciales titulares gaudent priuilegiis illorum, qui ſunt Ordinis Patrum Conuentualium, ideo ſubieci illa extracta ex eorum conſtitutionibus ſequentis tenoris.

Subijcitur Conſtitutio Minorum Conuentualium ſupra citata tenoris ſequentis.

DE ELECTIONE PROVINCIALIVM EXTRA ITALIAM. Titulus XX.

1 DEcernitur, vt Prouinciæ omnes cum Vltramontanæ, tum Tranſmarinæ proprium ſibi Prouincialem Miniſtrum eligere poſſint, & valeant, ac ipſo facto legitime eligant. Quapropter decernitur, vt Generalis Miniſter Fratres, vel Magiſtros alienæ Prouinciæ Prouinciis, quæ ſibi Prouinciales (iuxta harum Conſtitutionum Decreta) eligere poſſunt, Prouinciales dare minime valeat. Hæ verò Prouinciæ, quæ ex propriis vocalibus electionem habere non poſſunt, vt ſunt Prouincia Romaniæ, Orientis, ac Tranſiluaniæ, & aliæ, ſi quæ ſint, quæ vocalium defectu electionem rite, canoniceq; (vt præfertur) habere nequiuerint, Prouinciales ſibi diligere nullo pacto præſumant, ſed in Capitulo Generali eligantur, vel extra Capitulum ab ipſo Generali Miniſtro de conſilio, & conſenſu Aſſiſtentium inſtituantur, ac,

vt

vt infra dicetur, profeſſionem fidei, & iuramentum emittant.

2 Vt autem ſic inſtituti à Generali Ordinis præfatarum Prouinciarum Miniſtri omnibus priuilegiis, gratiis, fauoribus, aliiſque honoribus, & indultis, quibus alii Prouinciales in Ordine noſtro de iure, & approbata conſuetudine (iuxta harum Conſtitutionũ Decreta) potiuntur, fruuntur, & gaudent, & ipſi potiri, frui, & gaudere poſſint, decernitur, & ſtatuitur, vt ſaltem biennio in ſuis Prouinciis permaneant, eaſque perſonaliter viſitent. Item quod Prouinciale Capitulum, ſeu Capitularem Congregationem celebrare non poſſint, in deputandis Guardianis quatuor ſaltem ex inſignibus illarum Prouinciarum Patribus adhibeant, eaſque deputationes per ſuffragia ſecreta perficiant, non obſtante quauis alia conſuetudine, ſiue vſu in contrarium, Priuilegiis quoque, exemptionibus, & indultis, alijſque contrarijs quibuſcunque, alias deputatio, ſiue inſtitutio irrita ſit, nulliuſque roboris, vel momenti.

DE ELECTIONE, AC INSTITVTIONE Prouincialium Titularium in partibus Infidelium, & Hæreticorum.

Titulus XXI.

1 SEraphica noſtra Religio, quæ velut Vinea Domini per totum Orbem longe, lateque diffuſa vſque ad mare propagines, ac vſque ad flumina ramos ſuos extendit, multas iam Prouincias ab Infidelibus, ſeu Hæreticis occupatas, earumque religioſiſſima, innumeraque Monaſteria magno cum fidei detrimento non ſine mœrore omiſit; Cum autem occupata per Tyrannidem poſſeſſione, Ius neutiquam amittatur, Deique miſericordia ſuccurrente, ſperandum ſit breui Prouincias haſce ad Romanam fidem, Imperiumque Romanum reuerſuras, eiuſdem Sanctæ Romanę Eccleſiæ exempla ſectantes, Prouinciarum huiuſmodi Titulares Miniſtros eligi, inſtitui, ac deputari decernimus, & ordinamus, ac antiquæ proinde Religionis diuiſioni inhærentes, ſequentium Prouinciarum titulos perpetuo deinceps erigimus, erectoſque declaramus, & approbamus. Videlicet.

TERRÆ SANCTÆ
ANGLIÆ
HIBERNIÆ
DANIÆ
SAXONIÆ
HVNGARIÆ

2 Ad hos igitur Prouinciarum Titulos ij dumtaxat aſſumendi ſunt, qui ijsdem qualitatibus, ac inſignibus decorentur, quibus in tota Religione alios ad Prouincialatus ſiue per electionem, ſiue per inſtitutionem aſſumendos decoratos eſſe oportet; iiſdem omnibus, & ſingulis priuilegijs, gratijs, honoribus, vocibus, indultis, exemptionibus, & præcedentijs, quibus alii Prouinciales tam alienarum, quam natiuarum Prouinciarum in Ordine noſtro fruuntur, & gaudent, ipſi quoque, ac ſi natiuarum Prouinciarum Prouinciales exiſterent, legitime fruantur, & potiantur. Eoque pariter modo, vt ſuperiori titulo de Prouincialibus extra Italiam deputandis, in Capitulo Generali eligantur, ſiue extra Capitulum ab ipſo Generali Miniſtro deputentur. Profeſſionemque Fidei, & Iuramentum, vt alii Prouinciales, quibus per omnia æquiparantur, emittant.

3 Vt autem non ſine laboribus huiuſmodi Prouinciarum titulis, ac priuilegiis quicunque Fratres fruantur, decernitur, & ſtatuitur, vt ad eos ij præſertim aſſumantur, qui pro Religione aſſidue laborauerint, eiuſq; negotiis inſudauerint, ac illius vtilitati tum ſtudiorum lucubrationibus, cum negotiorum occupationibus contulerint. Qui vero actu huiuſmodi Prouinciarum titulis, & priuilegiis potiuntur, ſiue in Prouinciarum viſitationibus, ſiue in commiſſionibus, aliiſque Religionis oneribus, & functionibus à Generali Miniſtro exerceantur. Expleto vero Prouincialatus huiuſmodi tempore, ad Succeſſores Sigilla Prouinciarum traſmittere, eoſq; (ſi quæ aderint) de earum negotiis certiores reddere teneantur. Ac deinceps natiuarum Prouinciarum Patres, perpetuiq; Deffinitores, ac ſi earum Prouinciales extitiſſent, iure, legitimeque remaneant.

CAPVT XXVIII.

De Prouincia Montis Feltri.

HÆc Prouincia noſtris temporibus caret Conuentibus, vltimus fuit Cænobium Moncisflorum, quod erat ex primis huius Prouinciæ poſtea vnitus Prouinciæ Bononiæ, demum derelictus ex ſuppreſſione conuentuum paruorum facta ſub Innoc. Papa X. Conſtabat autem ex ſequentibus conuentibus.

1 In Monte S. Iacobi diæceſis Eugubinæ conuentus S. Ambroſij, quem emptum cum domo, & horto contiguo à nobili fæmina Reugarda de Malateſtis Comitiſſa relicta Guidi Antonij Vrbini, & Montis Feretri Comitis, donauit F. Nicolao de Michilinis Miniſtro, & ſocijs eius, erat ille locus Fratrum S. Auguſtini, ex Vadingo tomo 5. ad annum 1448. n. 49. Alua ad annum 1447. num. 64. citat Bullam Nicolai V. incip. *Sacra Religionis* 15. Calend. Februarij de nonnullis bonis Fratrum Eugubinenſium.

2 Eugubij in ciuitate S. Nicolai.

Maſſæ Trebariæ aderat conuentus, cuius capella fuit reparata auctoritate Apoſtolica agente Vicario Vrbinatenſi, ex Bulla Eugenij IV. incip. *Ad ea*, idibus Maij 1446. num. 47.

3 Vrbini S. Mariæ conuentus, infra de eius Auctore. Alterum extra S. Hieronimi. Vide cap. 33.

4 Caſtri Durantis diæceſis Vrbini S. Leonardi extra, poſtea intra translatus, ex Vadingo ad annum 1446. num. 26.

5 Piſauri conuentus S. Mariæ Angelorum conſtructus à F. Angelo de Corſica, infra cap. 33.

6 Ariminum extra per duo milliaria in monte nuncupato *la Scolcha* erat conuentus fundatus à F. Angelo de Corſica ſuper ſolo ſibi donato à Carolo Malateſta Ariminenſi Regulo, ex Vadingo tom. 8. in Addit. ad tom. 5. num. 5. fol. 678. vbi refert Bullam Eugenij IV. de qua infra ſub cap. 34.

6 Talaſchij in diæceſi Vrbini conuentus S. Hieronymi fabricatus ab anno 1406. à Petro Antonio Iacobini de Luceria Saracenorum, Nicolao Ioannis de Catania, & Franciſco Mutio Tranenſi

Fratribus Tertij Ordinis in fundo Lateranenſi, vt patet ex conceſſione eis facta à Capitulo, & Canonicis Lateran. 1406. die 15. Nouembris. Ex Vadingo tom. 8. Addit. ad tom. V. vbi ait, locum poſtea fuiſſe Eremitarum B. Petri de Piſis anno 1432.

8 Hæc Prouincia ſicut præcedens excitata fuit titulariter, cuius Prouinciales ſunt ſequentes.

M.F. Dominicus Palterius Romanus an. Iubilei 1650. cui ſucceſſit Deſiderius Azolinus Romanus 1653. & huic M. Antonius Gattinara ex patria, cognomine Creuola.

Vadingus ad annum 1415. ſub num. 20. de fundatore conuentus Vrbini hæc ſcribit.

9 Hoc eodem tempore prædicti noſtri auctores floruiſſe ſcribunt alterum Tertij Ordinis profeſſorem B. Petrum Hiſpanum in Vmbria non longe ab Vrbino in quadam ædicula ab vrbe P. M. remota, tanta ſanctitatis opinione, vt ciues, & accolæ circunuicíniores maximam ei venerationem detulerint, vel præcipue propter iſtud mirandum. Aliquando tam ingens nix deciderat, vt omnes aditus ad tuguriolum, & vrbem præcluſerit. Non erat quod Petrus famelicus manducaret, nemo erat, qui cibum per id impedimentum afferret. Adfuit per miraculum cerua ex vrbe currens, quæ moribundũ præ famæ geſtibus, & inſolitis motibus ad exeundum, ſeque ſequendum inuitauit, ac ferme inuitum ad vrbem tuto itinere adduxit, vbi ſtipe emendicata vitæ proſpexit. Vrbinates eo prodigio permoti, intra mænia eidem conceſſerunt Eccleſiolam Societatis, ſiue Confraternitatis S. Ioannis Baptiſtæ, in qua rudibus, & puerulis inſtruendis ſe totum addixit. Orationem Dominicam, Salutationem Angelicam, & reliqua rudimenta Chriſtianæ doctrinæ callentes munuſculis afficiebat, neſcientes docebat tanto ſtudio, & pietatis affectu, vt inter infantulos aliquando meruerit Chriſtum videre. Tandem plenus dierum, & meritorum fatis conceſſit, nemine præſente. Altero ab eius obitu die repertum eſt cadauer erectum in genua, coniunctas, eleuataſq; manus in cælum quemadmodum orare conſueuerat protendens. Signum hoc certiſſimum reputarunt omnes, qui ad ſpectaculum conuenerant, illum in contemplatione deceſſiſſe, ſepelieruntq; cum honore ſubtus altare, vbi in hunc diem integro corpore, capillamento, & barba hærentibus conſpicitur.

ſpicitur. Hucuſq; Vadingus, qui paulo ante egerat de alio beato Henrico Rege, de quo in Sanctuario erit agendum, de Petro enim actum eſt ratione conuentus Vrbini.

CAPVT XXIX
De Prouincia Tuſciæ.

PRouincia hæc nuncupatur etiam Etrutria Toſcana, cuius ciuitates præcipuæ ſunt Florentia, Senæ, & Piſæ ſub ditione Sereniſſimorum Mediceorum, plures habuit conuentus, nullus eorum modo extat, erant autem ſexdecim.

1 Florentiæ erat conuentus Sanctorum Iacobi, & Philippi, vbi celebratum fuit Capitulum nonum Generale de anno 1472. habuit Franciſcum de Bruois patritium ſextum Generalem.

2 In ſuburbijs Parochiæ S. Ambroſij erat conuentus S. Raphaelis Archangeli recepti à F. Iuliano q. Bartolomæi de Florentia, de Bacchozis, Lis mota fuit à Conuentualibus contra noſtros, Dominicus Cardinalis Grimanus Protector anno 1511. tulit pro Tertiarijs ſententiam, dictum conuentum non eſſe ſubiectum viſitationi Prouincialis Minorum Conuentualium, ſed Prouinciali Tertij Ordinis Prouinciæ Lombardiæ. Ea lis cauſa fuit noſtræ deſtructionis, poſtea occupatus fuit ab Amadeis, Vading. ad annum 1509. num. 40. refert 3. aggregatum fuiſſe Amadeis ex Bulla Iulij II. lib. 162. fol. 288.

3 Oratorium Caritatis, quod Vadingus citatus facit vnum cum præcedenti, ſed male. A noſtris poſſidebatur eodem tempore intra ciuitatem Florentiæ, ſub eadem lite euanuit, vt apparet ex Actis huiuſmodi litis conſeruatis in Archiuio Piratelli. Pro illius receptione Iulius II. dedit Bullam incip. *Ex iniuncto* XV. Calend. Aprilis, ex Petro Alua ad annum 1508. num. 24.

Iulianus de Bacchozis Eremita Tertij Ordinis S. Franciſci in Oratorio S. Mariæ de Caritate in ciuitate Florentina ſuper pontem Fluminis Arni Rubiconi ſub inuocatione Archangeli Raphaelis ante aliquot annos Domum Conuentualem cæpit ædificare,

eoq;defunćto, alij Fratres eiuſdem Ordinis fabricam comple-
uerunt,completamq;hoc anno aggregare Congregationi Ama-
dæorum decreuerunt. Demum admiſit pactis quibusdam con-
ditionibus, ſolutaq; aliqua ſumma pecuniæ, Arſenius Mediola-
nenſis Vicecommiſſarius prædictæ Congregationis. Pacta, &
tranſactionem hoc anno Iulius II. approbauit Vading. tom. 8.
ad annum 1509. num. XLI. Bulla in Archiuio Vaticano eſt in
lib. 162. fol. 288.

Plura hoſpitalia habebant Florentiæ; primum fuit Hoſpitale de
Cippo cuidam F. ſecundum carnem germano B. Thomæ Flo-
rentini Minorum à F. Nicolao de Vzano conſtructum. Ille au-
tem germanus, cuius nomen non refert Vadingus tom. 5. ad an-
num. 1447. num. 40. in paternis ædibus Florentiæ in ingreſſu
Pontis Rubiconis prope Eccleſiam S. Georgij in platea Mor-
zana vitam duxit ſanctiſſimam. Diffuſa eius fama multi ei adhæ-
ſerunt, quos in prædicta domo pijs imbuebat diſciplinis. Multi-
plicato numero dono accepit dictum Hoſpitale, pro curandis
Fratribus conuentus Feſulani, de quo dicam mox, quidam Cæ-
nobium obtinuerunt S. Saluatoris, ſuperfluum hoc Xenochium
neglexerunt. Hæc Vadingus ad annum 1447. num. 40.

Secundum Hoſpitale, inquit Vadingus tom. 6. ad annum 1454. n.
91. Magnum in magnis vrbibus Florentina, & Bononienſi fuiſſe
Fratrum, & Sororum huius Ordinis numerum lego in varijs
Pontificijs inſtrumentis, & in illa ciuitate inſigne habuiſſe, & ad-
miniſtraſſe Hoſpitale S. Franciſci opulenter dotatum, & funda-
tum, in iſta vero aliud gubernaſſe, & poſſediſſe iuxta Pontem S.
Michaelis Arcangeli, eiſq; pingues facultates, & bona immobi-
lia legaſſe Thadæum Aderati Doctorem Florentinum, ex qui-
bus illi nobiliſſimum Clariſſarum Parthenonem anno ſequenti
ædificarunt. Hæc Vadingus, qui ad annum 1456. extremis ver-
bis, Florentinum hoc Hoſpitale vocat inſigne, & notabile S.
Franciſci, alias S. Pauli, ab ijsdem Fratribus magna pietate mi-
niſtrarum, ſuper quod Calixtus Papa III. nonnulla decernit. Pe-
trus Alua ad hunc annum num. 62. citat Bullam eiuſdem Caliſti
incip. *Ex humilibus*, VI. non. Maij num. 62. Priuilegia conceſſit
Sixtus IV. per Bullam incip. *Et ſi locorum* V. Calend. Maij, apud
Aluam anno 1474. num. 51. qui ex Bonifacio VIII. nominat

aliud

aliud Hoſpitale S. Ægidij Bulla incip. *Expoſita nobis* 16. Calend. Iunij, ad annum 1296. num. 34.

Fratribus noſtris Florentinis Eugenius IV. conceſſit electionem confeſſarij, per Bullam incip. *Pijs fidelium* 7. Calend. Martij apud Aluam ad annum 1435. num. 45.

4 Conuentus alter fuit Florentiæ quæſitus ſub nomine S. Saluatoris, vt ſupra dictum fuit.

Vnum Hoſpitale ſub titulo Miſericordiæ eiuſdem Ordinis occupatum fuit à Minoribus de Obſeruantia ex Gonzaga conuentu 9. Prouinciæ Tuſciæ.

5 In oppido S. Romuli diæceſis Feſulanenſis Nicolaus Roberti de Dauanzatis Domicillus Florentinus in loco nuncupato *la Doccia* conſtruxit de anno 1414. Eccleſiam ſub nomine S. Michaelis cum conuentu de licentia Bindonis Epiſcopi Feſularum, petendo pro ſuperiore ibidem F. Franciſcum Franciſci. Quę omnia poſtmodum approbauit Eugenius IV. per ſuam Bullam ſub num. CII. anno 1441. fol. 169. Vading. ad annum 1414. num. 12. ait noſtris ſucceſſiſſe Minores Conuentuales, deinde de Obſeruantia, à quibus fuit acceptatus anno 1483. De eodem Gonzaga in Prouincia Tuſciæ conu. 34. Idem Vadingus repetit ad annum ſupradictum 1441. num. 72. vocans locum *Alba Doccia.* Franciſcus Franciſci patris cognominabatur ob ſuam humilitatem Peccator vir bonus, & probus, Vading. ad ann. 1447. nu. 40.

6 Gabiani Eccleſia S. Barbaræ diæceſis Lucanæ cum conuentu, in quo ſolus F. Iacobus Turij de Florentia vti patronus habitabat, conceditur à Baltaſſari Epiſcopo Lucæ Fratribus eiuſdem Ordinis de conuentu ſupradicto Docciæ, mandante Eugenio IV. per ſuam Bullam ſub num. CVII. Vading. tom. 5. ad annum hunc 1442. num. 23. Inquit: *Quartum S. Barbaræ de Gabriano Lucanæ diæceſis reſtituendum per Fratres Domus della Doccia diæceſis Feſulanenſis. Ad ea per quæ XVI. Calend. Aprilis.* Nota, quòd ipſi non reſtituunt, ſed recipiunt, vt difertis verbis dicitur in Bulla 206. apud eius Regeſtum fol. 296. eiuſdem tomi 5.

7 In Monte Maiori de Chianti Feſulanæ diæceſis Eremitorium S. Michaelis per Miniſtrum, & Fratres de Ladocria diæceſis Florentinæ Domus S. Michaelis conceſſum fuit F. Philippo Blaſij de Radda eiuſdem profeſſionis, quod confirmauit Pius II. anno

1463.

1463. ex Vadingo ad hunc annum num. 142. ex lib. 7. Bullar. fol. 47.

8 In Caſtro Nouo Lucano datur licentia noſtris ædificandi conuentum, per Nicolaum V. Bulla incip. *Pia Deo* idib. Iulij, apud Petrum Aluam ad annum 1454. num. 32.

9 In Podio Feſulano conceditur licentia ab eodem Nicolao V. conſtruendi conuentum, per Bullam incip. *Quia vt accepimus*, ex eodem Alua ibidem num. 35.

10 Piſana in diæceſi conuentus S. Martini Balneorum de Aqua, Vading. tom. 5. ad annum 1446. num. 26.

11 Liburnij in territorio, quod eſt ſub diæceſi Piſana habebant cõuentum cum Eccleſia S. Mariæ Plenę Gratiæ, magnæ deuotionis, qui Fratribus fuit confirmatus ab Eugenio IV. anno Domini 1438. ex Bulla eius LXXXV. in noſtro Bullar. fol. 147. Vading. ad hunc annum num. 42.

12 Petrę Sanctæ in dięceſi Florentina quidam F. Franciſcus de Aſſiſio extra dictum oppidum per ſemimilliare ędificauit conuentum cum Eccleſia S. Marię de Gratijs in loco ſalubri, & ameno ex bonis ſibi relictis à familia Ruberum; cuius ſucceſſor F. Petrus eiusdem profeſſionis donauit Communitati dicti oppidi, in quẽ conuentum ea introduxit Minores de Obſeruantia. Vading. ad annum 1493. num. 48. Gonzaga conuentu 40. Tuſciæ.

13 In Nemore Cluſinenſi extabat conuentus S. Mariæ Magdalenę receptus à F. Antonio de Ianua cum ſuis ſocijs, donante Magiſtro Andrea de Monte Politiano, eius Rectore ex renuntiatione facta in manibus Petri Pauli Epiſcopi Cluſinenſis, quam donationem, & reſignationem approbauit Martinus V. anno 1429. per eius Bullam extantem ſub num. LXI. fol. 115. Vading. ad dictum annum 1429. num. 21.

14 In Monte Politiano noſtri poſſidebant duos conuentus ante annum 1438. quos F. Antonius de eodem loco ędificauerat cum ſuis Eccleſijs, videlicet S. Hieronimi intra, & S. Marię Magdalenæ extra muros dicti Montis, dięceſum Cluſinenſis, & Aretinenſis. quas Eugenius Papa IV. eidem petenti confirmauit anno 1438. per ſuam Bullam ex noſtris LXXXIV. fol. 146. Vading. tom. 5. ad hunc annum 1438. num. 42. In alia Bulla ſub num. LXXXVI. fol. 148. eidem Antonio, & Fratribus eius concedit facul-

facultatem eligendi ſibi in confeſſarium aunum ex proprijs ſacerdotibus,qui illis miniſtret omnia Sacramenta, & ſepulturam. Vading. tom.6. ad annum 1458. num. 47. inquit: Extra muros Montis Politiani eremitoria duo conferuntur hoc anno Ioanni Caroli Sauli Tertij Ordinis profeſſori, vt in domos ſui erigat inſtituti. An ſit idem, qui præcedens, an alter, relinquo alijs cogitandum, quia Bullam non vidi ad fauorem Ioannis, ſed tantum duas pro Antonio. Veriſimilius tamen eſt eſſe priori idem.

15 Senis erant Fratres, qui curam habebant Sororum eiuſdem inſtituti, à quorum regimine exemit, ſubijciendo eaſdem iurisdictioni Epiſcopi Senenſis, ex Bulla CXXIII. extante ſub fol. 200. ſub datum 1444.

16 Senas extra extabat alter conuentus cum Hoſpitali S. Crucis in Ieruſalem ędificatus extra portam Comolię in loco dicto Caſtellazza à F. Ioanne Thomaſij Minelli, cuius pietatem commendat Papa Pius II. anno 1460. apud Vading. tom.6. eiuſdem anni num.72.

CAPVT XXX

De Prouincijs Sardiniæ, & Corſicæ.

RElig͏ionem noſtram in his Inſulis habuiſſe conuentus mentionem facit Reuerendiſſimus de Sillis in ſuis Annotationibus ſuper Regulam fol. 45. Nam Generalis intitulatur ſuperior omnium Fratrum, & Conuentuum totius Italiæ, intra cuius corpus reperiuntur etiam Inſulę prędictę, ſicut eſt Sicilia. Et ipſe teſtatur ſe legiſſe literas patentes Commiſſariorum, qui mittebantur ad conuentus illarum Inſularum. In præcedenti cap. 28. fit mentio de F. Angelo de Corſica, qui recepit conuentum extra Ariminum.

In Sardinia erant ſequentes conuentus, quantum inueſtigare potui ex Actis Ordinis.

Extra Calarim S. Maria.
S. Antonius apud Luſurgum.
S. Barbara prope Algerium.
S. Catarina in loco Oriſtani.

In Inſula vero Corſicę quinq; inueni.

Prope Beualliam conuentus S. Marię.
Alexiani conuentus S. Pauli.
Cannaris eremitorium S. Marię.
Campilaurei S. Marię Magdalenę.
Caliculi conuentus S. Apollonię.

CAPVT XXXI.

De Prouincia Belgica.

HAnc Prouinciam Innocentius X. vniuit, & incorporauit Generali,& Fratribus eiuſdem inſtituti degentibus in Italia, vt videri poteſt in eius Bulla num. CCXCII. ſub datum 27. Iunij 1650. agente pro ea vnione F. Lazaro Marquez. Nuncupatur Congregatio Zeppereuſis Campi S. Hieronimi in diœceſi Leodienſi; lege Inſtrum. 3. ex quo habetur ratio quare vocatur eo nomine hæc Congregatio. Anno 1653. in conuentu S. Antonij de Padua Aſſiſij celebratum fuit Capitulum Generale die vltimo Maij Vigilia Pentecoſtes, in quo interfuerunt duo Patres Belgici; Ioannes Vanden Bergæ Prouincialis, & Gulielmus à Cruce Traiectenſis Diſcretus, qui vti Vocales in eo Capitulo dederunt vota ſua in electione Generalis, & aliorum Ordinis Officialium, & nomine omnium Fratrum eiuſdem inſtituti in Belgio executi fuerunt vnionem, & incorporationem ſuæ Congregationis cum Capitulo Generali cum ſequentibus pactis, & capitulationibus inter partes ſtipulatis,& acceptatis, quæ ex Actis eiuſdem Capituli, in quo Ego electus fui Generalis licet indignus tanti oneris, reſcripſi ad verbum, tenoris ſequentis.

Capitulationes pro Prouincia in Belgio.

REuerendiſſimo Patri Generali, & multum Reuer. Patribus Capitularibus Tertij Ordinis S. Franciſci in Ciuitate Aſſiſij in conuentu S. Antonij de Padua pro Comitijs Generalib. congregatis F. Ioannes Vanden Berghæ Prouincialis eiuſdem Ordinis in Belgio ſalutem, & obſeruantiam.

Cum tribus ab hinc annis auctoritate, & conceſſione S. D.N. Innocentij Papæ X. ad inſtantiam P. Lazari Marqueis habentis facultatem, & mandatum Generalis, & conuentuum Tertij Ordinis S. Franciſci in diœceſibus Leodienſi, Meclinienſi, & Antuerpienſi Congregationis Zepperenſis eiuſdem Tertij Ordinis ſuppreſſo

munere

munere Generalatus, & Congregatio Prouincia facta fuerit, & veſtræ huic Congregationi Italicæ ſub obedientia eiuſdem Generalis, eiuſdemq; Eminentiſſimi Protectoris tutela recepta; nonnullæq; peculiares conſtitutiones ad maiorem eiuſdem vnionis firmitatem propoſitæ ad proximum Capitulum Generale comprobandæ, & confirmandæ hactenus remiſſæ fuerunt.

Ego F. Ioannes Vanden Berghæ eiuſdem Prouinciæ Prouincialis cum Diſcreto, & tertio eiuſdem Prouinciæ Sacerdote, multo labore, & expenſis perueniens eaſdem propoſitiones, ſeu capitulationes veſtris Paternitatibus eiuſdem Prouinciæ promiſſiones confirmandas reuerenter propono.

Primo, vt Prouincia Belgica per extinctionem Capituli Generalis Zepperenſis cum electionis Prouincialis, Diſcreti, Cuſtodis, & quatuor Definitorum erecta ſit, & habeatur de corpore Congregationis Italicæ, & participet, & gaudeat omnibus eiuſdem Congregationis, ac Prouiuciarum eiuſdẽ iuribus, & priuilegijs. Eiuſque Fratres ad omnia eius Congregationis offi cia, & dignitates inſtar cæterarum habiles cenſeantur, & ſint; habeanturq; Prouincialis, Diſcretus, & Cuſtos perinde vt reliqui ſuffragium in Capitulo Generali.

Secundo, vt eadem Prouincia Belgica ſeruare debeat omnes, & ſingulas conſtitutiones Congregationis Italicæ prçſertim Romanas felicis recordationis Vrbani VIII. 1639. Necnon Bononienſes à S. Innocentio X. anno 1648. confirmatus. Quod ſi aliquæ conſtitutiones prçdictis non contrariæ in eadem Prouincia vſu receptæ ſint, hæ in ſuo robore valeant. Et licebit Capitulo eiuſdem Prouinciæ nouas pro loci, & temporis exigentia ſtatuere, quæ à Generali Capitulo confirmatæ ſub pænis diſcretis infligendis executioni mandentur, poteruntq; ad earum obſeruantiam contumaces cogi, implorato etiam, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſecularis.

Tertio, vt ſimul Fratres Belgij depoſito habitu huc vſq; per aliquot annos portari ſolito in poſterum vniformiter ex humili panno tunicã talarẽ griſei coloris ad nigrum potius, quã album colorem geſtent cum parua cappa pro pectore acuminata cum funiculo regulari ordinis ſeraphici. Clamide vtantur breuiore ipſa tunica affibulata ſupra tunicam, nec galerum adhibeant, niſi ad iter facien-

faciendum, vel ad arcendas aeris incommoditates.

Quarto, habita conſideratione diſtantiæ locorum, ob quam non eſt facilis ad patrem Reuer. Generalem recurſus, ſit ſemper in eadem *P*rouincia Nationalis Commiſſarius ab eodem Reuer. Generali conſtituendus, ad quem à *P*rouinciali recurſus haberi poſſit. Abſtineatq; Reuer. *P*. Generalis ad aliquid definitione ad eam *P*rouinciam pertinens concludendum, non audito prius *P*rouinciali, & Definitoribus.

Quinto, quod R. *P*. Generalis pro tempore ſemel duntaxat in ſuo ſexennio, & per ſe ipſum illam *P*rouinciam viſitare, & præeſſe Capitulo *P*rouinciali poſſit, eiq; pro ordinarijs expenſis itineris trecenti Floreni Brabantini à *P*rouincia ſoluendi ſunt.

Sexto, quandocunq; vero Reuer. Generali per ſe *P*rouinciam viſitare, & Capitulo præeſſe non licuerit, aut non habuerit, hanc facultatem impartiri debeat, vel Commiſſario *P*ræla to ordinario, vel alium ibidem Nationalem, tam ad viſitandum, quam ad præſidendum Capitulo eligere, cuius munus expiret, peracto Capitulo, ipſo vero viſitationem incipiente Commiſſarii Ordinarii iurisdictio ſuſpenſa maneat.

Septimo, nemo ex Fratribus Belgicis ad Italiam vocari, vel Italiam mitti literis obedientialibus mitti debet, niſi prius conſulto Prouinciali, & ſecuta æquiualenti permutatione.

Octauo, quod eidem Prouinciç iuxta Apoſtolica priuilegia licebit aſſumere, vel retinere Conſeruatores in literis *P*ontificiis nominatos.

Supradictç Capitulationes lectç fuerunt in aula Capituli Generalis in conuentu S. Antonii de *P*adua ciuitatis Aſſiſii, & conſideratæ in Capitulo ab omnibus per verbum *Placet* approbatæ, & confirmatæ fuerunt. Et in fidem à Reuer. *P*. Generali, & multum Reuer. Definitoribus Generalibus ſubſcriptç fuerunt, die 31. Maii 1653.

F. Franciſcus Bordonus Generalis. F. Franciſcus Maria Canna D. G. F. Petrus Pendinus D. G. F. Barnabas à Panormo D. G. F. Honoratus Beducius D. G.

Subſcribam huius nouæ Prouinciæ Conuentus, quorum hactenus cognitionem habere potui ex Bullis, & Inſtrumentis, qui ſunt quatuordecim.

1 Zepperenſis Campus S. Hieronimi in Parochia villæ Septem-burgis, alias Zepperis donatus fuit à Ioanne Gorre, vt ibi fabricetur conuentus, in quo maneant viginti Fratres, & ab eo loco Congregatio Tertij Ordinis in diæceſi Leodienſi nomen accipiat, vnde & vocatur Congregatio Zepperenſis à villa Zepperi. Donationem confirmauit Ioannes Epiſcopus Leodienſis anno 1425. die 15. Februarij, ex Inſtrum. 3. extante. In ſequenti Inſtr. 4. multa priuilegia eis conceduntur. In ſequenti Inſtr. 5. ordinatur, quod Capitulum Generale, nunc Prouinciale, in eodem conuentu celebretur. Alia adſunt Inſtrumenta, primum, in quo Epiſcopus Engelbertus confirmat quasdam Conſtitutiones factas per Adulphum eius prædeceſſorem Epiſcopum Leodienſem, confirmatus quoq; à Ioanne Erchel pariter Epiſcopo Leodienſi referente Clementis V. conſtitutionem contra Beguinas non comprehendere Fratres, nec Sorores Tertij Ordinis in ſua diæceſi exiſtentes Eugenius IV. in ſua Bulla CXXX. confirmat conceſſiones, & indulta Leodienſibus facta per Ioannem Epiſcopum, de quo in Inſtr. 4. Idem præſtat ſimiliter in alia ſub num. 138. Item in alia 146. Sixtus IV. in ſua 160. vnit Antuerpienſes Leodienſibus. Clemens Octauus eorum priuilegia confirmat ſub Bulla 249.

Dioniſius Cartuſianus ad inſtantiam F. Bartolomæi tunc Generalis huius Congregationis Zeperianæ compoſuit tractatum ſuper obedientia ſuperioribus debita, & forſan ad eiusdem petitionē declarauit Regulam eiſdem Fratribus de Belgio, ſicut fecit doctiſſimus Ioannes Caramuel Abbas commentariā ſuper Regulam Leonis X. ad reuer. admodum, ampliſſimum, & eruditiſſimum D. Chriſtophorum Butkens Monaſterij S. Saluatoris apud Antuerpienſes Antiſtiti.

2 Traiectenſis ad Moſam, quibus conceditur Capitulum Generale à Bonifacio IX. Bulla 34. declarantur perſonæ eccleſiaſticæ ex Bulla 38. Ioannis XVIII. Vading. ad annum 1401. num. 8.

3 Houſgardienſis diæceſis Leodienſis.

4 Antuerpienſis conuentus S. Saluatoris ex Caramuele ſupra Vadingus tom. 6. ad annum 1472. num. 109. ſcribit, quod Sixtus IV. conceſſit F. Danieli Benerino Miniſtro, & alijs Fratribus Domus Antuerpienſis Cameracenſis diœceſis, Begardis nuncupatis apud

āpud vulgum, vt Generali Miniſtro eiuſdem inſtituti in diæceſi Leodienſi ſe ſubijciant, & eidem præſtent obedientiam. Vnit iſtas cum Leodienſibus, & eis communicat priuilegia, Petrus Alua ad dictum annum 1471. num. 47. quam habes extenſam ſub CLX.

5 Bruxellenſis diæceſis Mechlinenſis conuentus.

6 Arſchotenſis diœceſis Mechlinienſis. Eugenius IV. Bulla CX. extante mandat, vt controuerſiæ inter Fratres huius conuentus, & alterius conuentus Louanienſis componantur, vbi plures Fratres ibidem nominantur. Vading. tom. 5. ad annum 1442. num. 23. quo ea Bulla fuit data.

7 Leuenſis eiuſdem diæceſis Mechlinienſis Ducatus Brabantiæ.

8 Louanienſis conuentus S. Pauli. Vading. tom. 7. ad annum 1495. citat Bullam Alexandri VI. num. 75. ex Vaticano lib. 95. fol. 244. circa litem ferendi ſuffragia in capitulo ortam inter Fratres conuentuum Antuerpienſis, Zepperis, & Louanij.

9 Thenenſis oppidi Ducatus Brabantiæ. Hunc conuentum Vrbanus V. in ſua Bulla in ordine XXVIII. recipit in ſuam protectio-
10 nem, anno 1367. In ſequenti Bulla XXIX. præſcribitur, vt cenſus ſoluantur Fratribus Theniſmontis.

11 Opphem Mancipium in Parochia VVueſemberks habet alium conuentum.

In Inſtrum. 2. numerantur hi conuentus, in oppido Louanienſi, Theniſmontenſi, Dieſtenſi, Traiectenſi S. Trudonis, Leeuuenſi, Ruremondenſi de Arſcolt de Buſcoducis, & in vrbe Aquenſi, quæ loca repetuntur ſub quinto Inſtrum. Sunt ergo in totum quatuordecim. An omnes nunc ſint in bonis huius Prouinciæ ignoro, propter locorum diſtantiam.

Alias huiuſmodi aggregatio, & vnio facta fuit ſub Gregorio XV. vt patet ex ſequenti Bulla expedita, ſed executioni demandata non fuit, vt ſuperior. Eam ſubiicimus ad perpetuam rei memoriam tenoris ſequentis.

Romanus Pontifex, ex demandata ſibi paſtoralis ſolicitudinis cura ad proſperum, & ſalubrem perſonarum omnium ſub ſuaui religionis iugo Altiſſimo famulantium directionem, & felix regimen ſedulo inuigilans, cum ea, quæ propterea prouide facta fuiſſe dicuntur, libenter approbat, & confirmat, prout in Domino conſpicit ſalubriter expedire.

Sane pro parte dilectorum filiorum Fratrum Tertij Ordinis S. Franciſci de Pœnitentia Congregationis Zepperenſis in Belgio nobis nuper expoſitum fuit, quod ipſi in eorum Capitulo Prouinciali pio Zelo moti Fratribus eiuſdem Ordinis Italiæ ſe vnire ſtatuerunt, & decreuerunt infraſcriptis conditionibus, videlicet.

Quod Fratres prædictæ Congregationis gaudeant, & vtantur omnibus, & ſingulis priuilegijs, indultis, & gratijs, ſtatutis, & ordinationibus, quibus gaudent, & vtuntur dicti Fratres Italiæ; necnon voce actiua, & paſſiua in Capitulis Generalibus, & in electione Generalis ad inſtar Prouinciarum, & Fratrum Italiæ eiuſdem Ordinis, atque communem cum partis Italiæ Fratribus S. R. E. Cardinalem Protectorem habeant. Prædictæ Congregationis licitum ſit duos Conſeruatores, nempe Officialem Reuer. D. Epiſcopi Antuerpienſis, necnon Abbatem S. Geltrudis Canonicorum Regularium S. Auguſtini Oppidi Louanienſis Mechlinienſis diœceſis. Liceat quoq; dictæ Congregationi celebrare ſua Capitula iuxta diſpoſitionem Conſtitutionis felicis recordationis Nicolai V. quæ incipit: Apoſtolicæ Sedis benignitas, &c. *Quibus Capitulis intereſſe, & præſidere poſſit Generalis Italiæ, vel eius Commiſſarius, illo impedito.* Quodq; qui in prædictis Capitulis celebrandis Miniſter Prouincialis fuerit electus nuncupetur deinceps Miniſter Prouincialis.

Generalis Italiæ ſemel duntaxat durante ſui Generalatus officio dictam Congregationem viſitare poſſit, idq; per ſe ipſum, niſi forſan legitime impeditus, quia tunc ei licebit per aliquem dicti Ordinis præclarum Patrem viſitare, quam viſitationem ipſemet vna cum Fratre Prouinciali, & Scriba dictæ Congreg. perficiat.

Generali autem perſonaliter viſitanti dicta Congregatio ducentos florenos Brabantiæ, Commiſſario vero centum florenos ſoluere teneatur, neq; fratres aliarum Prouinciarum fratres dictæ Congreg. incorporari, aut per obedientiam tranſmitti poſſint. Supradictæ Congregationis fratres mutato habitu coloris nigri, quo actenus vti ſoliti ſunt, deferant deinceps habitum eiuſdem formæ, & coloris à Fratribus Italiæ deferri ſolitum.

Cum autem ſicut eadem expoſitio ſubiungebat primo dicti Fratres plurimum cupiant vnionem; pro illius ſubſiſtentia, & validitate Apoſtolicæ noſtræ Confirmationis robore communiri. Nobis propterea humillime ſupplicari fecerunt, vt eis deſuper opportune prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos

Nos pijs eorundem primo dictorum Fratrum votis huiuſmodi annuere illiſq;ſpecialibus fauoribus,& gratijs proſequi volentes, & eorum ſingulares perſonas à quibuſuis Excommunicationis, Suſpenſionis,& Interdicti,alijſq,Eccleſiaſticis ſententijs,& Cenſuris à penis, à Iure, vel ab homine quauis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus innodatæ exiſtunt ad effectum præſentium duntaxat cõſequẽdũ abſoluentes,& abſolutas fore cenſentes,huiuſmodi ſupplicationibus inclinati de Venerabilium Fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium negocijs Regularium præpoſitorum conſilio vnionem huiuſmodi modo, & forma præmiſſis factam Apoſtolica auctoritate tenore præſentium perpetuo approbamus,& confirmamus, illiq; inuiolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur addijcimus,ac omnes,& ſingulos, tum iuris,quam facti defectus ſi qui deſuper quomodolibet interuenerint ſupplemus decernentes præſentes litteras validas, firmas, & efficaces exiſtere, & fore: Eiſdemq; primo dictis Fratribus in omnibus, & per omnia pleniſſime ſuffragari, irritumq; & inane ſi ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Non obſtantibus Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, necnon Ordinis, & Congregationis huiuſmodi, & Iuramento Apoſtolica Confirmatione, vel quauis firmitate alia roboratis, ſtatutis,& conſuetudinibus, priuilegijs quoque indultis,& litteris Apoſtolicis in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis,confirmatis, & innouatis, quibus omnibus, & ſingulis eorum tenore præſentibus perplene,& ſufficienter expreſſis ſimiles illis alias in ſuo robore permanſuris, hac vice duntaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſq; contrarijs quibuſcumque. Dat. Romæ apud S.Mariam Maiorem ſub Annulo Piſcatoris die 18.Auguſti Anno 1621. Pontificatus noſtri Anno 1.

CAPVT XXXII.

De Congregatione Gallicana Fratrum eiuſdem Ordinis Tertij S. Franciſci ſtrictioris Obſeruantiæ.

1 STatus Regularis Congregationis huiuſmodi Gallicanę ſub ſtrictiori obſeruantia votorum, Regulæ, & Conſtitutionum ſubſiſtit, qui non ſolum in Galliarum regno, & eius confinijs viget, quin etiam in Lotaringia, & Comitatu Burgundiæ, necnon Comitatu Auenionenſi, & alibi prout diuina prouidentia deinceps ordinauerit, & Principes excitauerit ſupremos, vt in terris ſuæ ditionis inſtitutum eiuſmodi admittere velint, ſicut placuit Sanctitati Pauli V. felicis recordationis Domum Regularem eiusdem Congregationis in Eccleſia S. Iacobi in via vulgo *la Longara* Romæ erigere, quæ poſtea auctoritate Emin. Cardinalis Franciſci Barberini Protectoris Ordinis noſtri, nepotis Vrbani Pontificis VIII. fel. mem. translata fuit prope portam de Populo in locũ, ſiue Eccleſiam, quæ tit. S. Mariæ Miraculor. decorata eſt. Sed vt ad huiuſmodi inſtituti primarium exordium veniamus, huc referre præſtat, quæ narrat D. de Catel Curię Parlamenti Toloſani Conſiliarius in Hiſtoria Prouinciæ Occitanæ. Sic enim ait.

3 Regulares Tertii Ordinis S. Franciſci hodie extant in loco, vbi antiquitus Bechini erant. Quidam ita cognominatos eos exiſtimant, eo quod Bartolomæus Bechinus ciuis Toloſanus eos fundauit anno Domini MCCLXXXVII. vt patet ex actibus antiquium affirmantibus eiusmodi familiam Bechinorum in vrbe Toloſana extitiſſe. Inſuper notat idem Auctor, in variis titulis antiquis memoriam fieri duarum Domorum Sanctimonialium Tertii Ordinis, quarum vna erat prope Dominicanos, altera prope Minoritas præfatæ vrbis Toloſanæ. Ex his probatum eſt dictum Ordinem in Regno Franciæ in vrbe Toloſana exordium ſumpſiſſe eo anno; quæ quidem ciuitas eſt caput totius Prouinciæ Occitanæ, in qua reſidet vnum prę cæteris Regni Parlamentis.

4 Huius autem fundationis ratio hoc fundamento nititur; videlicet, Cum Fratres Minores fuerint inſtituti anno MCCXXII. in dicta ciuitate Toloſana, nempe poſt annum inſtitutionis Tertij Ordinis eiuſmodi de Pænitentia, ipſiq; Minores B. Franciſci zelo animarum moti omnibus, & ſingulis pænitentiam feruenter prędicabant, & prædictum Ordinem de pænitentia palam manifeſtabant, adeo vt multi vtriuſq; ſexus ad Ordinem fuerint admiſſi. Verum cum Regulam pro ſecularibus profiteri ſatis non fuerit, multi eorum ad altiorem perfectionem aſpirantes, vitam
5 in communi ſub obſeruantia trium votorum ducere propoſuerunt, ſupradicti Bartolomæi Bechini beneficentia fulti, qui Domum amplam cum hortis extra muros vrbis dicto Tertio Ordini munifice donauit, nunc vero eſt intra dictæ vrbis mænia prope conuentum Fratrum Minorum. Hæc autem fundatio facta fuit
6 anno MCCLXXXVII. vt patet ex titulis referentibus, dictum Bechinum duas Domos dediſſe dicto Tertio Ordini, vnam pro religioſis, alteram pro ſanctimonialibus. Igitur Regulares Tertij Ordinis duobus annis poſt prædictam fundationem animaduertentes, quod Regula de Pænitentia eſſet dumtaxat approbata à
7 tribus Summis Pontificibus viuæ vocis oraculo, eamdem à Papa Nicolao IV. approbandam curauerunt, Apoſtolico diplomate exhibito, quo firmior, & validior permaneret; cuius quidem diplomatis duplicatum ſigillo plumbeo munitum huc uſq; ſeruatur in Archiuijs dicti conuentus Toloſani ſub vocabulo noſtrę Dominæ de Pace.

Hæc Regula dicti conuentus Fratribus multum conſulit ad conſeruandum ſtatum Regularem eiuſdem Ordinis in diuerſis occaſionibus, maxime ſub Pontificatu Iulij II. à quo obtinuerunt ſententiam fauorabilem, qua virtute Regulæ liberum eſſet illis Vi-
8 ſitatorem eligere iuxta tenorem eiuſdem Regulæ; procurante P. F. Petro de Ramio Sacerdote Profeſſo dicti Conuentus Toloſani, ac Miniſtro Prouinciali Prouinciæ Aquitaniæ, qui Romam ad hoc ſe contulit contra eos, qui auctoritatem, & iuriſdictionem in dictum Ordinem, & ſpecialiter in conuentum Toloſanum ſibi vindicare volebant.

9 Eadem etiam Regula non parum iuuit ad probationem Regularitatis præfati Ordinis, maxime tempore Clementis V. qui Be-

ghinas condemnauit, & caſſauit, quę quidem falſo, & colorato titulo habitum Fratrum Minorum deferentes, ſe dicebant Fratrum Minorum, necnon etiam Tertiarios, eorum habitu temerarie ſumpto. Qua de cauſa multi in hac condemnatione religioſos Tertij Ordinis comprehendi volebant. Dictus Papa Clemens V. Regulam de Pænitentia ſibi exhibere iuſſit, vt maturius ex cognitione cauſę procederet, ac ſententiam ferret; qua viſa, & ponderata, ac etiam approbatione dictæ Regulæ per Nicolaum IV. facta ſerio attenta, denuo eam confirmauit, & approbauit, & liquet ex Bulla eiuſdem, quæ incipit: *Tenorem cuiuſdam priuilegij*, quæ etiam ſeruatur in dictis Archiuijs Toloſanis, cum frag-

10 mento panni, quo dicti religioſi tunc temporis veſtiebantur, quod Papa annecti voluit dictis Bullis, vt videre eſt in dicto conuentu, ex eo tempore cum maxima pace ſecluſa omni contradictione perſeuerantes vota ſolemnia ſub hac formula emiſerunt.

11 *Ego F. NN. voueo, & promitto Deo & B. Mariæ Virgini, & B. Franciſco, & omnibus Sanctis, & tibi Pater ſeruare mandata Dei, toto tempore vitæ meæ, & ſatisfacere, vt conuenit, tranſgreſſionibus contra Regulam, & viuendi modum Tertij Ordinis de Pænitentia inſtitutum per B. Franciſcum, & per D. Nicolaum Papam IV. confirmatam, cum de hoc interpellatus fuero ad voluntatem Viſitatoris noſtri, viuendo in obedientia, ſine proprio, & in caſtitate.*

12 In Neuſtria, ſeu Normania erat altera Prouincia Tertij Ordinis noſtri, quod peremptorie euincitur ex maiori ſigillo Prouincię, quod aſſeruatur in Archiuijs conuentus S. Mariæ de Gratia, vulgo *Picpus*, in loco, qui ſuburbio *Pariſiorum* S. Antonij adiacet, ex quo etiam Regularitas Ordinis aſſeritur, necnon ex pluribus videlicet actibus, titulis, ſcripturis, & conuentibus Regularitas viguerat, & poſtea ijſdem cauſis, & varijs euentibus ſiniſtris tam ſcripta, quam monaſteria perierunt.

Congregationis Gallicanæ ſtrictioris obſeruantiæ Reſtauratio, ac Reformatio.

13 VErum vt ad Congregationem, ſeu reformationem huius Ordinis Gallicani ſub ſtrictiori obſeruantia veniamus, dicendum nobis eſt, quod hic ſurculus eſt nouus veteri ſtipiti inſertus multum deformato, ratione paucitatis perſonarum, domorum ruina, & diſciplinæ ex parte relaxatione, itaut verius dici debeat nouum germen ac planta alia à vetuſto ſtipite. Nam hunc Ordinem in Regno Galliæ quaſi derelictum Deus diuina, & ſpeciali diſpenſatione ad priorem obſeruantiæ ſtatum reducere volens, ad hunc finem non ſuperſtites veteranos elegit huius Ordinis, & Regni Galliæ, ſed vt magis diuinæ prouidentiæ ſublimitas innoteſceret, virum iuuenem huic Reformationi præfecit, quem propterea non ſolum naturæ donis inſignitum exornauit, ſed etiam gratię talentis locupletauit.

14 Huic autem nomen erat Vincentius Muſſart Lutetiæ Pariſiorum oriundus famoſiſſimæ per vniuerſum orbem ciuitatis, totius Regni capitis, Regum Chriſtianiſſimorum ſedis præcipuę, in qua ſupremæ curię principale Parlamentum reſidet. Noſtri Vincentii progenitores, conditione mediocres fuerunt, pietate vero, & prudentia inſignes extiterunt, quorum virtutem Vincentius adeptus, eorum tamen opibus libenter valedicens æterna pro temporalibus elegit. Hic autem breui corporis habitu pręſtabat, necnon validis viribus inſtructus, vultuq; etiam ſerio eminebat; quo ad animi dotes paucis cedebat, ingenii acumine perſpicaciſſimi, ac intellectus lumine non minimo pollebat, in aggrediendis rebus magnanimus, in promouendis autem conſtantiſſimus exiſtebat, nec minimus in his ad felicem exitum producendis. Inſuper verbo, & opere potens, quando quidem rationum validarum pondere quicquid mente conceperat auditoribus efficaciter inſinuabat, vt cum bonum ex integra cauſa conſtet, ſic ſingula, quæ de illis paucis verbis enuntiamus, & quę poſſent afferri pene innumera dicenda pręteremittimus.

15 Summa Dei ſapientia illum ab adoleſcentia ad ſe pertrahere volens, terrena omnia illi inſipida reddidit, & illius animum ad mundi contemptum induxit; attamen ſcopum, & finem, ad quem

prçelegerat, dilucide, & clare Deus illi non ſtatim aperuit. Eius autem pater, vt moribus erat grauis diu illum probare ſatagebat, cum talis viuendi ratio, & ſeceſſus adeo ſolitarius illi non arriderent, quocirca eiuſmodi exercitiis nulla ratione fauebat, nihilominus indefeſſa filij conſtantia, & perſeuerantia, necnon timore diuino perculſus, tandem in ſacrificium, & holocauſtum ſuum primogenitum Deo ſummo obtulit, eumq; liberum dimiſit. Qui quidem pater illius cum tunc temporis in rebus temporalibus ſyndicum ageret Patrum Capucinorum, filium ſuum eiuſmodi Ordinis ſuſcipere ſummopere peroptabat, ſed non erat Dei conſilium, qui illum ad reformandum, & reſtaurandum Tertium Ordinem vocabat.

16 Igitur adoleſcens noſter cum mundi contemptus illius animo medulitus inhæreret, anno MDLXXXVIII. Confirmationis Sacramentum, & Tonſura de manu Reuer. Epiſcopi de Luſignam in ciuitate Parienſi ſuſcepit, & MDLXXXIX. Subdiaconatum à Reuer. Epiſcopo Siluanectenſi, & ex eo tempore habitum Penitentium accepit cum maxima deuotione, & ſpiritus feruore, & ſocium boni nominis ſibi adiûxit, & poſtmodum ciuitatem Carnutenſem petiit, quam poſtea obſeſſam ab Henrico Borbonio vi-
17 dit nondum Catolico, tandem Galliarum Rege Chriſtianiſſimo ſub nomine Henrici IV. cognomento Magni, ibique zelo, pietate, & deuotione munitus, fidei, & fortitudinis teſtimonia perinduit, nam vt ſpiritu feruens erat, obſeſſorum animas ad patientiam, & pænitentiam mouere pro viribus ſatagebat, quibus armis ab eo inſtructi ſe contra hoſtes validiſſime tuerentur; quam ob cauſam ad eius inſtantiam proceſſiones publicę fuerunt inſtitutæ, in quarum capite nudis pedibus præibat, cilicio aſperrimo accinctus, & vinculis ferreis ſuper nudum corpus conſtrictus Crucem ferens, vt ſic ad pænitentiam omnes excitaret: Dehinc ad quaſſationem murorum vrbis, quos bellici tormenti vis aperuerat vt ſtrenuus miles ſe contulit, & haſta prolonga munitus, omni contentione, & conamine, quibus poſuit vim vi generoſe repellebat, donec ictu tormenti bellici inter manus eius perfracta fuit, & occiſorum ad pedes eius corruentium ſanguine reſperſus è ſummo vitæ diſcrimine vix illæſus euadere potuit, fidei, ac patrum zelo duntaxat ſuccenſus, à certamine niſi ad extremum ſe recepit. 18

18 Rex ipſemet ſpectans animi alacritatem, & virium ſtrenuitatem in hoc iuuene vigentem, nomen, & conditionem huius viri ſcire voluit. Tandem hoſtium furore, & violentia diuino permiſſu expugnata, & capta vrbe, Vincentius noſter alio abire compulſus eſt, ſed quoquo ſe verteret tunc neſciens, quia ad certum vitæ ſtatum nondum determinatus erat, poſt aliquot demum tempus repetiit *Pariſios*, vbi aliquibus Confraternitatibus ſe conſociauit, & eodem anno virginitatis votum emiſit, ſpeciali motus ho-
19 neſtate in Beatam Mariam ſemper Virginem, etiam ad recitandum quotidie ipſius officium ſeſe adſtringens. Verum vt diuino beneplacito ſe committeret, montium, ac ſiluarum abdita loca, & ſolitaria meroris, & luctus amica quærebat, & penetrauit, vbi orationi aſſidue vacans, non ſine lacrimarum imbribus, corpuſq; licet delicatum, & iuuenile cilicio, ac diſciplinarum afflictionibus cruentans diuinæ voluntatis diſpoſitionem indefeſſæ inquirebat; & ſic ad inſtar fundatorum, & reſtauratorum religioſorum Ordinum ad Dei beneplacitum adimplendum ſeſe accingebat. Interim ipſius pater ſciendi impatiens, quo filij ſui ſucceſſus ille ſolitarius vergeret, diuina diſpenſatione factum eſt, vt Eremita noſter magis ac magis diuino nutui ſe ſubijceret, & in omnibus, & per omnia diuinam voluntatem adimpleret. Afflatu diuino
20 ſuccenſus ſub R. *Patris* Alexandri Societatis Ieſu Theologi, admodumq; ſpiritualis ductu exercitiis ſpiritualibus operam dedit, quibus peractis denuo priorem ſolitudinem repetiit; ibiq; Deo ſic illum diſponente ſecundum propoſitum, & electionem, quam ab æterno illius prouidentia de noſtro iuuene fecerat.
21 Propterea ſocium ſolitarium bonæ indolis hic repertum ſibi copulauit Antonium Popon nomine, ac pietate famoſum, qui facultatibus cuiuſdam domicillæ Belgicæ Tertii Ordinis alumnæ ſuſtentabatur. Ambo autem vt Deo liberius ardentiori flamma inſeruirent, diuerſa loca ſolitudinis, ſilentii, & orationis amica incoluere, non ſine laboribus innumeris, ac difficultatibus; cum ibidem neceſſaria vitæ non reperirent ratione bellorum ciuilium, quibus tunc temporis Gallia vexabatur, vnde noſtri ſolitarii inedia, & fame afflicti, & à publicis prædonibus re familiari ſpoliati, ærumnas, & agones quamplurimos perpeſſi ſunt. Noſter Vincentius lento, & grauiſſimo morbo vexatus, cum ſummo vi-

iæ periculo, & Socius ipſius ab hæreticis detenti, ſed ex eorum manibus mirabiliter liberati Lutetiam perrexerunt, à patre maxima ſolicitudine curatus, fuſis feruenter orationibus à dicto morbo ſubleuatus priſtinæ ſanitati reſtitutus fuit.

22 Solitudinis deſiderio innouato, patriam, parentes, & commoda deſerens Vincentius ad deſertum dictum vulgo *Valadam* perrexit, in quo præfatus Antonius grauiter decumbebat, & cum nondum ſe determinaſſet, adhuc eius animus anxiaretur circa certam vitæ rationem, Deus ſecundum ſuæ præordinationis decretum ad finem, in quem illum deſtinauerat, tandem feliciter perduxit. Nam noſter Vincentius diuinis motionibus, quibus mens eius iugiter agebatur Tertij Ordinis inſtitutum amplecti decre-

23 uit, & diuinæ ſapientiæ, quæ omnia ſuauiter diſponit, ac fortiter exequitur illi media ad talem finem conducentia ſubminiſtrauit, ſcilicet nouos pænitentiæ milites ei ſuppeditando, qui illi ſe aſſociarunt, nempe, Franciſcus Muſſart frater eius ſecundum carnem, Hieronymus Segninus Lingonenſis, & quidam domeſticus de domo paterna nomine Iuo Pontiſarenſis. Itaque vinculo caritatis coniuncti Deo feruentius ſeruire propoſuerunt, diu tamen eo in deſerto commorari illis non licuit ob grauamen illis inflictum, vnde & alterum locum, multis prius vndequaq; difficultatibus ſuperatis, ſibi inuenerunt, ſcilicet Oratorium, ſeu Capellam cum ædicula contigua in diœceſi Bellouacenſi Pariſijs ſex leucis diſſiſam, qui locus vulgo nominatur *Francorucilla*. Et vt ſibi ædiculam huiuſmodi cum Oratorio compararent cum dependen-

24 iis ſuis, dominum eiusdem loci nomine Iacobum Baillet conuenerunt, illi propoſitum ſuum ſeruiendi Deo eo in loco, ſi luberet, ingenue aperientes, qui ſtatim ab eo pro votis petita conſecuti ſunt, nimirum ædiculam, Oratorium, hortum, & viridarium, quæ ipſis dictus Iacobus in perpetuam donationem elargitus eſt, eodemq; tempore illis claues conſignauit, qui & primus fundator Congregationis recognitus eſt.

25 Quibus impetratis Vincentius cum ſociis ad D. Epiſcopi Bellouacenſis pedes prouolutus pium eiuſmodi propoſitum illi expoſuit, qui eius petitioni benigne annuens conſtruendi monaſterium, officia diuina celebrandi, necnon Sacramenta adminiſtrandi facultatem fecit; & patentes literas expediri, & proprio ſuo ſigillo Epiſcopali muniri iuſſit. 26

26 Sapientia incarnata docuit nos ſapientiſſime, Regnum cælorum aptiſſime comparari grano ſinapis, quod licet inter olera minimum ſit, terræ mandatum ſenſim in arborem magnam excreſcit; Quod multum conducit ad noſtrum propoſitum, nam Vincentius à Deo electus, & edoctus, à minimis incæpit, vt ea ad amplio-ra perduceret. Sapientia diuina voluit, non vt nouum inſtitueret Ordinem, ſed vt uetuſtum collabentem renouaret, & ut nouo ſubſidio Regnum Galliarum hæreſibus infectum pro ſuis uiribus tam bonorum operum exemplo, quam efficacium prædicationum ſermone, & verbo potentiſſimo purgaret. Propterea ad hũc finem plures operarios puſilli gregis numerum multiplicauit. Qui dona, & beneficia munificentiſſimi largitoris Dei Omnipotentis ſentiens, diuinarumq; motionum impulſui amplius reſiſtere non valens, tunc temporis amoris Dei, & zeli erga proximum flamma ardentiſſima ſuccenſus perfectionis ſuæ, ſuorumq; iter ſecurum, viam ſcilicet mortificationis, indefeſſæ orationis, & cæterarum virtutum ſtrenue, & fortiter arripuit, non enim ſolis verbis, & exhortationibus, quinimmo opere, & exemplo ſocios antecedebat, quorum numerum Deus ſtatim adauxit.

27 Quorum nomina ſunt, Franciſcus Muſſart eius frater; Hieronymus Seguinus Lingonenſis; Bonauentura Dupleſſis Sacerdos Meldenſis; Iuo Pontiſarenſis; Iacobus Liteus Conſtantienſis; Antonius Poupon Niuernenſis; Arcangelus Vignon Pariſinus; Petrus à S. Columba; Bernardinus Rhenenſis, Angelus Picart à Catulano. Quibus noſter Vincentius copiarum auxiliarium prẹſidio munitus, ſerio de Tertia Regula S. Franciſci amplectenda cogitauit, ac Regula à Nicolao IV. Romano Pontifice pro ſecularibus ex maiori parte approbata non omnino ei placuit, donec

28 commentaria Dionyſii Richel Cartuſiani ſuper Regulam Tertii Ordinis ad inſtantiam Regularium eiuſdem inſtituti editam reperiret.

Ex eo autem tempore, vt dictam reformationem ſecurius, validi-

29 uſq; ſuſciperet, in conuentum S. Franciſci de Bruſſy eiuſdem Tertii Ordinis in diœceſi Bellouacenſi ſe contulit, ibiq, iuxta Regulam, & conſilium Diſcretorum ad habitum dicti Ordinis de manu ſuperioris dicti conuentus ſuſcepit, ſed eius deſiderio non omnino expleto ad poteſtates ſupremas conuolauit; nam acci-

piens,

piens, quod maioribus primi Ordinis S. Franciſci ſuperioribus à Pio Papa V. facultas fuiſſet facta propter relaxationem Regu-
30 larium Tertii Ordinis, Tertiarios regendi, ideo habitus ſuſceptionem confirmandam curauit à Miniſtro Prouinciali Fratrum Minorum eiusdem Prouinciæ ſcilicet Pariſienſis nomine Iuliano Barbeu ad maiorem cautelam propter dictam diſpoſitionem præfati Pontificis Pij V. Et inſuper in Viſitatorem, & directorem dedit religioſum Minoritam, qui eos regeret, & viſitaret tempore nouitiatus, & probationis. Anno expleto ad profeſſionem ſolemnem dicti Tertii Ordinis illos reciperet, ſcilicet Patrem Ioannem le Brun Pontiſarenſem, ac tandem ſeptem primi die tertia Septembris MDXCV. profeſſionem emiſerunt in manibus dicti Patris le Brun. Forma profeſſionis.

31 In nomine Domini Noſtri Ieſu Chriſti. Ego F. Vincentius Muſſart voueo, & promitto, &c. *vt habetur in Forma ſub num. 2. ſupra.* Die Dominica prima menſis Septembris, & tertia menſis eiuſdem, anno Domini 1595. *Signatum.* F. Vincentius Muſſart. Et ego ſubſignatus primus Viſitator Monaſterii Francouillæ ſub nemore in diæceſi Bellouacenſi vota prænuntiati Fratris emiſſa recepi, & approbaui die, & anno ſupradictis. *Signatum* Ioannes le Brun.

32 Ad firmiorem validitatem eiuſmodi profeſſio, & emiſſio votorum ſolemnium denuo fuit approbata auctoritate Reuer. Patris Generalis Minorum de Obſeruantia, ſcilicet F. Bonauenturæ de Calatahyerone, vt conſtat ex patentibus eius literis manu propria ſubſcriptis, ac etiam per Prouincialem, Cuſtodem, ac Definitores dictæ Prouinciæ, maiorique ſigillo communitis anno 1598. die 24. Iunii. Quibus etiam literis facultas data fuit P. F. Vincentio recipiendi ad habitum, & profeſſionem omnes, & ſingulos conditionibus requiſitis prædictos iuxta Regulam; licentiamq; ædificandi, & recipiendi Domos eidem contulit.

33 His omnibus feliciter adimpletis P. Vincentius iunctis orationis, & mortificationis fundamentis ad Dei gloriam, & maiorem proximi vtilitatem Pariſios ſe contulit, eiuſdemq; ciuitatis præcipuos ſuggeſtus conſcendit, & pœnitentiam, ac mundi contemptum, & virtutes chriſtianas ſpiritu feruenti, potentiq; ſermone, magna omnium admiratione prædicauit huc uſq; incognitus ab audito-

auditoribus tamquam nouus Ioannes Baptiſta ex interioribus eremi latebris recedens, maximo honore, & reuerentia receptus fuit.

34 Animaduertens etiam ciuitatem Pariſienſem veluti totius Regni Galliarum caput, tamquam agrum ad Dei verbum recipiendum valde diſpoſitum, necnon ad ordinis amplificationem requiri, vt noua colonia ibidem in primis adduceretur, pro parte ſua vineam Domini copioſus excoleret, & ramos ſinapis huiuſmodi exigui dilataret, veluti apis argumentoſa ex aluerario ſuo, nempe, conuentu Francouillę aliquibus Fratribus ad ſe accerſitis, conſilio inito, Domum regularem Pariſijs fundandam decreuit, vt ex illa ciuitate tamquam capite in alia membra, hoc eſt, alias Regni ciuitates monaſteria ędificanda mitteret, quod & ſicut excogitatum & propalatum, ita executioni demandatum fuit. Nam Deo dante, & fauente Chriſtianiſſimo Rege Henrico IV. necnon Reuer. DD. Epiſcopo Pariſienſi monaſterij ædificandi locus deſignatus eſt extra Pariſiorum muros in extremis parti-
35 bus ſuburbii S. Antonij in loco, qui vulgo dicitur *Picpus*, vbi vetuſtum Oratorium, ſiue Capella cum domicilio, & horto adiacentibus Ordini ceſſit, prout infra, vbi de hoc conuentu fuſius dicetur. Hunc vero locum in primis Canonici quidam incoluere, deinde Patres Societatis Ieſu, vbi Maldonatus doctiſſimus in Euangelia commentaria erudite ſcripſit, poſtremo Patres Capucini, quem noſtri nunc poſſident.

Pater autem Vincentius antequam rem tanti momenti aggrederetur, & reſtaurationis Tertij Ordinis molem non arenæ momenti ſuperponeret, ſed potius ſupra firmiſſimam petram totum ædifi-
36 cium tutius fundaret, ad Petri ſucceſſorem, ſcilicet Clementem VIII. Papam maximum, duos ex ſuis, nimirum Franciſcum Muſſart, & Hieronymum Lingonenſem Sacerdotes ad hanc rem direxit, quos benigne, & paterne Sanctitas ſua excepit, & Bullam fauorabilem, cuius initium eſt: *Ex iniuncto nobis*, expediri fecit. Qua Fratribus Tertij Ordinis totius Regni Gallicani celebrandi Capitulum Prouinciale de biennio iu biennium, vel de trien-
37 nio in triennium facultas conceditur, & in ipſo Capitulo eligeretur Miniſter Prouincialis eiusdem Ordinis, & inſtituti Sacerdos profeſſus, qui omnibus priuilegijs, & iuribus alijs Pro-

uincia-

uincialibus cæterorum Ordinum conceſſis gaudere poſſit.

38 Igitur nulla interpoſita mora, beneficio dictæ Bullç (Deo aſpirante) Capitulum Prouinciale Francouillæ totius reformationis primum conuocatum canonice fuit, ad quod non ſolum moderni refomati, verum etiam cæteri antiquiores ex Prouincia, quæ Normaniam, & Picardiam complectitur, conuenerunt, & recentes cum antiquis mixtim Capitulum rite celebrarunt, præſidente in eo Commiſſario Generali Nationali Franciæ Pontio Clerici à Reuer. Generali Ordinis Minorum inſtituto; in quo quidem Capitulo fuit electus P. Vincentius Muſſart, licet antiquiores modernorum numerum excederent. At ſicut domus ſupra montem poſita abſcondi minime poteſt, nec lumen ſub modio poni, ſed ſuper Candelabrum collocatur, vt omnibus prælucear. Sic noſter Prouincialis primario electus tamquam Spiritus Sancti domus, in qua zelus, & ignis Eliæ latitans non ſolum ad totam orbem Galliarum hæreſibus infectum, & ſeditionibus ciuilibus, in Dei obſequio ſummopere frigefactum, iaculis diuini amoris inflammandum, necnon doctrinæ ſuæ lumine illuſtrandum miſſus eſt. Quinimmo toti Congregationi Tertiariorum Gallicanorum, in quorum cordibus, & conuentibus pietatis, ac ſingularis obſeruantiæ feruor refrigeſcebat, Vincentius noſter velut ignis ſupernaturalis in eorum terram à Deo ſpecialiter mittebatur, vt illam accenderet, & ad inſtar luminis doctrinæ ſuæ ſplendore perluſtraret.

39 Sed non paucos tanti muneris executioni aduerſantes reperijt, quibus tamen ſuauiter, & fortiter obſtabat, & omni via, & ratione, quibus potuit, eos ad ſe allicere conabatur, modo paucos eorum mores iuſtitiæ virga corrigens, modo oleo miſericordiæ demulcens ad Regulæ, & votorum obſeruantiam inducere tentabat, & pro voto ſuo eos induxit fauente Rege Chriſtianiſſimo, & Curia Parlamenti Normaniæ, coadiuuante quoq; duobus ex dictis Patribus Sacerdotibus ſupra numeratis Prouincialis ſubiecit ſtrictiori obſeruantiæ regulari iuxta Clementis VIII. Bullam prædictam.

40 Quidam religioſus nomine F. Quintinus ætate longæuus eiuſdem Ordinis Sacerdos, qui diu ſuperioritatis officio etiam Prouincialatus laudabiliter fuerat perfunctus, audiens promulgationem,

tionem, & receptionem Bullæ Clementis VIII. à Nueſtriæ Parlamento factam, vt alter Simeon iuſtus redemptionem Iſrael expectans in hæc verba erupit: *Nunc dimittis ſeruum tuum Domine in pace, &c.*

41 Patres eiuſdem Ordinis antiquiores in partibus Aquitaniæ hæc audientes, & ægreferentes ad Generalem eiuſdem Ordinis Italicæ Congregationis ſcripſerunt, ſupplicantes vt eos nouo ſubſidio iuuare dignaretur, quod & præſtitit, nã ex Sicilia Patres aliquos in Conuentum Toloſanum deſtinauit, qui circiter duobus annis eum adminiſtrauerunt, ſed cum à Chriſtianiſſimo Rege mandatum non haberent, eos Rex ad propria remiſit, & Gallicanis Fratribus dictum Conuentum, & Prouinciam ſubiecit, & ſic Congregatio Ordinis Gallicani in vnum corpus coacta fuit cum nouo Prouinciali inſtar ſolertis Coloni ex agro parum culto Ordinis vetuſti ad ſtrictiorem obſeruantiam votorum, pænitentiæ, & aliarum virtutum reductum fuit, & creuit numero nouorum Conuentuum, & veterum inſtauratione.

42 Per totum Regnum Congregatio Ordinis viguit vſq; ad annum 1603 ſub directione Bullę Clementis, deinde Paulus V. tunc Eccleſiæ claues tenens, qui Prouincialem reformatum antea à Clemente prælibato conceſſum pro toto Gallię Regno, vt ex eius Bulla incip. *Alias felicis recordationis*, anno 1610. confirmauit, mandans dictum Prouincialem priuilegijs, gratijs, & iuribus Prouincialibus aliorum Ordinum competentibus gaudere, & anno 1613. Conſtitutiones totius Gallicanæ Congregationis approbauit, in quibus quatuor Prouinciæ deſignantur cum ſuis ſigillis, confinibus, & limitibus cum enumeratione conuentuum.

43 Dictus Pontifex Maximus Viſitatorem Generalem conceſſit, & eius officium declarauit, & in virtute S. Obedientiæ præcepit omnibus, & ſingulis ſuperioribus, Fratribus, & Sanctimonialib. profeſſis, ac nouitijs Conſtitutiones Generales, ſtatuta, & decreta velut normam viuendi amplecti, & ſeruare præcipit, quod patet ex Bullu incip. *Gratos Domino, & Regno*; Gregorius XV. eiuſdem Pauli ſucceſſor easdem conſtitutiones confirmauit, vt conſtat ex Bulla: *Iniuncti Nobis, &c.*

44 Vrbanus VIII. easdem ad meliorem, & compendioſiorem formam redegit, vt liquet ex Bulla incip: *Diuinæ maieſtatis arbitrio.*

Et

Et in alia, quę incip: *Ex debito Apoſtolicæ ſeruitutis*, ſuper validitatem votorum ſolemnium religioſorum, & religioſarum declarationem, approbationem, & confirmationem ſuam omnibus manifeſtam exhibere voluit, poſt iudicium, & ſententiam latam, diſcuſſione, & ſeuero examine factis titulorum, rationum, & ſcripturarum, quę fuerunt per vtraſq; partes exhibitę, & productę. Quibus omnibus diligenter, ac mature ponderatis, ab Illuſtr. & Reuer. Rolando Doctore Pariſienſi, Archiepiſcopo Bituricenſi, & Aquitanię Patriarcha, Commiſſario, & delegato ab Emin. Cardinali S.R.E. Franciſco Barberino Papę Vrbani VIII. nepote Ordinis Franciſcani de Obſeruantia, & Tertij; necnon Sanctiſſimi D. N. Legato à Latere ad Chriſtianiſſimum Regem noſtrum Ludouicum Decimumtertium cum duobus Aſſiſtentibus, nempe D. Andrea Duval Doctore Sorbonico, ac Profeſſore Regio, & Patre Claudio Giullin è Societate Ieſu, Sacerdote Theologo ad celebrandum Capitulum Generale in conuentu S. Marię de Gratia ad Lutetiam.

45 In eodem Capitulo nonnullis dubitantibus ſuper validitate votorum ſolemnium, difficultas in medium producta fuit coram Illuſtr. & Reuerend. Nuntio tunc Galliarum D. Spada Archiepiſcopo Damaſcenſi, nunc S.R.E. Cardinali; necnon Flandrię Nuntio D. Archiepiſcopo Barienſi, paulo poſt ad Cardinalatus dignitatem promoto; & Magiſtro Nicolao Iſambert Doctore Sorbonico, & in Sacra Theologia profeſſore celeberrimo; cum P. Stephano Guerris è Societate Ieſu Theologo, & variis hinc inde rationibus, & argumentis contradictorie propoſitis, & diſcuſſis; tandem vnanimi iudicio, & conſenſu concluſum fuit pro validitate votorum pro viris, & monialibus, & ſententiam fauorabilem tulerunt in eodem Capitulo Generali die quarta Iulii 1625. declarantes præterea, dictas profeſſiones fuiſſe, & eſſe validas, nec potuiſſe vllo modo in dubium reuocari decreuerunt, nullumq; ex parte defectum interceſſiſſe, prohibentes, ne vllus religioſus cuiuſcunq; conditionis fuerit in prædicta Congregatione contra harum profeſſionum validitatem quicquam in poſterum aſſerere, aut de eis dubitare quiſquam auderet.

46 Eſt autem hæc ſententia ſimilis ei, quam tulerat in eadem materia Reuer. Generalis Benignus à Genua, aſſiſtentibus P. Hugone

Cauello

Cauello Ordinis Minorum de Obſeruantia Definitore Generali, & alijs Patribus celeberrimis, præcipiendo in virtute S. Obedientiæ, & ſub pæna excommunicationis, & aliarum pænarum infligendarum ad ſuum arbitrium, omnibus, & ſingulis Religioſis eiuſdem Congregationis, ne quis illorum validitatem profeſſionis in dubium reuocare præſumeret. Neque in poſterum ſub quouis prætextu, vel quæſito colore huiuſmodi religioſos ſub dicta reformatione vexare, & inquietare tentaret. Et hæc omnia conſtant ex literis patentibus eiuſdem Generalis authenticis, quæ in dicto Archiuio conſeruantur.

47 Congregatio huiuſmodi nunc diuiſa eſt in tres Prouincias, quarum ſeriem nunc ſubijcimus.

PRIMA PROVINCIA

NVNCVPATA S. FRANCISCI.

48 PRima Prouincia componitur ex 14. conuentibus, quorum fundatio ſingillatim, & per ordinem recenſetur vt infra.

FRANCOVILLÆ.

49 PRimarius eius Congregationis conuentus Sanctis Iacobo, & Philippo Apoſtolis dicatus eſt, ſub nemore admodum ſolitario, diæceſis Bellouacenſis, ſex Leucis à Lutetia Pariſiorum diſſitus. In hoc loco P. noſter admodum Reuer. F. Vincentius Muſſart prima iecit fundamenta Reformationis huius noſtræ Congregationis. Ibidem nouitiatum cum ſuis ſocijs peregit, & profeſſionem ſolemnem trium votorum cum eiſdem in manibus Commiſſarij Prouincialis egit. Conuentus vero fundatus fuit anno Domini milleſimo quingenteſimo nonageſimo quarto, die vigeſimo tertio Iunij, D. Iacobo d'Oduro de Buillet nobili viro, & D. Anna Thuilliers eiuſdem coniuge fundatoribus.

PARISINVS IN SVBVRBIO.

50 S. Mariæ de Gratia nuncupatus in ſuburbijs ſitus S. Antonij, vulgo Picpus anno Domini MDCI. fundatus fuit à D. Ioanna de Sault nobilis Renati de Rochecliouart vidua, qui dum viueret vtriuſq; Ordinis Regij Eques torquatus erat, necnon March o de Montemar Reuer. Eymerici Epiſcopi Ciſteronenſis frater, & nobilis Gaſpari de Rochecliouart D. Ludouicæ Comitiſſæ de Maure Sponſi pater. Hunc locum antea incoluere Canonici quidam, tum Patres Societatis Ieſu; ibique Maldonatus Cõmentaria edidit in Euangelia; deinde Patres religioſi Capucini. Tandem noſtri de Pænitentia profeſſores Domum, & Capellam commutauerunt in Monaſterium, & Eccleſiam prægrandem, & magnificam, in cuius fundamentis primarium lapidem aptauit Ludouicus XIII. cognomento Iuſtus, Rex Chriſtianiſſimus, omni ſua concomitante curia, & Pariſinorum ciuium multa concurrente turba, anno MDCXI. Hoc in templo varia pretioſiſſima ornamenta, tum circa auguſtiſſimam Sanctiſſimi Sacramenti cuſtodiam; tum circa pulcherrima in circuitu altaris opera inteſtino opere confecta; necnon eminentes figuras, & Sacra Domini noſtri, & Sanctorum Imagines. Non deſunt venerandæ notabiles reliquiæ, quales ſunt in primis Crucis Domini noſtri pars non exigua; vna ex coſtis S. Iudæ Apoſtoli; pars media brachii S. Iuonis; S. Valentini corpus integrum. Quæ quidem Reliquiæ thecis argenteis incluſę videntur, & temporibus congruis ad venerationem publice exponuntur. In monaſterio autem biblioteca inſignis, & Pariſienſib. celebris habetur, in qua pluſquam duodecim voluminum millia numerantur, & in dies paulatim augetur. Ibidem ſepta duo ampliſſima muris per circuitum munita. Ameniſſimum in eo conſpicitur viridarium plantis, & arborib. frugeris repletum vnum, alterum vero ad religioſam recreationem, vmbraculis, arborib. permultis, & ſpecioſis plantationib. conſitũ eſt, vbi videntur areolæ, & ambulacra oblongiſſima hinc inde viridãtib. perlepide inſtructa carpineis, & aliar. ſpecier. plantationib. Hic iacet corpus V.P. Vincentij, de quo ſupra, fundatoris noſtræ Congreg. In hoc conuentu celeberrimo vitam degunt in regulari obſeru. centum fere religioſi, inſeruientes Eccleſiæ diu, & no-

ctu

ctu in diuinis laudibus, Sacramentorum adminiſtrationib. & ſacris concionibus cum maxima fidelium ſpirituali vtilitate.

BREOLACENSIS.

51 COnuentus Breolij in diœceſi Senonenſi D. Franciſco Sacer in pago eod. terræ Brienſis anno Domini MDCIX. fundatus fuit à nobili viro Antonio Ribaut Regio Conſiliario, & Magdalena Boucher eiusdem coniuge, eius loci Dominis. Et hæc viro ſuperſtes liberis carens hęredem conſtituit nepotē ſuā clariſſimo viro Domino de Vertamont publici ſtatus Regij Conſiliario nuptam.

LIMVRIENSIS.

52 COnuentus huius oppidi diœceſis Pariſienſis anno Domini MDCXV. fundatus eſt ſub inuocat. noſtræ Dñæ de Pratale nobiliſſimo viro Huxaud Equite, & eiusd. loci Comite Galliæ Cancellarij filio, necnon à nobiliſſima D. Eliſabetha d'Eſcoubleuiox eiusdem vxore. Venit eiuſmodi locus in ditionem Eminentiſſ. Cardinalis Armandi de Richeliu totius Regni moderatoris excellentiſſimi. Tandem ad manus Sereniſſimi Principis Gaſtonis Borbonii Ludouici XIII. Regis fratris germani peruenit.

SENONENSIS.

53 COnuentus erectus fuit ſub titulo B. Mariæ de Bono Succurſu fundatus eſt anno D. 1617. in ſuburbio eiuſdem ciuitatis.

CVRTENENSIS.

54 COnuentus in ead. diœc. ſub inuocat. SS. Ioſephi, & Eliſabeth Vngarię Reginę à ciuib. eiusd. vrbis erectus an. 1626. facta donatione Fratrib. Xenodochij leproſorum, quę regia auctoritas ſpoliauit.

PARISINVS EXTRA.

55 COnuentus extra portam Templi ſub vocab. noſtrę Dominę de Miſericordia nuncupatur. Fundatorem habuit D. Ioannem

nem Bordier vaſarii Argentei Regis Cuſtodem vna cum coniuge ſua D. Maria Bricard. die 10. Octobris anno reparatę ſalutis 1628.

VELIACENSIS.

56 Conuentus erat antiquus, & ſolitarius in diœceſi Sueſſionenſi ſitus vocatus noſtra Domina de Cheris à Ioanne Herouatt huius vrbis ciue fuerunt addicta duodecim lignorum iugera, ſed lapſu temporis bellorum calamitatibus vaſtatus, excepta dumtaxat Eccleſia L. annorum ſpatio in huiuſmodi forma permanſit, ſed poſtea annuentibus Principe Henrico à Sabaudia Rhemenſi Archiepiſcopo, & ipſius vrbis D. Temporali, necnon Simone Le Gras Epiſcopo Sueſſionenſi, & reparatione in ædificiis, & reformatione in animis reſtitutus eſt.

PARISINVS LESBILLESTES.

57 Conuentus intra vrbem hanc nunc in Carmelitarum Britanicę Reformationis poſſeſſione manet. Et magnus Auguſtianorum conuentus ibidem. Quos duos ſcimus fuiſſe antiquitus noſtri Ordinis ante reformationem, ſed qua reuolutione alienati omni hominum memoria deletum eſt.

NANCÆANENSIS.

58 Conuentus S. Mariæ Angelorum Nancęi in Lotaringia diœceſi Tuuenſi anno Domini 1622. erectus fuit nobiliſſimorum Caroli Bouuet, Domini de Romemont, & D. Marię Leporgnant coniugum magnificentia, & liberalitate. Quam ob cauſam fundatorum beneficium conſecuti ſunt.

BAYONENSIS.

59 Conuentus noſtrę Dominę Pietatis Bayoni eiusd. diœceſis, & Ducatus fundatus eſt per D. Ducem de Crouy anno 2. poſt Nancęani erectionem, in quo pretioſa reliquia videlicet Spina Sacra Coronę D. N. ab eodem Duce cum theca argntea ad venerationem donata conſpicitur.

MON-

MONTIS SION.

60 CONuentus Dominæ noſtræ Sionenſis dictæ diœceſis, & terræ anno MDCXXIX. fuit à Sereniſſimo Principe D. & Duce Carolo Lotaringiæ fundatus, cui & armillam auream gemmis exornatam ad mille ſcutorum valorem pietatis affectu in Deiparam Virginem erogauit.

MONTIS FELICIS.

61 CONuentus noſtræ Dominæ de Lætitia in oppido iſto eiusdem diœceſis, & in confinijs Lotaringiæ ſitus, fundatus eſt ab Excellentiſſimo Duce de Vaudemont Henrici II. Lotaringiæ Ducis fratre germano, & Ducis Caroli prædicti patre.

VALLIS COLORVM.

62 CONuentus S. Ludouici Regis huius vrbis dictæ diœceſis, ſed ditionis Gallicani Regni, & Campaniæ gubernij ſubiacentis anno MDCXXXII. fundatus eſt à DD. Baronibus de Rorethay coniugibus.

DE FARMS.

63 CONuentus Dominæ noſtræ de Bono Succurſu non procul ab Baruo in Ducatu Bauien. eiuſdem diœceſis fundatus fuit anno MDCXXXIII. à nobilibus DD. D. de Floruinuille, & D. Gabriele de Boſſe coniugibus videlicet in pago Farms, penes caſtellum dictorum Dominorum.

Quondam in oppido Iinuillæ erat huius ordinis conuentus, ſed qua ratione ad alienos migrauerit extinctus non mihi omnino compertum eſt.

Iſta Prouincia Pariſina, ſicut & cæteræ iſtius imperij Gallici Prouinciæ multos habet viros celebres, & commendandos ſiue pietate, ſiue doctrina, ſiue contemplationis dono, ſed quoniam prælo committetur volumen de piis, & doctis Reformationis noſtræ hominibus te care Lector remittendum ad illud puto legen-

 dum.

dum. Iſtic aliquos tantùm præcipuos huius Prouinciæ Scriptores refer o.

64 Reuerendus P. Vincentius Muſſart Reformationis noſtræ caput librum Annotationum ſupra Dioniſij Richolis commentaria compoſuit, vbi miro lumine obſcura Regulæ noſtræ loca dilucidat. Alterum Theologię myſticę volumen edidit, in quo celeſtis ſponſi ſibi communicatum amorem omnibus hominibus aperuit. Alios etiam libros prælo commiſit, ſed vnum præcipue, qui peccatorum conſcientias per Pęnitentiæ Sacramentum gratas Deo facili methodo poteſt componere.

65 Vincentius Rothomagenſis diuini Euangelij annuntiator famoſiſſimus ſupra Catolicæ religionis miſteria eruditas, & pias meditationes euulgauit: Necnon etiam Hiſtoriam inuentionis, & miraculorum B. Virginis de Bono occurſu, quæ aſſeruatur in noſtro conuentu Aginnenſi. Multa grauiora, & doctiora ab eodem expectamus opera, quę à 46. annis indefeſſo elaborauit ſtudio.

66 Cęleſtinus Sueſſionenſis vir admodum doctus, pius, & zelo plenus Deciſiones Caſuum Conſcientiæ lingua vernacula, immo & latina Compendium Theologię moralis diuulgauit, in quibus ſumma cum ſubtilitate difficiliores huius materię quæſtiones dilucide reſoluuntur.

67 Angelus à Catalono vir grauis, & ſolitudinis amicus librum de timore Dei compoſuit, in quo ſuę pietatis, & auſteritatis eluce t piritus. Qui nondum prodijt in publicum, licet prelo dignus habeatur.

68 Marcellus à Tonnerodo organum morale, Encyclopediam, ſiue omnium Scientiarum ſanctarum concatenationem continens fere abſoluerat, niſi tanti operis mors inuida hunc pium, & omni ſcientia verſatum hominem prærripuiſſet.

Multi etiam alij in hac Prouincia potuiſſent, immo & poſſent pia, & docta opera in lucem edere, niſi eorum modeſtia ſimul, & humilitas tantos animi fętus ſiſterent.

SECVNDA PROVINCIA.

SANCTI IVONIS.

69 MAgnæ antiquitatis eſt iſta Prouincia, vt in enumeratione Conuentuum illius apparet, quos per ordinem ſubijciemus ad honorem S. Iuonis, ſub cuius titulo, & protectione eſt. Sexdecim abſoluitur conuentibus.

VERNONENSIS.

70 COnuentus S. Catarinæ dicatus. Erat olim ſitus prope hanc vrbem, diæceſis Rothomagenſis fundatus à S. Ludouico Rege anno MCCXL. habebat autem inciſam in rupe Eccleſiam, ſed ibi aquæ penuria religioſi laborantes illum in eius vrbis ſuburbium tranſportarunt ope magiſtri Iuberti Domini d'Arcanzy in ſupremo Rothomagenſi rei tributariæ præſidis, necnon iſtius Domus fundatoris anno Domini MDCXIV. Et Virgini Bonę Spei dedicarunt.

ANDELIACENSIS.

71 COnuentus S. Franciſci in minori Andeliaco eiuſdem diœceſis valde antiquus, quippequi anno MCCCXLVI. fuit fundatus; ipſi Franciſcus I. Galliarum Rex cenſum ſuo dominio debitum relaxauit, & Ludouicus XIII. multa pro ædificanda Domo, eidem quoq; ius annonæ, lignarię in proxima ſilua erogans in fundatorem fuit coaptatus anno MDCXI.

NOVICASTRENSIS.

72 COnuentus S. Franciſci diœceſis Rothomagenſis, fundatus per antiquos Patres noſtros anno MCCCLXXXIX. ſed reformatus anno MDCXIV. à neotericis à collapſo in nouum reſtitutus eſt.

LOCOVERIENSIS.

73 COnuentus extra vrbem S. Barbaræ, prope Louuerium Hebroicenſis diœceſis fundatus anno MCCCCLXX. & per noſtros reſtauratus anno MDCIV. Fundatorem agnouit D. de Thilly D. Dureſuil Tourdain.

LOCOVERIENSIS.

74 COnuentus alter ſub noſtræ Dominæ Conſolationis titulo fundatus anno MDCXLVI. Cuius D. Margarita Du Boſq D. Baronis de Bethomas relicta fundatrix fuit ea conditione. vt CCC. librarum cenſus annus expurgaretur.

CROSSIATENSIS.

75 COnuentus S. Barbarę in loco, qui dicitur Croiſſę Rothomago fundatus anno MCCCCLXXII. ſub auctoritate Henrici IV. Francorum Rẹgis.

BENEACENSIS.

76 COnuentus S. Lubini remotus quarta leucę parte ab vrbe Benay diſtrictus Loxouienſis, fundatus fuit anno 1490.

ROTHOMAGENSIS.

77 COnuentus in hac vrbe ſub inuocatione Dominę noſtrę de Laureto fundatus fuit anno MDCXII. fundatricem agnouit Martam de Ruſſen Dominam de Gouuille, ob extructionem maioris partis ędificiorum, & prędij donationem, alias extabat is conuentus in ſuburbijs dictę ciuitatis Rothomagenſis, quę eſt caput totius Prouincię Neutricę, ſeu Normanię caput, vbi eſt ſedes Parlamenti, & celeberrimum Gallię emporium.

AQVI-

AQVILENSIS.

78 Conuentus S. Magdalenæ extra Aquilam pagum diæceſis Ebroicenſis, qui antea fuerat Xenodochium, nunc vero ordini noſtro acquiſitum virtute donationis factæ à D. Barone illius loci, qui vna cum habitatoribus ſpeciales ſunt benefactores huius Domus.

SANVALERIACENSIS.

79 Conuentus S. Virginis de Bono ſuccurſu diæceſis Rothomagenſis fundatus anno MDCXIV. à D. de Breaurt.

VVLSERENSIS.

80 Conuentus S. Vandrilli ſitus in pago eodem eiuſdem diæceſis fundatus anno MDCXXIX. fundatorem habuit D. Marchionem de Camy ob inſignes huic monaſterio donationes factas.

SANLAVDI.

81 Conuentus S. Franciſci fundatus MCCXX. in ſuburbio S. Georgij huius Ciuitatis in diæceſi Conſtantienſi per D. Magiſtrum Ioannem du Boij Procuratorem Regium, qui merito fundator dici poteſt, quippe qui ſummis impenſis, & incomparabili magnificentia eccleſiam extruxit, & totam regularem Domum à fundamentis ad faſtigium vſq; erexit, & abſoluit.

AVMALENSIS.

82 Conuentus S. Mariæ Angelorum diæceſis Rothomagenſis fundatus anno MCCXLIV. beneficijs D. Lambert viduæ D. Marchionis de Fuxolles.

MEVLANVS.

83 Conuentus S. Nomini Ieſu dicatus in hac vrbe eiuſdem diæceſis Pontiſarenſis Vicariatus erectus anno MDCLIV.

PON-

PONTIS DE L'ARCHE.

84 COnuentus ſub vocabulo Virginis de Clery diæceſis Ebriocenſis fundatus anno MDCL. liberalitate D.Ricardi Cyrot Rectoris eccleſiæ de Eriqueboduf la Champagne.

PARISINVS.

85 COnuentus de Nazareth intus ad portam Templi à Clariſſimo D.Petro Saguier Regni Cancellario ex integro ædificatus, & lepide exornatus fuit vti fundatore.

In hac Prouincia extant non nulli Patres religioſi, qui illam diuerſis virtutum operibus illuſtrarunt ad beneficium publicum, qui ſunt ſequentes, præ alijs.

86 Reuerendus P.Irenatus Augenſis Moralia, & Spiritualia multa tribus tomis comprehenſa prælo mandauit.

87 Martialis Cæſomanus pietate, & doctrina non vulgari excultus tomos duos, quos titulo Anni ſancti inſcripſit, in lucem dedit. Item Apologiam pro ordine noſtro, & iure ipſius habitus conferendi perſonis ſecularibus.

88 Apollinaris Vallonienſis librum edidit de vita, geſtiſq; præclaris S.Eliſabeth de Vngaria.

Alij quidem alijs nauant operam breui tempore in lucem edendis maxime vero circa Sanctorum, illuſtriumq, huius Ordinis mores, & geſta laudabilia.

TERTIA PROVINCIA

SS. LVDOVICI, ET ELZEARII.

89 HÆc Prouincia, quamuis vltima, & poſtrema in ordine, non ideo tamen eſt minor, & inferior alijs cum plures habeat conuentus memoria commendandos, & viris religioſis virtutibus, & bonis exemplis præditis illuſtretur. Conſtat ex ſequentibus conuentibus qui numerantur.

LVGDVNENSES.

90 MOnaſterium trans Rhodanum in ſuburbijs vulgo Guillo-terij extra muros vrbis ſitum eſt, cuius fundatores agno-ſcuntur Scabini, ſeu Conſules dictæ ciuitatis, quibus præſenti-bus, & cum ſolemni exornatu plantatio Crucis facta eſt, XVII. Septembris anno MDCVII. in loco ad Seren. Prencipes, ſeu Du-ces Cænomanos Carolum è Lotaringia, & Henricam de Sabau-dia eius coniugem antea pertinente, ſed poſtea huius Ordinis Fratribus ad erigendum conuentum pietatis gratia ab eis ero-gato, & regijs patentibus corroborato. Verum loci eiuſdem olim profeſſor fuerat Illuſtr. Dominus de Triuultio dum viueret Re-gni Mareſcallus, & Lugdunenſium Prorex, in quo & ipſe Pala-tium inſigne ædificauerat, ex inde, tunc partim aquarum innun-dationibus, partim bellorum ciuium incurſibus deuaſtatum, ſo-loq; adæquatum fuit. Nunc vero in eo amplum conſpicitur Mo-naſterium numeroſis valde Fratribus repletum, hortalitijs, plan-tis, pomarijs, viridarijs, ambulatorijs, & vmbraticis, & fructiferis arboribus conſitum, & ornatum. Eſtq; totius Prouinciæ S. Ludo-uici caput. In compito plurium regiarum viarum, videlicet ver-ſus Delfinatum, Prouinciam, Sabaudiam, Pedemontem, & Itali-am, omnemq; orientalem, & meridionalem regiones tendenti-um. Vocatur S. Ludouici Regis.

THOLOSANVM.

91 MOnaſterium ciuitatis famoſiſſimæ Galliæ, tum quia caput eſt Prouinciæ Occitanæ, tum quia Curia Parlamentaris eiuſdem Prouinciæ habetur in ea; necnon ſcientiarum celeberri-ma Vniuerſitas, atq; Archiepiſcopi ſedes multos habens ſub ſe Suffraganeos, præ cæteris Regularibus Monaſterijs, quæ ibidem plurima, & magnifica cernuntur Fratres Tertij inſtituti ſuo eti-am proprio gaudent ſub titulo S. Mariæ de Pace, eoq; fundato, vt eſt traditio vetuſtiſſima, anno Domini MCCLXXXVII. ab opulentiſſimo eiusdem ciuitatis Bartolomæo Bechino, qui ad monaſterij huius inſtitutionem Domum propriam cum horta-litijs, & viridarijs mœnijs tunc locis adiacentem, nunc intra mo-naſterium pietatis affectu erogauit. Huiuſmodi conuentus ha-

buit

buit Sacræ Theologiæ profeſſores publicos in alma huius ciuitatis vniuerſitate, præ cæteris vero Fratribus Petrum Poncetum, qui ad Papam Benedictum XI. in Auenione ſedentem deputatus eſt, quo ordinem ſuum à damnatæ Beguinarum ſectæ iniuriis, & vexationibus liberaret, & à ſimulato Fratrum de Pænitentia habitu, quem hæretici illi temerarie aſſumpſerant adiectum euidenti nota diſtingueret.

INSVLÆ IORDANIS.

92 Monaſterium in Vaſconia diœceſis Tholoſanę exiſtit quinque leucis, ſeu quindecim milliaribus à Tholoſa diſtans; antiquum ferunt fuiſſe monaſterium quædam monumenta ciuilia, videlicet ab anno MCCCLXXI. in Archiuio conuentus Tholoſani conſeruata. Titulum habet S. Ioſephi hæc Domus Regularis recenter inſtaurata, cum prius hæreticorum deſtructione deformata fuiſſet, qui in illis partibus olim barbare graſſati ſunt.

AGINNENSE.

93 Monaſterium hoc in Aquitania ſuperiori in comitatu, & diæceſi Aginnenſi tribus milliaribus à ciuitate Aginno ſub inuocatione B. Mariæ Boni Ominis, in quo religioſe colitur Beatiſſima Virgo Maria, cuius imago latentia expoſita cernitur ad Chriſti Domini venerationem, quæ quidem miraculoſe adiuuenta eſt inter vepres latitans à quodam eius loci paſtore, qui vbi pecora è ſtabulis ad paſcua mane emittebat, bubulum pluries animaduerterit properato curſu ad dumetum ferri, qui in illud caput ingerens, & in genua procumbens adorare videbatur. Ex quo factum eſt, vt iteratis vicibus non parui huiuſce prodigij oſtenſione paſtor tandem inquiſitionem rei huiuſmodi diligenter perfecerit, & deuotam imaginem inter ſpinas iacentem inuenit; quæ ſublata & in paternam domum primo, ſecundo autem in eccleſia proceſſionaliter reuerenter delata, poſt vtramq; delationem, miraculoſe (mirabile dictu, & actu) rediit in prædictum dumetum, hoc duplici ſigno B. Virgo indicans velle ſe in eodem loco deinceps à chriſtifidelibus coli; quam ob cauſam ibidem

ibidem Crux lignea, & alta defixa eſt, tum ſacellum impenſis clariſſimi viri D. Dornani regni Mareſcalli, & in Prouincia dicta Proregis ædificatum fuit. Poſt vero eiuſdem Tertij Ordinis, annuente Seren. Margarita Valeſia Regum Franciæ filia coniuge, & Sorore, atq; demum Aginenſis terræ Comitiſſa ob ſingularem in dictum Ordinem affectum, præſertim vero in Reuer. P. Vincentium Muſſart Pariſinum Congregationis inſtitutorem ipſiuſq; Reginæ Concionatorem toto Regno celeberrimum. Ipſa vera Regina ſingulari pietatis affectu in Beatiſſimam Virginem regium ſuæ deuotionis teſtimonium exhibuit, cum pedeſtris ex vrbe Aginenſi in locum hunc ſanctum ſe contulit, in quo ſe, ſuamq; coronam Virgini deuouit. Porro hæc loci huius donatio regia auctoritate confirmata fuit, & in Parlamentarij curia Burdigallenſi approbata fuit, in actis relata anno Domini MDCXII. Edita ſunt à primodio huius inuentionis huc vſq; crebra miracula, quorum non vulgare illud, quod in Caluiniſta quodam accidit, qui vbi poſt defixam in loco prædicto Crucem, & in ea S. Imaginem depoſitam aduertiſſet mox diabolico furore correptus eam à loco ſuo violenter amouere tentauit, ſed fruſtra, cum cæcitate protinus tentati ſceleris pœnam luerit, in domum ſuam vna, & altera leuca diſtantem prout potuit, abiji, vbi ſtatim facti pænitens Deo, & Virgini Mariæ votum concepit, futurum ſe Catholicæ ſidei profeſſorem, ſi viſum recuperare valeret, qui voto perfecto ſtatim vidit, & profeſſionem catolicæ fidei emiſit, abiurata prauitate hæretica. Vix enumerari poſſunt, quot, quantaq; alia patrata ſunt in hoc Sacro Sacello ſigna tum in animæ, tum in corporis beneficium, & ſanitatem, & qualis, & quantus ſit Chriſtifidelium ad illud acceſſus, & ſingularis, & proceſſionalis, qui & hiſce nouiſſimis temporibus cum tanto feruore deuotionis, quanto & prioribus conſpicitur.

FONTANENSE.

94 MOnaſterium ſub inuocatione S. Caroli diœceſis Lugdunenſis lepidum, & iucundum propter loci amenitatem, & aſpectus varietatem, & etiam Araſis fluenta eiuſdem mures ſaltem regia mediante abluunt. Fundatum fuit anno Domini

1612.

1612. à nobili viro Mauritio Geneuois Lugdunenſi ciue pijſſimo, à quo pro affectu, quem erga Ordinem gerebat, erogatus eſt ampliſſimus terræ ambitus, ad ædificiorum tum Eccleſiæ, tum monaſterij conſtructionem, & hortorum, pomariorumq; diſpoſitionem; necnon prouentus annuo rationabiles ea intentione, vt Fratres ibidem de familia commorantes, ſingulis diebus Dominicis in Eccleſiam Parochialem ſe conferrent, ibidem Cathecheſes Chriſtianas ad incolas loci habituri, quod per Dei gratiam ad vnguem ſeruatur.

DIGONIACENSE.

95 Monaſterium ædificatum fuit in Territorio Carroſonenſi ſub titulo noſtræ Dominæ de Conſolatione diæceſis Auguſtodunenſis in pago eiuſdem nuncupationis duabus leucis, ſeu ſex milliaribus ab vrbe Carroleno, fundatum anno Domini MDCXIX. à nobili viro Theofilo à Damaſco Principum Damaſcenorum primæua origine clariſſimo, qui ad fidem Chriſtianam conuerti Crucis inſignia cœperunt, quam quidem catolicam religionem fundator iſte adeo pie coluit, vt quamuis pater ipſius ab ea defeciſſet, Caluinianam hæreſim amplexatus ipſe in profeſſione Catolicæ fidei firmiter ſterit ad finem vſq; vitæ ſuæ, quam in obſidione vrbis Vercellenſis ſingulari magnanimitate, ſed non inflatus volenter profudit.

CARROLENENSE.

96 Monaſterium in diæceſi Auguſtodunenſi amplum, & magnificum in eminenti loco, diſtans per ſemimilliare ab ea vrbe, fundatum fuit ſub titulo Seraphici Patris noſtri Sancti Franciſci anno Domini 1609. ſub Paulo V. Romano Pontifice, & Ludouico XIII. Galliarum Rege, nobili viro Dioniſio Girardo de la Veijre, & Molin Chipot tunc in prætorio terræ illius tribunali ſedente, ſeu, vt aiunt, Generali locumtenente pro regia iuriſdictione, ſiquidem dictus Girardus agrum per amplum fertilem, oportunum, & ſaluberrimo aere perflatum Fratribus Tertij Ordinis, quos affectu non modico proſequebatur, pro Dei amore

re erogauit. Dotator etiam ex parte primus fuit pijſſimus eiuſdem vrbis incola, & ditiſſimus mercator Stephanus Dagoneuu; tum alij nonnulli, qui ſe benefactores demonſtrarunt.

BELLIIOCENSE.

97 MOnaſterium extat in hac vrbe Bellijoco diæceſis Matiſconenſis, quę eſt caput totius terrę, ſiue Baronię Bellijocenſis, tertiam Prouincię Lugdunenſis partem componentis, longo loci ſitu protenditur vrbs iſta in valle anguſtiſſima defluente per eam rapidiſſimo torrente, & præaltiſſimis montibus obuallata. Olim vero in vnius horum montium vertice extabat arx fortiſſima, quę ſedes erat Illuſtrium Dominorum Baronum Bellijocenſium, qui tunc ſuprema gaudebant auctoritate, nunc vero maceries eſt, quia ædificia pene omnia diruta, relicta tantum Eccleſia Collegiali Canonicorum copioſo prouentu gaudentium ex fundatione dictorum Dominorum. Extincta tandem illorum ſtirpe dono peruenere ad ditionem Borboniæ domus regiæ bona ipſorum omnia, ſingulariter vero ad Duces vulgo de Monſpenſier nuncupatos, è quibus ex latere materno orta eſt Anna Maria Ludouica ſuprema Dumbarum Principiſſa triplici ducatu inſignita videlicet Montiſpenſerii, Caſtelli Eraldij, & Vanfergaldi, necnon terræ Bellijocenſis Barona; ex patre vero Gaſtodono Borbonio Henrici IV. Regis Galliarum nato, Ludouici XIII. fratre germano, & Ludouici XIV. nunc feliciter regnantis patruo, eodemq; Agrelj Duce. Hic autem cum huiuſmodi Principiſſæ filiæ ſuæ in iuuenili ætate conſtitutæ bona adminiſtraret, pietatis affectu erga Fratres noſtros motu prædicti Monaſterij erectioni ſua auctoritate efficaciter fauit, ædificandi illud facultatem ſuis patentibus literis fecit; & Caſtrenſem Capellam, quæ in prædicta arce ſupra montem conſtructa erat, in Monaſterium ad radices montis cum ipſius prouentibus, & titulo S. Laurentij inferri iuſſit anno MDCXXVII.

CHI-

CHIMILIACENSE.

98 MOnaſterium in Comitatu Burgundiæ diœceſis Biſuntinæ, & pago Chimiliaco nuncupato, erectum fuit pro Fratribus noſtri Ordinis iuxta Caſtellum Domini eiuſdem loci ipſius fundatoris nomine Ferdinandi Comitis de Ven vna cum vxore Ludouica, idemq; in ſitu gratiſſimi, quippe quod in apice collis exiſtat, ad cuius radices fluuius Arar, ſiue Sagona defluit, & ad longè, lateq; diffuſa prata virentina aſpectus protenditur. Fundatum autem eſt anno Domini MDCXXVII. ſub inuocatione noſtræ Dominę de Conſolatione. Quod quidem literis patentibus Seren. Archiduciſſæ Flandriæ, cuius ditioni ſubiectum eſt, nec non etiam Burgundię Comitatus roboratum, & Parlamenti Dolę verificatione comprobatum.

MOLINOGILBERTANVM.

99 MOnaſterium in territorio, & diœceſi Niuernenſi, extra vrbis huius mœnia fundatum anno Dominicæ Incarnationis MDCXXXI. Fundatoribus pijſſimis Gabriele Reullon eiuſdem vrbis, ſiue oppidi ſedis iudiciarię Locumtenente, ſeu vicem iudicis, & Maria Robert eiuſdem coniuge, qui cum prole carerent filios ſpirituales parere in votis habuerunt, bonis temporalibus ſuis ad erigendum, fundandumq; monaſterium eiuſmodi ſub honore, & titulo Glorioſiſſimę Trinitatis, erogatis in vtilitatem Fratrum huius Ordinis, regia auctoritate confirmatum.

AVENIONENSE.

100 MOnaſterium ædificatum anno Domini MDCXXXIX. ſub felicibus auſpicijs tunc Illuſtr. ac Seren. Principis, ac Vicelegati D. Porſe, nunc vero S. R. E. Cardinalis; habet pro titulo Crucem Sanctiſsimam. Hęc autem ciuitas Pontificia eſt, eaq; multis nominibus clariſsima, in qua reſidet Vicelegatus Apoſtolicus, necnon ſedes Archiepiſcopalis habetur in ea, quę olim Summorum Pontificum ſeſſione per multos annos honorata fuit.

SAN-

SANVALERII.

101 MOnaſterium milliario fere diſtans ab vrbe hoc nomine inſignita S. Valerij in Prouincia Delfinatus, & diæceſi Vienneſi, erectum fuit anno Domini MDCXLIII. ſub titulo noſtræ Dominæ ſeptem dolorum, ſedente Vrbano Papa VIII. & regnante Galliarum Rege Ludouico XIII. Fundatoribus nobili viro Ioanne de Cruce Domino de Chæurieres eiusdem vrbis, & Vallis Comite, necnon pro ſacerdote D. Antonio Parino ex Caſtro S. Symphoriani Lugdunenſis territorij progenito, cuius quidem ædificia tum Chori, tum Dormitorij proprijs ſumptibus extruxit nobilis D. Antonius Romanet eiuſdem vrbis ciuis præclarus pietatis ergo, & gratitudinis in Beatam Virginem Mariam de ſeptem doloribus, cuius precibus de graui morbo ereptum, voto facto, pie credidit. Conuentus huiuſmodi aſpectus gratiſſimus eſt, & ſitus admodum religioſus, cum ex vna parte in montes Viuarienſes milliaribus duobus diſſitos, interiecto tamen fluuio Rhodano viſus feratur. Ex alijs duabus in montes, & rupes ſibi adiacentes, ſitq; ad oſtium vallis ſtrictiſſime tamen præruptis montibus ex vtraq; parte vallata, latoq; torrente nomine Galaura per imas partes non ſine multo fragore decurrente præ rupibus, & ſaxis, quibus repletur; ſed quod mirabile viſu eſt, & religioſe ſolitudini diuinorum contemplationi, mundanorumq; contemptui expoſitum ad duo ſaltem milliaria, & circa ſuperiorem vallis eiuſmodi additum conſpicitur veluti clauſtrum naturale, ſed & aſperum montibus prææltis, & rupibus præruptis præcinctum, in medio autem ingens rupium moles terra ſterili permixta veluti in piramidem firmam deſinens; in eius ſpecie ſacellum Deo, & Virgini matri ſub inuocatione Dominæ noſtræ de Valx dicatum habetur à Chriſtifidelibus pietatis gratia non ſine magno labore propter itineris aſperitatem viſitatum. Clauſtrum igitur adeo clauſum cernitur, quod ad torrentis per circuitum defluentis ingreſſum, egreſſum peruius ei tantum relinquatur tranſitus, qui poſt circumactos ad radices montium, & rupium eiuſmodi fluxus tandem præceps abit, & ad Rhodanum properat, in cuius ſinum prope dictum monaſterium, vrbemq; influit.

COLONIENSE.

102 MOnaſterium extat in Vaſconia in diæceſi Lumbarienſi extra muros huius oppidi Coloniç, ſub inuocatione Dominæ noſtræ de pietate Montis Caluariæ, cumq; ſit in eminenti loco ſitum iucundiſſimo aſpectu potitur. Fundatorem agnoſcit D. Grifoletum Regium Conſiliarium in auguſtiſſimo Tholoſæ Parlamento, anno Domini MDCLIV.

TREVOLTIANVM.

103 MOnaſterium iſtud nouiſſimis temporibus anno 1654. in hac vrbe Treuoltij Principatus Dumbarum Capitali ſitum ad ripas fluminis Araris diæceſis Lugdunenſis, à Lugduno per quatuor leucas diſtans. Qua in vrbe monetalis officina habetur, vbi moneta ſigno Principis, vel Principiſſæ Dumbarum cuditur, cum ſuprema ſit eius poteſtas. Titulus autem eſt S. Mariç de Pace. Inſtitutrix fuit Anna Maria Ludouica ſuprema eius terrç Principiſſa Regis Chriſtianiſſimi Conſobrina, & Ducis Aurelij filia. Probauit, & Parlamentaris eiusdem Curiç ſuprema. Fundatum autem fuit cum onere verbi Dei diſſeminandi Chriſtianas catecheſes ad populum maxime ad pueros habendi, Chriſtifidelium confeſſiones excipiendi, infirmantes incolas conſolandi, adiuuandi, & alijs pietatis operibus vacandi.

MIRAMONTANVM.

104 MOnaſterium ędificatum in Vaſconia in eo pago diæceſi Auxenſi dotatum nouiſſime anno Domini 1636. Fundatrice clariſſima, & Illuſtr. D. Henrica de Perdiaco, Comitiſſa de Turre Domina de Miramonte vxore nobiliſſimi Ducis de Rochalaurum, vt in Eccleſia eiusdem ſacrificium, & preces Deo offerantur pro remedio animarum mariti ſui, & filij vita functorum.

DIVINIONENSE.

105 Monaſterium receptum fuit in hac vrbe ſub diœceſi Lingonenſi petentibus Fratribus his nouiſſimis temporibus à Magiſtratu conſulari, & conuocatione Conſilij, quod Chriſtianiſſimus Rex Ludouicus XIII. ſuis patentibus literis confirmauit.

Multa alia monaſteria olim erant in bonis religionis per Regnum diffuſa in Apamijs, Tullę, Macerijs, Gratianopoli, & alibi, temporum voracitate perierunt, & amplius non ſunt.

Non deſunt in hac Prouincia Patres, pietate, & doctrina inſignes, qui ad bonum publicum ſalutaria inſtituta edere poſſent, niſi humilitas, & modeſtia eis ſilentium ſuaderent; nonnulli tamen ad Dei gloriam, & Ordinis decus, & vtilitatem quędam typis mandarunt, inter quos.

106 Reuer. P. F. Benedictus Lugdunenſis Reflexiones edidit ſupra Regulam Ordinis à Nicolao IV. confirmatam, quę ſunt facundia, & eruditione ſpectabiles. Alterum librum ſuper Regulam Leonis X. probatam, documentis, & declarationibus illuſtrauit pro Regularibus, & ſecularibus, atq; conſtitutiones pro vtriſque edidit. Item cæremoniale eccleſiaſticum, & monaſticum Rituale vtrunq; ad vſum, & iuxta ſpiritum Congregationis noſtrę. Aliud quoq; volumen inſcriptum eſt: Academia perfectionis in tres partes diuiſa, in cuius prima agitur de Chriſtiana profeſſione perſectanda; In ſecunda de operatione euangelica; in tertia de Regularibus iuſtitutis in particulari, de tribus Franciſcanis Ordinibus, ſed in pertinentibus. In quo quidem opere eſt miſſio Beatiſſimi Patris noſtri Franciſci ad ſalutem animarum, quidem virtutes, gratias, dona, & operationes omnino mirabiles ſub ſimbolo Angeli aſcendentis ab ortu ſolis, habentis ſignum Dei viui, &c.

DE SANCTIMONIALIBVS TERTII ORDINIS GALLIÆ.

107 Quamplurima, & multiplicis obſeruantię per vniuerſum Gallię regnum, & vicinas terras habentur Monaſteria Sanctimonialium huius Tertij Ordinis noſtri. Sed in primis intra

limites noſtrę Congregationis Gallicanę, videlicet in Comitatu Burgundię diœceſis Biſantinę orta eſt arctioris obſeruantię Sororum Congregatio eodem tempore, quo & Fratrum eiuſdem Ordinis, & pannis auſteritatis, ſcilicet, abſq; lineorum vſu in pedum nuditate, & aſpero, ac rudi habitu; fundatrice nobili fœmina Margarita Bortè virtutibus, ac donis cęleſtibus clariſſima, quę prima huius obſeruantię fundamenta poſuit in oppido.

Vercè dicto, quo in loco cum paucis annis perſeueraſſet, Salinas, quę vrbs celebris habetur in dicto Comitatu, Monaſterium tranſtulit, fixitq; cum maxima illius vrbis ædificatione, ſi quidem non paucæ in eo Sorores piiſſimæ fundatricis veſtigia ſequentes, virtutibus præclaris inſignes euaſere, & adhuc in primæuo ſpiritus feruoris, orationis, & auſteritatis perſeuerans.

Ex eo autem Monaſterio velut è fonte manarunt alia Monaſteria ſanctimonialium eiuſdem Obſeruantię, & perfectionis, tum in eodem Comitatu, tum in Regno Galliæ, atq; in Lotaringia Altiſſimo famulantium, quorum alia Ordinarijs locorum ſubiacent, alii vero ea maxime, quę in arctiori perſtiterant obſeruantia Patrum eiuſdem Ordinis, & Obſeruantiæ ſtrictioris, obedientiæ, viſitationi, correctioni, & regimini auctoritate Apoſtolica ſubijciuntur, vt Salinis, Pariſijs, Arboſij, Leoſalnerij, Nancæi, &c. Sed alia permulta ſunt in laxiori obſeruantia, paucis exceptis, qualia ſunt Lugduni, Dolæ, Graiaci, Tholoſæ, Aginni, Inſulæ Comitatus Auenionenſis, quamuis non æque vt alia Ordini ſubiecta auſterioris vitæ ſectentur præcepta.

Hactenus dicta accepi ab eruditiſſimo, & ſapientiſſimo religioſo viro P. F. Elzeario Dumbarienſi Congregationis huiuſmodi benemerito. De his dixi etiam ad finem cap. 12. *hic.*

CAPVT XXXIII.

De tribus Prouincijs, & eorum conuentibus in Hiſpania.

1 IN Regnis Hiſpaniç tres ſunt Prouinciæ, vna nuncupata Caſtellæ.i.Caſtiglia in citeriori parte Hiſpaniæ Tarraconenſis. Secunda appellatur Bætica in Vlteriori parte Regio Auſtralis diſcreta à Luſitania mediante Ana fluuio, ſic dicta nimirum Betica ab amne Bæti, qui eam mediam perfluit, *ex Plinio lib.3.c 1.& 2.* Hodie bona eius pars vocatur Granata à copia grani cocci. Tertia dicitur Prouincia Portugalliæ, ſeu Andaluſiæ ſub ead. vlteriori parte Hiſpaniæ. Vide eundem *Plinium lib.4 c.21. Ptolomeum lib.2.c.5. Strabonem lib.3.* Earum conuentus ſunt, qui ſubijciuntur, mihi crediti à quodam Hiſpano ore tenus.

2 *Prima Prouincia appellata Caſtella conſtituitur ex triginta quatuor Conuentibus & quatuor Vicarijs.*

Toletanus conuentus.	Murciæ S.Franciſci.
Realis ciuitatis S. Franciſci.	Origuelæ S. Gregorij.
Segouienſis S.Claræ.	Alicantis Oppidi S. Hieronymi.
Burgenſis S.Eliſabeth ſenioris.	Valentinus SS.Fabiani,&Sebaſt.
Salmantinus S. Ludouici Regis.	Gandiæ S. Iuonis.
Cuenchenſis S.Franciſci.	Rechenæ S.Franciſci.
Tauri S.Laurentij.	Almagri S. Andreæ.
Aulæ S.Iacobi Apoſtoli.	Morallis SS.Cryſanti, & Dariç.
Victoriæ S.Margaritç.	Membrillæ S.Euſebij.
Ciguenzæ S.Franciſci.	Adamuz S. Didaci.
Placentinus Corporis Chriſti.	Conquiſtæ S. Conradi.
Vuedenſis S. Thomæ.	Almodobaris S.Antonii Abbat.
Zamorenſis S.....	Ictaphæ S. Mariæ Afflictæ.
Guadalaxaræ S. Ioannis Euang.	Parræ S. Conradi.
Matritum prope S. Bernardini.	Caueſſæ S. Marci Euangeliſtæ.
Lupianæ S. Birgittæ.	*Loca ſupradicta ſunt Oppida à Gandia.*
Cartaginis de Leuante S. Angelæ de Fulginco.	Vtiedæ ciuitatis S.Ludouici.

Extra alter SS. Innocentium.
Quatuor habet Vicarias ſub Archiepiſcopo Toletano.

Primā delle Ghanes de Tortoſa.
Secundam de S.Bal, & Turrena.
Tertiam Riculi, & S.Donati.
Quartam Muſçæ, & Calataiu.

Secunda Prouincia dicitur Betica habens conuentus triginta duos, & tres Vicarias.

Hiſpalenſis *Siuiglia* conuentus *S.* Mariæ Conſolationis. Alias erat Eccleſiā *S.* Ioannis extra muros, commutata cum monaſterio in aliam *S.* Sebaſtiani, vt patet ex Bulla XLV. de Viſitatore Fratrum huius diœceſis, ſequenti Bulla XLVI.

Cordubæ extra muros *S.* Matris Dei, de quo d.ctum fuit ſupra ſub num. 10. & 24.

Solis s. Annæ Matris Deigenit.
Antiquatiç s. Mariæ de Valle.
Aliter s. M. de Ieſu, eſt Collegiū.
Granatæ s. Antonij Abbatis.
Cæſariç Verez Veræ Crucis.
Alcalæ la Real. s. Mariç Regum.
Baccæ s. Conradi.
Baezæ s. Rochi.
Cardicenſis s. Lucij Ordinis.
Arcos s. Bartolomæi.
Palmę s. Dionifij.
Carmonę s. Franciſci.
Arazenę ss. Petri, & Pauli.
Villę Martini s. Mariæ boni itineris.
Conilii ad litus maris s Barbarę.
Oſſunę oppidi s. M. Conſolatiō.

In agro eiuſd. s. M. Fontis ſanctę
Aiizatæ p ope Cordubam s. Antonij Patauini.
Andularieſi in oppid. s. Didaci.
Moſtelli in oppid. s. Ludou. Epi.
Nebricēſi in oppi. Leuricha s. Io.
Portus s. Mariæ s. Philippi.
Sanlucar Barrameda B. Ioannæ de Cruce.
Portus Realis in oppido s. *Catar.*
Rotæ ad mare s. Petri.
Bornos oppidi s. Elzearii.
Moronis oppidi s. Michaelis.
*C*azalæ oppidi s. Euſebii.
Conſtantię oppidi s. Luciæ.
*C*aſtelli in oppido della ſquardas s. Franciſci.

Tres Vicarias habet hęc Prouincia. Prima vocatur s. Ioannis de Alfarache. Secunda *S.* Iob Tomares del Bes. Tertia *S.* Ioannis de Moreminna.

Tertia Prouincia nominatur Portugalliæ ſeu Luſitaniç abſoluta triginta Monaſterijs infra deſcriptis.

Vlyſſiponę s. Antonij de Padu.
Eboræ s. Bernardini.
Coimbræ s. Mariç de Portu.

Meridę s. Catarinę
Truxillis Ioannis Dei.
Alma denis. Angelę de Fulgineo

Burgillos ss. Petri, & Pauli.
Cueuæ ciuitatis Speluncę s. Pauli.
Vmbroſæ s. Marię.
Almondraleſii s. Franciſci.
Zafrę s. Rochi.
Fontis magiſtri ss. Vincentii, & Anaſtaſii.
Albę s. Franciſci.
Eulaliæ Sanctę s. Sebaſtiani.
Fontis lapidis s. Crucis.
Pueblę s. Ildelphonſi.
Vincontę s. Franciſci.
Gererę s. Didaci.
Peralerę s. Antonii de Padua.
Alami s. Franciſci.
Sebenes s. Ludouici Regis.
Orgaccii s. Lucii Ordinis.
Eſchiuię s. Franciſci.
Turrionj s. Franciſci.
Cannaletę s. Margaritę.
Alcarę s. Cecilię.
Molinerii s. Annę.
Arnos ss. Fabiani, & Sebaſtiani.
Figaroli s. Franciſci.
Oatinenſi s. Corradi.

5 *Ad Turres nouas in eodem Luſitaniæ Regno oppidum frequens, & opulentum alterum Monaſterium Tertij Ordinis incæpit quædam pia fœmina Tertij etiam inſtituti S. Dominici quæ aſſumpto habitu Franciſcano cum alijs eiuſdem voti ſub titulo S. Spiritus adiculam ad perfectum deduxerunt, & ſe ſubiecerunt regimini Didaci ab Andrada Territorium Regni Portugalliæ Miniſtri. Ad annum* 1536. *num.* 19.

Supradictę Prouincię plures pepererunt religioſos, pietate, obſeruantia, & doctrina celeberrimos, preſertim Antonium Tablata, & Ioannem de Xodar, de quibus latius ago cap. 37. de religioſis illuſtribus.

6 In Prouincia Betica religionem illuſtrem reddunt in omni genere virtutum, & nunc florent ſequentes Patres. Petrus Martinez del Salto Qualificator S. Officii, Lector Iubilatus. Franciſcus Correa Lector primarius conuentus Granatę. Ioannes de Soto Gallegos Lector Iubilatus, & Qualificator s. Officii. Onophrius Ximenius Lector primarius conuentus Siuilię. Sebaſtianus Capotus eximius Concionator, & Lector Iubrilatus. Ioannes Hinoyoſa Lector in conuentu Granatę. Andreas Ortiz Concionator in conuentu Cordubę. Ioſeph de Salinas Prędicator Xerez de la Frontera. Marius Cauallerus Concionator conuentus Alcalę la Real, Ioannes de S. Bernardo Catedraticus Vniuerſitatis Siuillę. Baldaſſar Aluarez Cathedraticus eiuſdem Vniuerſitatis. Multo alios, quorum nomina mihi ſunt ignota.

CAPVT XXXIV.

De nonnullis alijs conuentibus extra Italiam.

1 SVb hoc capite reſcribam aliquot conuentus, quorum notitiam accepi ex annalibus magni, & incomparabilis viri *P.* F. Luę Vadingi trium Ordinum *S.* Franciſci celeberrimi *C*hroniſtę.

2 *A*bulę in Hiſpania F. Ioannes de Ramaga cum aliquot clericis, & laicis profeſſis, quibus pręerat incoluit Eremitorium *S.* Marię Magdalenę, vt conſtat ex Bulla 68. per quam Eugenius IV. dictum locum eidem conceſſit anno 1431. Ita notat Vading. ad dictum annum num. 23. Bulla pręfata, ſicut & alię infra citandę, extenditur in noſtro *A*rchiuio.

In diœceſi *A*ſtoricenſi plures recenſentur conuentus, & loca Fratrum.

3 Primus eſt Eccleſia *S.* *S*piritus in Parochiali *S.* Marię cum Eremitagio conceſſa à *M*artino V. Bulla 48. Fratribus Ioanni de Villar, & Lupo de *S*ancto *S*piritu *S*acerdotibus, antea per annos 40. poſſeſſa à q. F. Ioanne de *S*calciado, anno 1423. num. 18.

4 *S*ecundus eſt s. *M*arię Valle approbatus ab Eugenio IV. Bulla 70. anno 1431. cum nonnullis hęreditatibus conſiſtentibus apud s. *M*ariam *M*agdalenam de Villa de Lazaro, conceſſus à *P*etro de Luna nuncupato Benedicto XII. dicto XIII. qui fuit *A*ntipapa intruſus ab anno 1394.

5 Tertius eſt in loco *C*erezal, vbi Ioannes de Ouiedo conſtruxit Domum religioſam iuxta Hoſpitale s. *M*arię *M*agdalenę, eæs viam, per quam peregrini conſuebant ad venerationem corporis s. Iacobi in *C*ompoſtella, vt illi vberiore caritate, & maiori ſolicitudine à Fratribus reciperentur, vt conſtat ex Bulla Eugenii IV. 72. & 73. vbi concedit Indulgentiam *P*lenariam in articulo mortis, ad annum 1432. num. 41.

6 Quartus eſt Domus s. Fructuoſi, cuius Fratribus Eugenius IV. per ſuam Bullam 91. concedit exemptionem à decimis, & quibuſcumq; impoſitionibus, ad annum 1439. num. 75.

7 Quintus in Parochia de Lancuego Gomeſius Didauos de Iſla Canonicus Aſtoricenſis ædificauit Domum de Vuembribe Fratribus; pro quorum ſuſtentatione Gondiſaluus Epiſcopus vniuit præſtimonium *S*.Fructuoſi, & S. Agnetis infra Parochiam prædictam,& limites Archidiaconatus de Ribadeſis conſiſtens, per liberam reſignationem Alphonſi Gondiſalui Canonici pariter Aſtoricenſis. Quæ omnia Martinus V. rata habuit per ſuam Bullam 51.ad annum 1423.num.18.

8 Morinenſi in diæceſi in oppido *S*.Audomari Ioannes XXIII.conceſſit Fratribus, & Sororibus oratoria diſtincta cum campanili & vſu diuinorum in illis, vt patet per eius Bullam 36. ad annum 1413. num.8. Eccleſia dicitur eſſe in Parochia *S*. Margaritæ, cui Martinus V. in ſua 59. indulſit, vt in ea Fratres poſſent aſſeruare Sacramentum Euchariſtiæ pro ſuis vſibus, ad annum 1427. num.41.

9 Burgenſis extra muros Tornacenſis diæceſis Gulielmus *X*oc legatum fecit, vt ex ſuis facultatibus conſtrueretur conuentus ſub titulo Caluarij; quod Fratres præſtiterunt nuncupati Fratres Ioannes de Blunde, & Ioannes Stenaert, de licentia Martini V.ex Bulla 57. qui eis indulſit, vt à quocunq; Epiſcopo Eccleſia conſecrari poſſet ſine diæceſano, ad annos 1423. num. 14. & 1427. num.41. Eſt in Belgio.

10 Compoſtellana in diæceſi duas Domos inuenio.Prima eſt S.Catarinæ de Monte Faro. Bonifacius IX. eius Fratres exemit à decimis, collectis, & alijs exactionibus, ad annum 1403. num.7. Huic Domui pro ſuſtentatione Fratrum Lupus Epiſcopus Mindonienſis donauit Eccleſiam *S*. Mariæ de Minio cum omnibus ſuis pertinentijs, ex Bulla 35.& Inſtrumento ibidem extenſo, confirmante Benedicto XIII. Iulius vero II. aliam Eccleſiam Parochialem *S*. Thomæ de Beruantes vniuit eidem Domui,cum aliquibus beneficijs, quorum præſentatio ſpectat ad Miniſtrum eiuſdem conuentus,vt conſtat ex eiuſdem Bulla ex lib. 135.Vaticani fol.105.ad annum 1508. num.31.

11 *S*ecunda eſt *S*. Mariæ de Canthero, ad annum 1403. num.7.vbi Vading.ait.Benedictum XIII. antipapam multa conceſſiſſe dicto anno Fratribus,ſubdens in his monumentis aliquando fieri mentionem Generalis Fratrum Tertij Ordinis de Pænitentia, ergo etiam tunc temporis erat Generalis.

12

12 Mindonienſis diæceſis conuentus S. Spiritus de Milide fundatus fuit à Petro Comite Traſtamerij, additis territorio, & Eccleſia B. Mariæ de Baſadria. Approbatus ab Henrico I. & Ioanne II. regibus Caſtellæ, quæ omnia approbauit Nicolaus V. per Bullam 135. anno 1448. à quo anno locus in antea poſſidebatur per ſeptuaginta annos, vt dicitur in eadem Bulla, & ſic ea Domus erat in bonis religionis de anno 1378. ad dictum annum 1448. n. 47.

13 Ageigeiræ oppidi in territorio Vliſſiponenſis diæceſis à villa Tomarij quinque mille paſſus olim extabat Domus *S.* Citræ Virginis, ædificata à quodam F. Italo. Quæ poſtea tranſiuit ad Obſeruantes agente F. Petro Aluaro, ad annum 1423. num. 11.

14 Cordubæ extra muros Rodericus Martini ſuper ſuis bonis fabricauit Eccleſiam S. Mariæ cum conuentu. Nicolaus V. Fratres exemit à iuriſdictione Epiſcopi, ad annum 14[illegible]9. nu. 57. Dictus Martinus Ordinem profeſſus, timens, ne poſt obitum ſuum locus deſolaretur, aut in profanos vſus conuerteretur, petijt à Pio II. vt donaretur Minoribus de Obſeruantia. Annuit Papa, ſed inde ſecutum eſt, vt multas ipſe pateretur à Petro *P*alencque V. ſitatore Generali ſui inſtituti perſecutiones, vt conſtat ex Bulla Pauli II. data anno 1466. & cum illo reliqui Fratres acriter ſe oppoſuerunt huic translationi. Vading. tom. 6. ad annum 1463. n. 142. Bulla habetur lib. 1. de Regul. & Dignitat. vacant. fol. 46. Huius Domus deputatus fuit perpetuus Viſitator Sancius Miniſter Caſtellæ Ordinis Minorum, ad annum 1506. num. 96.

15 Vlyſſiponenſis in diæceſi Oratorium *S.* Franciſci extructum fuit à Fratribus, ſed illud coacti fuerunt deſerere, dum non curarunt reparare, vnde ex Bulla 90. Eugenij IV. receptum fuit à Minoribus, concedente F. Ioanne de Riparia tunc Miniſtro Prouinciali Prouinciæ Portugalliæ Tertij Ordinis, ad annum 1439. num. 69. vbi Vading. dicit hunc conuentum non recenſeri apud Obſeruantes.

16 Hibernenſes conuentus ſunt plures, quos recenſeo.

17 Primus vocatur Cluacerenſis Caciylli diæceſis Clonfertenſis, conceſſam Eccleſiam Parochialem à Thoma Epiſcopo firmauit Eugenius IV. per ſuam 105. ad annum 1441. num. 72.

18 Secundus S. Mariæ ad oppidum *K*illyn Bonnaynæ in diæceſi Tuamenſi, celebris, in qua celebrantur honorifice diuina officia,

vt

vt habetur in Bulla 192. in Regeſto. Vading. fol. 156. Papa eam Eccleſiam pluribus indulgentijs exornat. Propter bellorum iniurias paſſa eſt multas calamitates, ad annum 1428. num. 18.

19 Tertius in diæceſi Dunenſi ſub nomine S. Mariæ, alias S. Congalli de Branchor receptus à F. Nicolao celebri profeſſione. Erat alias Ordinis S. Auguſtini derelictus ob malum regimen Seuegu ui Okeyllin Abbatis, ad annum 1468. ex Bulla Pauli II. lib. 3 de Regul. & Exhib. anno 5. fol. 8.

20 Quartus in A. hadenſi diæceſi à nobili viro, Ioanne Chadra Domicello, ac Domino de Campoligeme dono datus F. Andreæ de Ocliman, ab eodem locupletatus nonnullis terris, & poſſeſſionibus, videlicet, aſſignando dimidiatam villatam, & quartam de Arduabaix, & quartam Iuſmud nuncupatas, & locum Cuirt-Vuilleag in ipſa diæceſi conſiſtentes, cum aquis, molendinis, piſcarijs, gannijs, & ſiluis, nemoribus, lapidicinis, & alijs adhærentibus iuribus, & pertinentiis vniuerſis, vt Domus ædificaretur religioſa Fratribus, & Sororibus in præfato loco de Cuirt-Vuileag. Donationem confirmauit Epiſcopus Achadenſis. Quæ omnia Nicolaus V. tertio nonas Octobris anno 1454. num. 89.

21 Quintus in loco Glaudermæ diæceſis Concrenſis exiſtit. Vir nobilis Robertus Biſſed Dominus loci de Glanderma prædicti dedit Fratribus quendam ſitum ibidem, vt ſibi cœnobium conſtruerent, cuius regimen habuit F. Robertus donatoris conſanguineus. Approbauit Paulus II. per ſuam Bullam, ex lib. 3. de Regul. anno primo fol. 11. ad annum 1465. num. 23.

22 Legionenſi in diæceſi duos conuentus enumerat Vadingus, primum ad annum 1403. num. 7. ſub nomine S. Iuliani de Monte, quem Bonifacius IX. commendauit caritati fidelium. Alterum ſub eodem nomine S. Iuliani in oppido Valderarum, Fratribus conceſſum ab Epiſcopo, & Capitulo Legionenſi. Alphonſus Melgar amplis poſſeſſionibus ditauit. Fratres tranſierunt ad aliud inſtitutum, & cenobium per Dominicanos receptum fuit. Id autem confirmatum fuit per Nicolaum V. ad annum 1450. nu. 45. Lopez Dominicanus par. 3. Hiſtor. ſui ordinis lib. 2. cap. 42.

23 Zamorenſi in diæceſi S. Mariæ del Soco cœnobium habetur confirmatum à Bonifacio IX. ad annum 1403. num. 7.

24 Cameracenſi in diæceſi in loco de Vualthorne infra Parochiam

de

de Aſqua F. Ægidius *M*oyſin obtinuit à Pio II. licentiam ędificandi conuentum, ad annum 1459. num. 76. ex eius Bulla lib. 1. de Prouiſ. Pręlat. fol. 139.

25 Clonfertenſis dięceſis Domus Clangucay Carill, cuius erat ſuperior F. Cornelius Omuilcharyll, qui à *S*ixto IV. Romam profectus obtinuit Indulgentiam perpetuam decem annorum, & totidem quadragenarum viſitantibus eius Eccleſiam in feſtiuitatibus *S*. Trinitatis, Natiuitatis B. Mariæ, & *S*anctorum Franciſci, & Patricij, vt conſtat ex eius Bulla ex lib. 187. fol. 41. ad annum 1482. num. 98.

26 Heidelbergenſi in ciuitate Philippus Comes Palatinus Rheni aſſignauit Domum Fratribus, ad annum 1488 num. 41.

27 Mindonienſi in diœceſi Domus S. Spiritus de Melide, cui donata fuerunt multa bona, ex Bulla Innoc. VIII. lib. 81. fol. 61. ad annum 1489. num. 40.

28 Bracharenſi in diœceſi in Luſitania Petrus à Merxecim accepit ab incolis oppidi Cernancellæ Eremitorium in margine fluuij Tauoræ ſitum pro Fratribus. Morte præuentus cæptum opus perficere non potuit, vnde quædam eius conſanguinea diues, & præpotens, pulſis Fratribus, locum prętexto iure hæreditario occupauit. Ioannes II. anno ſui Regni vltimo, & 1495. Fratribus interpellantibus iuſſit locum reſtitui, ſed per paucos annos ibi commorati ſunt varijs incommodis vexati, loco vale dicentes. Circa annum 1500. quædam nobilis fœmina nomine Maria locum refecit pro monialibus eiuſdem Ordinis, ſub cura, & regimine Fratrum eiuſdem inſtituti; ab anno vero 1569. eorum curam gerunt Minores de Obſeruantia *P*rouinciæ *P*ortugalliæ, ad annum 1501. num. 45.

29 Leodienſis diœceſis in Duysberch oppido Iulius II. præcipit Fratribus Cruciferis, vt Tertiarijs reſtituant cænobium occupatum, ad annum 1505. num. 52.

30 Colonienſis cætus quatuor conuentus habet, quorum Fratres vocales anno 1655. die 15. Iunij in conuentu S. Nicolai, ex commiſſione Ioſeph Sanfelicis Archiepiſcopi Coſentini, ad tractum Rheni, & inferioris Germaniæ partes Nuntij Apoſtolici, congregati celebrarunt ſuum Capitulum Prouinciale, eligentes in eo quendam venerabilem ſenem F. Seruatium, qui iuri ſuo renuntiauit,

tiauit, cui per electionem ſucceſſit F. Ioannes Corradi in Huls. Poſtea in eodem Capitulo ducti imitatione Fratrum Congregationis Zeperenſis, de qua cap. 31. vnanimiter ſtatuerunt procurare vnionem cum Generali Italo eiuſdem Ordinis. Acta eius Capituli ad manus noſtras peruenerunt, ſed hactenus nihil factum eſt, & propter locorum diſtantiam, & propter pericula peſtis in ciuitatibus Neapoli, & Regno Calabriæ, Romę, Genuæ, & alibi. Conuentuum nomina hæc habeo.

31 Primi S. Nicolai in Triſt prope Terdich; de quo Vading. ad annum 1484. num. 41. ait, Fratres ex conſenſu Ruperti Archiepiſcopi inierunt quædam pacta cum Rectore Eccleſiæ in Gleen, quæ Innocentius VIII. hoc anno confirmauit per ſuam Bullam lib. 70. fol. 235.

32 Alterius S. Mariæ ad Oliuas Coloniæ, ſed quem transierunt Cōuentuales ex inſtr. ſtipulato 13. Ianuarij 1501. num. 45. Aliorum nomina mihi ſunt ignota.

33 Hiſpalenſem extra vrbem conuentuum S. Ioannis propter aeris intemperiem alio tranſtulerunt ſuo nomine S. Sebaſtiani, de licentia Martini V. Bulla 45. in noſtro Archiuio, vbi de F. Ferrando Gondiſaluo de Arcaraz Baccalaureum Decretorum Viſitatore infirmando, vel confirmando, ad annum 1423. num. 18. Iſte ſine licentia tranſijt ad Ciſtertienſes, vnde occaſionem dedit querelis in Curia Romana per Ferdinandum de Valdeores eiuſdem inſtituti, ex Vading. ad annum 1427. num. 31. extendente Bullam de hac re ibidem Bulla num. 177.

34 Pro Fratribus Hibernis adiungam, quæ refert folium Bononienſe nuncupatum *Auiſi* primo Februarij 1651. his verbis.

Le letere d'Irlanda portano, che in Ibernia ſiano ſtati 14. Padri del Terz' Ordine di S. Franceſco martirizati per la predicatione euangelica con varij, & crudeli tormenti, frà quali religioſi ſi foſſe moſtrato miracoloſo il Padre Boetio Veſcouo, il quale doppo eſſer ſtato fieramente batuto, l'haueano i manigoldi heretici poſto in croce, doue continuò vn buon ſpatio di tempo à predicare coſi inchiodato, ma in fine arrabiatiſi i detti manigoldi, l'aperſero, & gli cauorono il cuore, mà ciò non oſtante continuo palpitando lo ſpatio di mezz' hora, e poi glorioſo ſe ne mori.

CAPVT XXXV.

De Sororib. & Monialib. huius Ordinis.

1 SAnctus Franciſcus, vt dictum fuit initio huius operis, inſtituit Tertium Ordinem omnibus Chriſtifidelibus vtriuſq; ſexus communem, quia eius ſanctum propoſitum tale fuit, vt hac Tertia Regula omnes induceret ad viam ſalutis. Vt autem eius adimpleretur mens, & facilius omnes traheret ad obſeruationem mandatorum Dei, nullum ſuæ Regulæ adiunxit votum, nec præceptum, ſed in primis eis præſcripſit, vt Dei mandata obſeruarent, adiectis nonnullis abſtinentijs. Ex his Fratribus, & Sororib. qui hanc ſanctam Regulam profecerunt, & obſeruauerunt, nonnulli à Spiritu Sancto, qui vbi vult ſpirat, moti eorum profeſſioni adiunxerunt tam Fratres, quam Sorores tria vota ſolemnia, per quæ ſtatum ſuum erexerunt in religioſum. De Fratribus vtriuſq; ſtatus tam ſecularis, quam regularis hactenus abunde dictum eſt, deinde de Sororibus factis Monialibus aliquid dicendum eſt ad complementum Hiſtoriæ huius Ordinis.

2 Erectionis, & eleuationis Tertij Ordinis in ſtatum regularem ſub profeſſione trium votorum, quo ad Sorores inſtitutionem omnes fere Scriptores tribuunt B. Angelinæ, quæ anno Domini 1377. in Monte Iouis caſtro diſtante à ciuitate Vrbeuetana nuncupata *Oruieto* cuius pater erat Iacobus de Monte Martio Comitum de Corbaria, & Titignano, mater vero Anna Burgari de Comitibus Manſciani, cum facultate Bonifacij IX. inſtituit reformationem Sororum Tertij Ordinis S. Franciſci intra clauſtra ſub tribus votis ſolemnibus; primum Monaſterium ſub nomine S. Annæ fundauit Deo inſpirante in ciuitate Fulginei anno 1395. & alios quindecim erexit in diuerſis partibus Italiæ; Sororum ſuarum fuit electa Generaliſſa, vt mox dicam. Hæc accepi à Reuer. D. Presbitero Ludouico Iacobillo Fulginat. Hiſtoriarum Sanctorum, & Beatorum ſolertiſſimo indagatore. De ea agentes recenſet Martirologium Franciſcanum ad diem 26. Decembris.

3 Angelina igitur præclaris orta natalibus præclarior fuit profeſ-

ſione

ſione religionis,& virtutibus, quibus totam fere Italiam illuſtrauit reformationem Sororum antiquarum S. Franciſci, & noui germinis procreatione, adeo quod meruerit inſigniri nomine Miniſtræ Generalis ſuper omnes Sorores filias ſuas, quod eſt ſingulare priuilegium nulli alij ordini hactenus conceſſum, vt mulier fragilis ſexus virili prudentia tot monaſteria ſanctiſſime gubernauerit,& perſonaliter viſitauerit more, quo viri Generales ſuos conuentus perluſtrare ſolent. Martinus ergo V. requiſitus ab Angelina cum alijs Sororibus diuerſorum Monaſteriorum, vt dignaretur eiſdem concedere ius eligendi Miniſtras pro ſingulis conuentibus, quæ deinde Miniſtræ ſic electæ poſſent vnam Sororem eligere in Miniſtram Generalem, quæ omnibus præeſſet, cauſam commiſit Epiſcopo Tudertino, vt patet ex Bulla ſub num. LX. 19. Auguſti 1428. Electa autem fuit in Generaliſſam dicta Angelina, & merito, quia congruum fuit, vt quę fuit mater regenerationis eſſet quoq; magiſtra educationis. Eugenius IV. in ſua ſub num. LXXIV. anno 1435. Angelinam Generaliſſam, & cæteras Miniſtras electas ex informatione facta ab Antonio Epiſcopo Tudertino, cui Martinus V. vt dixi, negotium commiſerat, confirmat in ſuis officijs, & inſuper eodem anno die ſecunda Martij ex Bulla LXXV. dat licentiam eidem Angelinę ſubſtituendi ſibi Vicariam Generalem cum eadem poteſtate, viſitandi, corrigendi, & amouendi Sorores, iuxta limitationem, vel ampliationem arbitrio ſuo faciendam Vicariæ. De qua re dubitat Vading. ad annum 1435. num. 18. quia ea non exprimitur Generaliſſa, ſed Miniſtra tantum Monaſterij S. Annæ Fulginij; ſed id non obſtat, quia alia non nominatur Generalis, ergo rectius dicitur eam fuiſſe electam ab initio ſub Martino V. cum ea fuerit fundatrix ordinis religioſi. Eodem autem anno ſerua Dei ex hoc mundo die 14. Iulii tranſiuit ad ſponſum ſuum Chriſtum Dominum, vnde in officio ſuo tantum ſeptimum attigit annum; cui in officio ſucceſſit Magdalena de Peruſio, vt colligitur ex Bulla LXXXVII. eiuſdem Eugenii, ſub anno 1439. Confirmantur Decreta nonnulla ſub Angelina facta ab eodem Eugenio Bulla XCVIII. Cum autem poſt mortem Angelinæ id fuerit ſeminarium multarum diſcordiarum præſertim cum Fratribus Minorum, ſub quorum patrocinio, & diſciplina Sorores viuebant,

& diſcurſus fæminei ſexus erat multum periculoſus, ideo Pius III. reuocauit hoc priuilegium Miniſtræ Generalis, vt refert Vading. ad tomum 5. ad annum 1428. num. 17. & notauit ad calcem dictæ Bullæ LX. incip. Sacræ Religionis. Bullam autem Pii II. Vadingus extendit tom. 6. ſub anno 1461. num. 21. fol. 499. tenoris ſequentis.

4 *Vt tollatur diſcurſus Sororum Tertij Ordinis de Congregationibus veſtra curæ commiſſis videlicet S. Annæ de Fulgineo, S. Honophrij de Florentia, S. Quirini de Aſſiſio, S. Margaritæ de Aſculo, S. Agnetis de Viterbio, S. Antonij de Viterbio, S. Eliſabeth de Aquila, S. Mariæ de Ancona, & S. Claræ de Reate, quæ omnes hactenus conuenire ſolebãt ſingulis triennijs ad eligendam, & præficiendam ſibi vnam Generalem Miniſtram quæ etiam cum nonnullis hinc inde Sororibus diſcurrendo viſitabat, Miniſteratus officia adimplendo iuxta conceſſiones ſibi factas per Summos Pontifices felicis recordationis Martinum V. & Eugenium IV. prædeceſſores noſtros, quibus pro honeſtate ipſarum ſeruanda in hac parte tantum derogamus, quia periculoſum & minus honeſtum eſt mulieribus, præſertim iuuenculis per alienas diſcurſare ſedes.*

Veſtris, & earundem Congregationum ſupplicationibus annuentes tenore præſentium auctoritate Apoſtolica concedimus, & declaramus, atq; decernimus, vt amota præſenti Generali Miniſtra amodo nulla alia eligatur, ſed vnaquæq; dictarum Congregationum Miniſtra in familia ſibi commiſſa, omnibus, & ſingulis priuilegijs, & gaudeant, quibus ipſa Generalis Miniſtra in ſuo officio, & in omnibus vtebatur, vniuerſis, & ſingulis libertatibus, & indultis Tertio Ordini Beati Franciſci, & Congregationibus ipſis ab Apoſtolica Sede conceſſis in ſuo robore permanſuris.

Præterea declaramus, & volumus, vobiſq; per præſentes concedimus, quatenus Vicarius Prouinciæ S. Franciſci, & Guardianus S. Mariæ de Portiuncula, ſiue de Angelis prope Aſſiſium cum ſuis Fratribus libere, & licite vtantur, & gaudeant omnibus, & ſingulis priuilegijs, & conceſſionibus Apoſtolicis factis conuentui S. Franciſci de Aſſiſio, quibus vtuntur, & gaudent in dicto conuentu Miniſter, & Guardianus Conuentualium ſicut hactenus ſeruatum eſt, illis tamen exceptis quæ regulari obſeruantiæ ſunt contraria. In contrarium facientibus non obſtantibus quibuſcunq; Datum Romæ apud S. Petrum ſub annulo

Piſca-

Piſcatoris die tertia Decembris 1461. Pontificatus noſtri anno 4.
5 Nonnullas Bullas, quas extendi de Sororibus in Archiuio noſtro, vt Lector in promptu eas habeat, obſeruando, quod Fratres, & Sorores nunquam maculati fuerunt ex ſecta Beguinarum, & Fraticellorum, vt conſtat ex multis Bullis Pontificijs, quas extenſas habes ſub num. XX. XXI. CLXXII. de qua late Vading. ad annum 1317. à num. 24. & ſeq.

Traiectenſibus oppidi Delfen cæmeterium cum Prædicatore conceditur etiam pro extraneis *39*.

Romæ de Monte Citorio Sororibus datur facultas domum vendendi 44.

Caſtelli ciuitatis licentia fundandi monaſterium S. Cęciliæ 54.

Colonienſib. poſt ſolemne votum obedientiæ, & caſtitatis interdicitur matrimonium 54. Eiſdem Confeſſarij electionem, & intereſſendi officijs diuinis tempore interdicti 71.

Gaudenſis oppidi vt poſſint ſibi facere celebrare 58. eorum vota ſolemnia approbantur 128.

De S. Audomaro licentia aſſeruandi Sacramentum Euchariſtiæ in ſuo Oratorio 59. Viuendi ſub tribus votis 100.

Peruſinis Domus de Vallefabrica approbatur eis conceſſa à Clariſſis *62*. infra num.

Neapolitanis duo conceduntur Capellanni *64*. & quod poſſint lucrari Indulgentias extra proprias Eccleſias, viſitando tantum ſuam propriam Bulla *94*.

Treuirenſibus licentia alienandi *65*.

Aquilanis conceditur locus intra, vel extra ciuitatem *66*. Eiſdem electionem Miniſtræ concedit cum vnione ad Generaliſſam *76*.

Peruſinis conceditur electio Miniſtræ cum vnione ad Generaliſſam *76*. ſupra. Confirmantur eorum ſtatuta *96*. Reſtituitur quædam hæreditas 101.

Caſtellanenſes, & Teruiſinæ defenduntur à moleſtijs Minorum 82.

Forojulienſes non poſſunt impediri à ſeruitute in Hoſpitali 83.

Betonenſibus *Sororibus* tribuitur Eccleſia S. Catarinæ 88.

Florentinæ S. Hieronymi abſoluuntur ab excommunicatione, & eis conceditur electio Confeſſarij *89*.

Senenſibus facultas eligendi Miniſtram, eligendi Confeſſarium, & recipiendi legata *92*. Eximuntur à cura Fratrum eiuſdem Ordinis 123.

Militantibus ſub Angelina conceduntur priuilegia 93.
Genuenſi Sorori Mariæ facultas exercendi hoſpitalitatem in ſua domo prope Oratorium S. Geneſii 95.
Aldernardenſes non tenentur recipere alias Sorores eiusdem Ordinis 97.
Confirmantur omnia acta ab Angelina 98.
Reatinenſibus licentia recipiendi domum cum priuilegiis 99.
Laudenſibus conceditur confeſſarius,& nouitiæ 104.
Aretinenſibus licentia faciendi congregationem,& eligendi Generaliſſam cum multis priuilegiis 111. Item de Caſtilione 140.
Cortonenſibus eadem conceduntur 111.
Priuilegia multa conceduntur Sororib. diuerſor.conuentuum 112.
Bugenſes non tenentur citatæ adire ſuum Viſitatorem 114.
Calaguritanæ non tenentur citatæ adire ſuum Viſitatorem 114.
Anconitanis confirmatur Eccleſia S. Mariæ Nouæ 115. item 126.
Viterbienſibus adiudicantur nonnulla legata 118. Eccleſia SS. Simonis,& Iudæ 167.
Forouilienſes, & Aquileienſes ſubduntur Vicario S. Antonii 119.
Compoſtellanę Sorori Agneti cõceditur Eremitoriũ S.Crucis 120.
Taurinenſibus conceditur Eremitorium S.Mariæ de Laito 121.
Placentinenſibus datur Eremitorium S.Luciæ 122.
Piſtorienſibus licentia Domum conſtruendi 136.
Romanis Sororibus Tranſtiberinis ſimul habitandi 142.
Licienſibus Sororibus facultas conſtruendi Domum 144.
Lucanis de Bargo conſtruendi Domum 148.
Subiiciuntur Minoribus 119.153. 180. 233.
Morinenſibus conceduntur multa priuilegia 154.159.165.
Haſſelenſibus confirmatio priuilegiorum 163.
Tranenſibus licentia conſtruendi Domum 166.
Ambianenſes regunt Hoſpitale 169.
Cartaginenſibus datur Hoſpitale S. Brigidæ in monaſterium erigendum 170.
Vallıſoletanis facultas emittendi tria vota 173.
Dulenſibus de Cella conceduntur priuilegia 174.
Cirifenſibus confirmatur Domus 177.
Xerenſibus facultas conſtruendi Domum 178.
Caietanis datur monaſterium S.Benedicti 181.

Pri-

Priuilegia communicantur etiam concedenda Clariſſis 201.
Sorores declarantur veræ religioſæ 202. 211.
Votum earum, quæ ſunt in ſeculo eſt ſimplex 203.
Ieiunare non tenentur in certis diebus 220.
Referuntur nonnullę Bullæ, in quibus conceditur Sororibus tranſitus ad Clariſſas 24.132.137.141. 145.147.151.176.183. Vide Regiſtrum Vadingi ſub Alexandro VI. vbi plures recenſentur Bullæ huiuſmodi tranſitus.

6 Parmenſium Sororum de Tertio Ordine tres Bullas extendi, prima eſt CXIII.fol.187.in qua de anno 144. Eugenius IV. Sororibus de Campana dictis concedit erectionem Domus cum Eccleſia S. Mariæ Gratiarum, & ſepulturæ pro ſeipſis, quibus communicat etiam priuilegia Sororum de Fulgineo. Secunda eſt CXXIX. de anno 1446. eiusdem Eugenii Sororibus, quæ debebant viuere ſecundum ſtatuta Sororum Fulginei, approbat priuilegia iam conceſſa, licet non aſſumpſerint illarum diſciplin am In vtraq; dicitur, quod Gaſpar de Caſtagneto ciuis Parmenſis ſuo teſtamento reliquit Sororibus quandam domum Hoſpitium della Campana, & omnes alias domos exiſtentes in Parochia S. Proſperi (nunc ſuppreſſa extante prope S. Rochum) In tertia vero CXLI. ſub eodem Eugenio anno 1451. eiſdem conceditur licentia vendendi eas domos, in quibus commode habitare non poſſunt, cum in numero multum excreuerint, cum aliis relictis à Chriſtophoro Valerio ciuibus Parmenſibus, de quarum pretio intendunt in alio loco conſtruere vnam Domum ſub vocabulo S. Mariæ de Gratia, quibus annuit Papa, vt eas domos vendere poſſint de conſenſu hæredum dicti Valerii, vt de eo pretio valeant ſibi conſtruere domum religioſam ſub nomine S. Mariæ Gratiarum; hanc autem Bullam executus fuit Abbas S. Blaſii de Cauana cum aliqua difficultate, Communitate Parmenſi litem mouente contra Sorores, quia ea prætendebat in bonis dicti Chriſtophori de Valeriis, nihilominus Ludouicus hæres ſe interpoſuit allegando Bullam prædictam, in qua Papa Sororibus concedit licentiam alienandi de ſolo conſenſu hæredum, ideo hoc modo lis terminata fuit fauore Sororum, dum Ludouicus in huiuſmodi alienatione ſuum præſtitit conſenſum.

Domus in vicinia S. Proſperi, in qua omnes habitabant Sorores eis relicta à Caſtagneto; erat nimis arcta, nec poterant ſe extendere conſtructione fabricæ, & carebant neceſſarijs officinis, ideo partim illarum tranſierunt ad Hoſpitium Campanæ, quod nunc vocatur Eccleſia S. Eliſabeth prope S. Franciſcum Conuentualium; alię vero ibidem remanſeruntq; ſub nomine S. Mariæ Gratiarum, poſtea ex pretio domorũ venditarum, vt ſupra ſibi conſtruxerunt Monaſterium prope Eccleſiam S. Annæ Parochialem poſtea ſuppreſſam, quod nunc extat ſub eodem nomine *S.* Mariæ Gratiarum in vicinia *S.* Mariæ Magdalenæ Parochialis ſecularis ad differentiam alterius Eccleſiæ Monaſterij *S.* Marię pariter Magdalenæ prope *S.* Sepulcrum Ordinis Canonicorum Regularium Lateranenſium.

7 Dicta Eccleſia *S.* Annæ erat Parochialis vnius tantum familiæ, & erat iuris monialium Monaſterij *S.* Mariæ Ciſtelli extra ciuitatem, vnde tam Rector, quam Abbatiſſa conceſſerunt locum dictæ Eccleſiæ Sororibus, reſeruatis fructibus ſibi, & proprietate Monaſterio Ciſtelli; quæ conceſſio poſtmodum approbata fuit per Cardinalem Beſſarionem Legatum Bononiæ, & Exarcatus Rauennæ, ſuis literis expeditis ſub die *6.* Maij 1454. & directis ad Vicarium Generalem Parmæ, qui vnicam familiam eiuſdem Parochiæ Sanctæ Annæ relictam vniuit Parochiali prædictę *S.* Marię Magdalenę, & Sororibus tradidit Eccleſiam *S.* Annę pro earum vſu.

Monaſterio igitur in bonam formam redacto Sorores meliorem vitam affectantes petierunt inſtitutum Clariſſarum, ad quod tranſierunt de licentia Nicolai V. & Caliſti III. & anno 1455. Moniales nonnullæ S. Gulielmi Ferrariæ Parmam aduocatę inſtruxerunt Sorores ſub Regula *S.* Clarę, in qua glorioſe ſe exercuerunt, tranſeuntes de virtute, in virtutem. Eiſdem Pius II. anno 1458. confirmauit ea omnia, quę eis conceſſa fuerant à ſuis prędeceſſoribus, & communicauit priuilegia Monaſterij Corporis Chriſti Mantuę, & Ferrarię.

Prędicta omnia colliguntur ex Annalibus Vadingi ad annos 1442. num. 21. 1451. num. *69.* 1453. num. *62.* 1558. num. 45.

Supradictus Chriſtophorus, & eius hæres Ludouicus de nobili familia Valeriorum ſunt Comites Baganzolæ eorum Caſtrum eſt diſtans per quatuor milliaria à Parma verſus Padum, fere deſolatum alias incurſione bellorum, adhuc in humanis agit hæc familia cum iuribus meri, & mixti imperij, ſanguinis, & monetæ, ſed paupertati ſubiecta centum ab hinc annis, ciuiliter tantum viuit. In eius Parochiali nuncupata S. Petri, ego regeneratus fui die 25. Aprilis 1595. à Paride de Raipis Rectore, natus Ceruariæ.

Sorores, quæ nunc habitant prope S. Franciſcum Minorum Conuentualium nuncupantur Monaſterij S. Eliſabeth Reginę vulgo *della Campana*, quia ibidem erat Hoſpitium nuncupatum *della Campana* Sororibus donatum à Gaſpare de Caſtagneto, ad quē locum conuenerunt pars earum, quando ab inuicem ſe diuiſerunt à domo prope Parochialem S. Proſperi ad S. Rochum. Iſtis Sororibus nouiter ſub hac centuria inſtitutis Hercules Gualandus Bononienſis Ferdinandi Farneſij Epiſcopi Eccleſiæ Parmenſis Vicarius Generalis quaſdam Conſtitutiones, in quibus non reperitur nec nomen Eccleſiæ prædictæ, nec cuius ſint inſtituti, nec in qua ciuitate ſint, approbauit ſub die octauo Ianuarij 1601. ſupplendos dictos defectus ex parte, vocando eas Ordinis S. Franciſci, ſed non expreſſit, cuius Ordinis, ſecundi ne, an Tertij, ſub quo reuera viuunt. Non eſt congruum, nec ad rem, quod clericus velit inſtruere religioſum, cuius ſtatum, & conditionem ignorat; hac ratione Religiones non poſſunt conſeruari, dum non regulantur à profeſſoribus eiuſdem inſtituti, id experientia nos docet.

De priuilegijs Sororum quo ad vſum, & communionem plura dixi ſub cap. 5. ideo illud remitto Lectorem.

CAPVT XXXVI.

De ſex Congregationibus deſcendentibus à Sanctis, ſeu Beatis Tertj Ordinis S. Franciſci.

1 VNam, & eandem Religionem multiplicari, & diuidi ſucceſſiue in diuerſa quaſi capita eidem ſubordinata principali, à quo tamquam à ſtipite omnes ſub eadem Regula, & profeſſione militantes, eſt quidem laudabile, & in Eccleſia Dei commendatum, quia per huiuſmodi multiplicationem diuerſimode diſpoſitam Eccleſia catholica circumamicta horum varietate in Dei ſeruitio glorioſe reſplendet; ſed meo iudicio magis laudabilis, & præclarior cenſenda eſt ea Religio, à qua alius Ordo, ſeu Congregatio ſub alterius inſtituti, & religioſæ vitæ norma, & regula deſcendit, & originem ducit, multiplicatio enim eiuſdem inſtituti ſolet à Pontificibus reſtringi, & vniri, vt accidit tempore Gregorij X. Religio vero, quæ indiuiſibiliter manet, non videtur ſubiecta his accidentibus. A noſtro autem Ordine tres Congregationes deſcenderunt ſub inuocatione S. Hieronimi, de quibus modo agendum eſt ſecundum quod deſcenderunt à profeſſoribus Tertij Ordinis S. Franciſci.

2 Carolus Sacerdos, & Beatus, nobilis Comes Montis Granelli, filius Antonij, Tertij Ordinis profeſſus, cum Gualterio Marſio eiuſdem inſtituti, Oratorium quoddam ſub inuocatione S. Mariæ de Sepulcro ſitum in montibus Feſulanis impetrauit ab Epiſcopo ciuitatis Feſulanæ per bis millenarium diſtantis à Florentia, alias dirutæ, cuius nunc fere nulla extant veſtigia, reparauit, & in eo cæleſtem duxit vitam cum alijs ſocijs ſuis, ibiq; initium dedit Religioni ſub inuocatione S. Hieronimi nuncupatæ de Feſulis, ſeu Feſulanæ ab huiuſmodi loco; eius approbationem obtinuit ab Innocentio VII. qui morte præuentus die ſexto Nouembris 1406. Bullam, quam non potuit expedire, produxit in lucem Gregorius XII. incip. *Sacrum nonnullorum*, octauo idus Iulij 1415.

quæ

quę eſt tertia in Bullario nouo; extendit eam Tambur. tom. 2. de iure Abbatum diſp. 24. q. 4. num. 72. in ea dictus Carolus vocatur filius q. Antonij Comitis Montis Granelli, Sacerdos diæceſis Sarzatanenſis diæceſis; ibidem Tambur. cognominat Romenſem, & ei in ſocium adiungit Redonem Granellum, quem excludit vti tertium Vadingus tom. 5. ad annum 1405. num. 18. dum vult cum Polydoro nomen Redonis eſſe vocabulum loco cognomenti ipſius Caroli, à quo illum non diſtinguunt. Sed hoc parum refert ad inſtitutum noſtrum, dum ſolum quærimus inſtitutorem huius Ordinis, qui fuit prælibatus Carolus. Hæc autem Religio à prædictis Pontificibus approbata quidem fuit ſub nomine S. Hieronimi, immo & ſub Regula, & Conſtitutionib. eiuſdem Sancti, vt patet ex tenore eiuſdem Bullæ Gregorij XII. tamen poſtea per Eugenium IV. ſua Bulla incip. *Super gregem*, ſeptimo Calendas Auguſti 1441. in Bullario nouo 21. in ordine, & apud dictum Tamburinium dedit illis Regulam S. Auguſtini, quam profitentur, non autem S. Hieronimi, ſi datur, nullibi enim reperitur approbata ex allegationibus adductis à dicto Aſcanio Tambur. tom. 1. de iure Abbatum diſp. 25. q. 1. num. 258. quod etiam manifeſte colligitur ex citata Bulla Eugenij, qui motus fuit ad dandum Regulam S. Auguſtini Fratribus Feſulanis, quia eſt approbata à Sede Apoſtolica, ergo non illa D. Hieronimi; vt patet ex illis verbis: *Qui mundanis ſpretis illecebris iuxta quaſdam conſtitutiones S. Hieronimi ſub regulari obſeruantia hactenus multiplicaſtis, & in dies multiplicatis, virtutum meritis, vt in eo deuotius Altiſſimo famulari valeatis quo vos ſub aliquâ ex Regulis per Sedem Apoſtolicam approbatis degere conſpexeritis, ſub Regula D. Auguſtini ad quã ſingularem gerimus affectum, viuere, illamq. profiteri, &c.* Si ergo Regula S. Hieronimi daretur approbata, his religioſis à Papa non fuiſſet propoſita alia Regula, maxime inſtitutis ſub ea; quare patet manifeſte non eſſe in humanis huiuſmodi Regulam ſaltem approbatam. Contrarium conatur probare D. Ioannes Petrus de Creſcentiis Romanus in ſuo opere intitulato. *Præſidio Romano*; Typis Placentinis 1648. libro 1. fol. 74. ou n. 146. ſed ad hanc Bullam Eugenii nihil reſpondet; ſolum citat eam Gregorii XII. quæ pro illo facit, ſed ab Eugenio Regula ſupponitur non approbata.

Hactenus dictum de inſtitutione Religionis Feſulanæ, cuius auctorem poſuimus Carolum de Monte Granello. Sed vnde habes huius inſtituti ordinem deſcendere à Tertiariis S. Franciſci. Teſtimonium profero ex Pio II. Bullam CLII. in noſtro Bullario, in qua diſtinctio habitus, qui erat idem reſpectu Tertiariorum, & Feſulanorum, petitur, & ad rem noſtram in ea ſcribuntur hæc verba: *Necnon Fratres remanentes huiuſmodi deinceps perpetuis temporibus Fratres S. Hieronimi Societatis F. Caroli de Monte Granello qui Societatem ipſam inchoauit, ſub Regula S. Auguſtini degentes nuncupentur.* Clare ex his patet dictum F. Carolum fuiſſe inſtitutorem Ordinis Feſulani. Bullam ad verbum recenſet tom. 6. ad annum 1460. ſub num. 43. quam extraxit Vading. ex lib. 1. de Regular. & Exhibit, anno 2. fol. 138. In eodem tomo 6. ad annum 1465. refert ſub num. 7. aliam Bullam Pauli II. ſuper diſtinctionem habitus inter ipſos, & Fratres Tertii Ordinis, quorum habitum ſimiles his detulerant illi. Ibidem dicit Vadingus, quod Religio Feſulana recepit originem à Beato Thomaſuccio Tertii Ordinis S. Franciſci, intellige in eo, quod F. Carolus erat diſcipulus Beati Thomæ, ad annum 1405. num. 18. Vide P. Mag. ſt. ſi Cęſarem Generalem Ordinis Feſulani in ſuo libello: *Corona della Madonna delle Gratie di Breſcia*, vbi idem fatetur.

Secundæ Congregatio ſub inuocatione, & deuotione S. Hieronimi initium, & rudimenta accepit à F. Angelo de Corſica Tertii Ordinis S. Franciſci, ad quem acceſſit Petrus de Gambacurta Piſanus prope Ariminum ad Eremitorium in monte Scolchę per bis mille paſſus diſtante à Ciuitate Arimini, quod F. Angelus ſibi fabricauerat ſuper fundo ei donato anno 1393. à Carolo Malateſta Regulo Arimini; ibi Petrus ab Angelo edoctus fuit prima rudimenta vitæ eremiticæ: Inſtructo Petro in vita religioſa Angelus inde receſſit, Eremitorio relicto Galeoto Roberto de Malateſtis, tunc Domicello Ariminenſi eiuſdem Tertii Ordinis profeſſori, qui anno 1432. ſucceſſit Carolo ſuo patruo in Principatu, cum aliis quatuor locis, quæ reliquerat, de quibus in ſequenti Bulla fit mentio, ex qua colligitur dictum F. Angelum ea oratoria in diuerſis locis fundaſſe, in quibus poſtea permanſerunt Fratres, quos inſtituerat in vita eremitica ſub diſciplina præfati Petri eorum Capitis. Vide Vading. in Addit. ad tomum 5. num. 5.

ad

ad calcem tomi 7. Bulla autem eſt Eugenii IV. ſequentis tenoris, quam Vadingus exſcribere fecit ex originali extante apud Fratres S. Onophrij in Vrbe.

4 *Apoſtolicę ſeruitutis officium Nobis deſuper iniunctum nos excitat, & requirit, vt ad ea diligenter intendamus, per quę Chriſti fideles, illi præſertim, qui ſub humilitatis Spiritu Altiſſimo famulantur, ab indebitis moleſtijs releuentur, & eorum quieti, quantum cum Domino poſſumus, ſalubriter conſulatur.*

Sane pro parte dilectorum filiorum Petri de Piſis, & Sororum eius Pauperum Eremitarum in diuerſis Eremitorijs degentium Nobis inſuper exhibita petitio continebat, quod licet olim quondam Angelus de Corſica Frater Tertij Ordinis S. Franciſci quędam, & præſertim vnū in loco, qui dicitur la Scolca *prope Ariminum in manibus dilecti filij nobilis viri Galeotti Roberti de Malateſta Domicelli Ariminenſis, & alium in contrata S. Raphaelis de Venetijs & alium S. Hieronimi, & alium S. Mariæ de Angelis de Nouilaria, & alium S. Mariæ della Miſericordia Caſtellanenſis, Vbinatenſis Piſaurenſis, & Ferrarienſis diœceſum Domos ſeu Eremitoria loca nuncupata, quę dictus Angelus nomine ſuo, & ſociorum ſuorum Fratrum dicti Ordinis pro ipſorum vſu, & habitatione, ſiue donationis, ſiue emptionis, aut alio titulo aquiſiuerat, ſeu quæ eleemoſinis fidelium cum ſuis & eorundem Sociorum laboribus fundauerat & conſtruxerat ſeu fundari, & conſtrui fecerat, in manibus dicti Petri eius ſocij renuntiaſſet, ac regimen, & gubernationem eorundem locorum ipſi Petro, quantum in eo fuit, conceſſiſſet ipſeque Petrus locum* della Scolcha *præfatum ſibi per eundē Galeottum Robertum denuo conceſſum, ac alias Domos, & loca prędicta pro ſe, & ſocijs ſuis, & eiuſdem Angeli tenuiſſet, ac poſſediſſet, ac teneat, & poſſideat de præſenti, tamen quia dictus Angelus præfati Ordinis profeſſor fuit, & nonnulla inſtrumenta aquiſitionis Domorum & locorum prædictorum dictant, quod idem Angelus Domos, & loca huiuſmodi pro ſe, & ſocijs dicti Ordinis aquirebat, ac Petrus, & alij, qui præfati Angeli ſocij fuerunt, prefati Ordinis minime profeſſores ſint ſed ſimplicem Eremiticam vitam agant, nec reperiantur aliqui, qui eiuſdem Angeli ſocij fuerunt, & dicti Ordinis profeſſores exiſtant; dubitant Petrus & eius ſocij pręlibati ſuper Domib. & locis huiuſmodi in poſterum moleſtari. Quare pro parte Petri, & ſociorum eorundē Nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt eius in pręmiſſis de benignitate Apoſtolica prouidere dignaremur.*

Nos

Nos igitur conceſſionem per præfatum Galeottum Robertum, vt præfertur factam, & alia instrumenta prædicta habẽtes præſentibus pro expreſſis; & attendentes, quod Petrus, & ſocij prælibati cum præfati Angeli ſocij fuerint, dicti Ordinis profeſſores non fuerint, neq; ſunt etiam de præſenti, & quod Domos, & loca huiuſmodi vna cum dicto Angelo aquiſiuerunt, & etiam construxerunt, ne ſuper eiſdem Domibus atq; locis, Petrus, & ſocijs præfati in poſterum moleſtentur; conceſſionem, renuntiationem, ac alia instrumenta prædicta rata, & grata habentes, ea auctoritate Apoſtolica, & ex certia ſcientia approbamus, & confirmamus. Supplentes omnes defectus, ſi qui forſan ob ſolemnitates iuris omiſſas, interueniſſent quomodolibet in eiſdem. Et nihilominus della Scolcha, *& alias Domos, & prædicta loca ad eoſdem Petrum, & ſocios eius præſentes, & futuros ſpectare, & pertinere, & non ad Fratres eiuſdem Ordinis tenore præſentium volumus, decernimus, & declaramus, non obſtantibus præmiſſis, & alijs contrarijs quibuſcunq; Nulli ergo, &c. Datum Romæ apud S. Petrum, anno Incarnat. Dom. 1432. nonis Iulij, Pontificatus noſtri anno ſecundo.*

5 Quinq; ergo Eremitoria F. Angelus Tertij Ordinis cum dicto Petro eius ſocio, & diſcipuló conſtruxit, primum extra Arimin. ũ dictum *la Scolcha*; Secundum S. Raphaelis de Venetijs caſtellanenſis diæceſis. Tertium S. Hieronimi prope Vrbinum. Quartum S. Mariæ Angelorum de Nuuilaria Piſauri. Quintum S. Mariæ de Miſericordia diæceſis Ferrarienſis. Quæ omnia loca non extantibus Tertiarijs illorum patronibus remanſerunt F. Petro, & ſocijs eius de conceſſione præfati Pontificis.

6 Hæc Congregatio fundata, vt dixi, & ruderibus, & rudimentis à Beato Angelo de Corſica, non fuit ab initio religio, quia huius inſtituti Fratres erant ſimpliciter Eremitæ ſine profeſſione, neq; enim aliquando profeſſionem emiſerunt Tertij Ordinis contenti tantum diſciplina religioſa ab eodem Angelo edocti, tandem Pius V. per ſuam Bullam incip. *Religionis zelus* ſub die 30. Martij 1571. erexit in religionem ſub profeſſione ſolemni trium votorum ſubſtantialium; eſt in B.N. 125. extenſa etiam apud Tambur. tom. 2. de iure Abbat. diſp. 24. q. 4. num. 40. nuncupatur autem Congregatio Beati Petri de Piſis, quo titulo Beati nuncupatur in præfata Bulla Pij V. erat autem defunctus ante annum 1437. vt colligitur ex Bulla incip. *Prouenit* Eugenij IV. in B.N. 12. data eodem anno; in Vrbe ſunt ad S. Onofrium.

7 Tertia Congregatio ſub inuocatione S. Hieronimi inſtituta fuit à B. Stupa in Hiſpania. F. autem Stupa ob contemptum ſui ipſius, qui alio nomine in baptiſmo vocabatur, ſic appellari voluit, cum alijs tribus Fratribus, Iuſto de Roſa, ſeu Roſco Florentino, Enrico Tolomeo nobili Senenſi, & Vaſcone Portugallenſi, poſt quam inſtructus fuit à B. Thoma, nuncupato ex humilitate ſua Tomaſuccio, ſeceſſit in Eremum ſuper aſperimos montes Alpium ſub nomine S. Antonij Abbatis, vbi religioſam perfectionem conſecuti, vt alijs etiam proficerent, ab Eremo recedentes perrexerunt in Hiſpaniam anno 1405. vbi hanc Congregationem fundarunt nuncupatam Ordinis Eremitarum S. Hieronimi diuerſam à prædictis ratione inſtitutionis. De his agunt Vading. tom. 4. ad annum 1377. num. 21. Iacobillus fol. 159. iſtas autem Congregationes eſſe inter ſe diſtinctas refert Tambur. tom. 2. diſp. 18. q. 8. num. 16. 19. & 21.

8 Quarta eſt S. Vrſulæ inſtituta à B. Angela de Deſenzano loco inſigni in diæceſi Brixienſi Tertij Ordinis, de qua fuſe actum eſt in lib. de Vitis Sanctorum Tertij Ordinis.

Quinta eſt S. Franciſcæ Romanæ, quæ fuit Tertij Ordinis alumna, de qua Martyrologium Franciſcanum ad diem 9. Martij, nam hæc Dei Serua inſtituit Congregationem mulierum, quibus dedit Regulam S. Benedicti ſub regimine Canonicorum Regularium Montis Oliueti apud S. Mariam Nouam commorantium nunc S. Franciſcam appellatam; quia ibidem eius ſacrum corpus veneratur, ad forum Bouarium, alias Romanum. Teſtis huius inſtitutionis eſt Lectio IV. in eius officio, vbi ita narratur: *Vt maternas Romanas à pompis ſeculi, & ornatus vanitate reuocaret. Quapropter Domum Oblatarum ſub Regula S. Benedicti Congregationis Montis Oliueti adhuc viro alligata in Vrbe inſtituit.* Huiuſmodi autem inſtitutum confirmauit Eugenius IV. vt notauit Auctor præfati Martyrologij.

Nonnulli aſſerunt S. Ignatium fundatorem Sapientiſſimæ Societatis Ieſu fuiſſe Tertii Ordinis S. Franciſci ex prima inſtitutione, eo quod in eius vita, & Bulla Canonizationis extenſa ab Vrbano VIII. eius 3. §. 13. ſcribitur: *Aſpera talari tunica indutus, fune præcinctus, nudo capite, baculum manu geſtans, &c.* Tres enim Ordines Franciſcani potiſſimum exteriori ſigno demonſtrantur per

funis

funis præcinctionem, vt notum eſt. Habuit etiam Franciſcanum
Sexta demum eſt S. Birgittæ inſtitutus ſub Regula S. Auguſtini, & conſtitutionibus propriis, quas à Chriſto Domino accepit anno 1368. Papa Vrbano V. Monaſteria huius Ordinis in multis locis ſunt duplicia, ideſt, virorum, & fæminarum, interdicto aſpectu, & affectu murorum ſepto, ne ſit tranſitus ab vno in aliud clauſtrum; eadem vtuntur Eccleſia, fæminæ ſuperiori choro è regione ſacelli maioris, & viri inferiori, ideſt, eo, qui poſt altare maius collocatur. Omnibus vna imperat Abbatiſſa. Sacerdotem habitus carruſinus cum Cruce rubra in pectore, in cuius medio eſt alba hoſtia, Diaconum eiuſdem coloris cum circulo in pectore ex albo panno, quatuor vitis, ſiue ligulis intermedijs ex rubro, laicorum pileum canuſinum cum cruce alba. Monialium velum nigrum ſuperpoſita corona eo artificio, vt in ea appareant quinq; Chriſti vulnera, ferunt præterea anulum in digito, vt veræ Chriſti ſponſę. Ita Barboſa lib. 1. de Iure eccleſ. cap. 41. num. 143. vbi refert Doctores, ſeu Hiſtoricos de hac re.

Quod autem S. Birgitta ſit Tertii Ordinis S. Franciſci docet Martyrol. 23. Iulii. Et nos cum agemus in proprio opuſculo de S. Birgitta. De hoc ordine reſoluit quæſtionem Doctiſſimus Paſqualig. in prima centuria q. 13.

CAPVT XXXVII.

De Religioſis Illuſtribus Tertij Ordinis S. Franciſci.

1 HOmo ex humo ſine pacto compactus per liberam Dei voluntatem, cinis, & puluis eſt, quandoq; tamen de ſua nobilitate gloriatur; quod ei accidit ex multis, vel dum contemplatur, ſe natum eſſe ex illuſtribus progenitoribus, ſed hæc vana eſt gloria, quia de nihilo ſui gloriatur, præcipue cum naturalia, inter quæ nobilitas ſanguinis recenſetur, laude, aut vituperio non ſit digna; aut dum cognoſcit, ſe præditum variis ſcientiarum gradibus, & virtutibus proprio labore partis, huius gloria licet vana non ſit, gloriari tamen non expedit, ne doctus tumeſcat, ſcientia enim inflat, ſit ergo humilis in virtute ſua, vt ab alijs exaltari poſſit; vel cum ſe ad aliquam euectum, vel eleuatum videt dignitatem, ſed tunc non pro ſe, ſed pro animabus ſuæ commiſſis curæ, gloriam ſuam in Deum referat; gloriatur demum homo, dũ poſt hanc vitam conſequitur eam nobilitatem, & gloriam, propter quam glorians in Domino gloriatur, & lætatur.

2 Quadruplex ergo eſt nobilitas, ſanguinis nempe, virtutis, dignitatis, & ſanctitatis. Hoc quadruplici nobilitatis genere Ordo Tertius S. Franciſci illuſtratur, de cuius progreſſu, & incremento honorifico plura dixi ſub cap. 3. à num. 27. & ſeq. cap. In ſingulari vero recenſui in ſingulis Prouincijs Religioſos illuſtres in officijs, dignitatibus, & concionibus, ideo huc referre non expedit. Illuſtres vero in componendis libris, & operibus laude dignis recenſeo in proprio capite ſequenti 28. de Scriptoribus huius Ordinis. De illuſtribus ſanctitate agam, dante Deo, in particulari libro. Demum de nobilitate ſanguinis aliorum hic pauca tangam. Reſtat alios in opere omiſſos hic ſubiungere, nimirum Cardinales, Epiſcopos, Reges, &c.

3 Gabriel de Trejo Hiſpanus Archidiaconus Tallaueræ, Presbiter Cardinalis S. Pancratij à Paulo V. creatus die ſecundo Decembris 1615. de ſeipſo teſtatur ſe profeſſum eſſe Tertij Ordinis, & filium

filium S.Franciſci è Tiburi reſpondendo P. Lucæ Vadingo, inquit: *At tu admiraris, & ſolemnibus celebrare cuiis encomijs, me poſt purpuram Cardinalitiæ dignitatis, habitum Tertij Ordinis induiſſe, & ſolemniter Tertiam Patris noſtri Franciſci Regulam profeſſam fuiſſe; ſed quomodo, qui me ipſum, & omnia quæ habeo, Franciſci eſſe profitebar, poſſem qualemcumq; exhibere deuotionis ſignum, niſi meipſum ſuæ Religioni deuouerem?* Reſponſum hoc datum fuit anno 1621. die 3. Iulij. Hęc & alia refert ex eodem Vadingo Martyrol. Franciſcanum in Addition. fol. 649. Ad habitum, & profeſſionem admiſſus fuit à P. F. Gregorio Factorio Tiburtino ex noſtris in conuentu ibidem S. Antonij de Padua prope eandem vrbem, eiuſdem Confeſſario, qui de religione benemeritus, & ter Prouinciæ Romanę Prouincialis, plenus meritis, & diebus, erat enim prope centenarius, obijt in Domino anno 1653.

4 Leo cognomine Valuaſorius natus in loco Peregi Ducatus Mediolani, dignitate ibi Archiepiſcopus ab anno 1239. ad 1262. defunctus in pago Legnani diſtantis à Mediolano per decem milliaria verſus Vareſium, ibi ſepultus veneratur vt beatus, *Martyr. Franc. ad* 18. *Decembris* §. 2. *Vading. ad annum* 1212. *num.* 55. & 1256. *num.* 45. dicunt aſſumptum ex Ordine Minorum, non explicant, an ex primo, an ex Tertio Ordine, vt facit *Marcus par.* 1. *Cronic. lib.* 9 *cap.* 27. *Anton. de Sillis ad cap.* 1. *noſtra Regula.*

5 Gualterius Tertij Ordinis profeſſor aſſumptus fuit ad Epiſcopatum Teruiſij, quæ eſt ciuitas Reipublicæ Venetæ, de quo Marcus *vol.* 1. *par.* 1. *lib.* 9. *cap.* 27. *Vading. tom.* 1. *ad annum* 1242. *num.* 21. *Sillis ad cap.* 1. *Regula, Martyr. ad diem* 24. *Auguſti* elogizat his verbis. *Teruiſij B. Gualterij eiuſdem Vrbis Epiſcopi vita, & miraculis clari.* Quidam falſo vocant eum Epiſcopum Treuirenſem, decepti ex quadam analogia, & ſimilitudine vocabulorum.

6 Boetius Hibernus ex hoc ordine aſſumptus fuit ad Epiſcopatum in illis partibus, ab hæreticis pro Chriſti fide fortiter, & ſapienter decertans ſacris prædicationibus, in patibulo pendens, tandem crucis morte ſpiritum ſuo creatori reddidit, vt dixi cap. 33.

7 De alijs duobus Epiſcopis, Sanſonio dixi cap. 23. num. 30. de Bottono cap. 13. num. 57. cap. 18. num. 23.

8 Leonora Regina vxor Federici II. mater Petri II. pariter, & filia Caroli item II. nuncupati Claudi, Soror S. Ludouici Epiſcopi, &

Roberti

Roberti Regis Neapolitani, poſt mariti obitum ad annum 1336. ſuſcepit habitum Tertij Ordinis, cum quo vixit apud Monaſterium S.Nicolai de Arenis Clariſſarum, vbi quoq; obijt anno 1343.& indè mandauit tumulari in Eccleſia S.Franciſci Fratrum primi Ordinis, vt clare conſtat ex eius Epitaphio his verbis: *Illuſtris Regina iacet hic Aleanora: Cui Sacra Clara dedit habitum, quam Frater honorat S.Ludouicus.* Hęc legi in dicta Eccleſia, dum anno 1655. viſitabam conuentum noſtrum Cataniæ, menſe Auguſti, exceptus honorificè ab admodum R.P. Belluto Catanenſi eiuſdem Eccleſię, & ſui Ordinis Conuentualium Definitore perpetuo, & viro doctiſſimo. Eadem refert Vading. *tom. 2. ad annum* 1258. *num.* 23. *& tom. 3. ad annum* 1343. *num.* 13. Pirrus *in Notitia Catan fol.*41. *&* 87. Ioannes Baptiſta de Groſſis, amicus, & benefactor meus, qui mihi dono dedit omnia ſua opera, *in Catanenſi Decacordo, Corda* 2. *Modulat.* 8. *fol.* 146. *&* 147. vocant Eleonoram Clariſſam moti illis verbis: *Cui Sacra Clara dedit habitum.* Sed nos tenemus cum dicto viro eximio, I.V.D. Prothonotario Apoſtolico, & Canonico S.Mariæ de Elemoſina, tom.poſter.fol.106. §. quinto; & fol.113. §. Quod dein, & Philippo Caliola Melitenſi *lib. de manifeſtatione Sicilienſis Prouinciæ Minorum Conuent.* fol.192. eam fuiſſe Tertiariam, quod ſequentibus argumentis probamus, nimirum ab inclauſura, à teſtamento, & ab electione ſepulturæ.

Nam quo ad primum, cum ipſa non ſeruauerit clauſuram, dum voluit ſepeliri extra Clariſſas contra inſtitutum ſecundi Ordinis, qui fuit S.Claræ, in quo Clariſſis præſcribitur clauſura, de iure communi etiam antiquiſſimo præſcripta omnibus monialibus, vt videri poteſt apud Rodriquez *tom.* 1. *q* 44. *art.* 1. Inferendum eſt, eam non fuiſſe Clariſſam, ſed Tertiariam, cuius inſtitutum eſt ſine clauſura.

Quod ſpectat ad ſecundum de teſtamento, certum eſt omnibus ſolemniter profeſſis prohiberi factionem teſtamenti ex voto Paupertatis, quod facit incapaces teſtamenti omnes profeſſos, etiam Clariſſas: Regina autem poſt ſuſceptum habitum, & emiſſam profeſſionem poſt mortem ſui mariti, quæ accidit anno 1336. ſuum condidit teſtamentum anno 1443. quo in Domino obijt, ſecundum Vadingum ad hunc annum num. 13. & Pirrum in No-

titia Catan. fol. 41. & illud condidit fauore Franciſcanorum, apud quos voluit ſepeliri, nõ fuit ergo Clariſſa, ſed Tertiaria, cui non prohibetur facere teſtamentum.

Tertio, electio ſepulturæ interdicitur omnibus regularibus vtriuſq; ſexus *cap. fin. de ſepult. in 6.* Sed Leonora ſibi elegit ſepulturam, vt conſtat, dum ſepulta fuit in Eccleſia S. Franciſci Catanię extra monaſterium Clariſſarum, ergo non fuit Clariſſa, ſed Tertiaria, cuius ordo non prohibet electionem ſepulturę.

Nec prędictis obſtat Epitaphium: *Cui ſacra Clara dedit habitum.* Nõ enim explicat, quod dederit habitum ſecundi, aut tertij Ordinis, verba ergo hæc ſenſum habẽt æquiuocum, & dubium, quod declaratur eſſe habitum Tertij Ordinis ex allatis argumentis; Sacra ergo Clara .i. Abbatiſſa dedit ei habitum, quem dare poterat, nimirum Tertii Ordinis, non ſui, cum liquido appareat ex dictis argumentis non ſeruaſſe leges Clariſſarum, ſed tantum Tertii Ordinis.

9 Catarina ex Ferdinando, & Eliſabeth Hiſpaniarum Regibus orta anno 1501. tradita fuit Arthuro Principi Vualliæ, quo mortuo, poſt quintum menſem ex diſpenſatione Apoſtolica ſecundo nupſit Henrico VII. fratri dicti Arthuri præde functi, cum quo infelicem degit vitam, dum Henricus de validitate matrimoni efficaciter, ſed irrationabiliter dubitauit, ea repudiata, Annam Bolenam, cuius amore ardebat, contra iura validi matrimonii, ſibi inhoneſto amore copulauit. Aliud autem medium conſolationis non habuit, quam ſuſceptio habitus Tertii Ordinis per manus F. Ioannis Foreſti, cum quo quaslibet impii, & ingrati mariti iniurias paſſa, tribulationibus & ærumnis confecta è vita in Domino deceſſit anno 1535, ætatis 50. *Vadingus tom. 8. ad annum* 1535.

10 Franciſcus Dux Britannię gener Leonorę, de qua ſupra, Tertiæ Regulę inſtitutum amplexatus fuit, exhortando ſuos aulicos ad idem pium opus, cui omnes obtemperarunt ſaltem ad deferendum cingulum Franciſcanum. *Vading. tom. 7. ad annum* 1479. num. 13.

11 Mattheus Rubeus nobilis Romanus de illuſtriſſima familia Vrſinorum deuotus, & familiaris S. Franciſci, ab eodem recepit habitum Tertii Ordinis anno 1227. cuius filium tunc paruulum prænun-

prænuntiauit futurum Summum Pontificem Romanum Ioannem Vrſinum, qui ex Cardinali Diacono S. Nicolai in Carcere Tulliano, Viterbij ſeptimo Calendas Decembris 1277. creatus fuit Papa nomine Nicolaus III. ſeptimo Calendas Ianuarii coronatus in Baſilica Vaticana. Vadingus *tom. 1. ad annum* 1217. *num. 6. & ad annum* 1221. *num. 2. & 3.*

12 Nicolaus Comes Peruſij ſub habitu Tertij Ordinis floruit anno 1367. qui apud Cetonium ſibi conſtruxit Eremitorium cum tribus eccleſiis. De quo dixi cap. 20. num. 17. *Vading. tom. 4. ad annum* 1367. *num. 7.*

13 Tarriatus Comes Petræmalæ geſtauit habitum huius Ordinis, vt conſtat ex Arbore.

14 Nero Piſanus nobilis, & Miniſter Continentium Peruſij. Ex Bulla 18. Clementis V. in noſtro Archiuio.

15 Ioannes Romanus, nobilis vir, Clementis V. Eleemoſinarius, & Miniſter Fratrum Continentium, id eſt Tertij Ordinis. Ex eadem Bulla.

16 Ottho ciuis Piſanus de nobili familia Gualduciorum ex Saulo perſecutore Eccleſiæ conuerſus in Paulum, vt dicit Vrbanus IV. Bulla 9. noſtri Archiuij, ſuſcepit habitum Continentium.

17 Antonius Tablata religioſus in omni genere virtutum ſpectabilis, vir eximius in regimine, Generalis officio honorifice functus fuit, & iuſte in Regnis Caſtellæ, Legionis, Galitiæ, & Andaluſiæ circa annum 1526. ex Bulla 212. Clementis VII. in noſtro Archiuio fol. 397. per quam conſtat quamplura obtinuiſſe priuilegia, quæ poſtea à Paulo III. per ſuam Bullam 219. fol. 429. reducta fuerunt ad terminos iuris cōmunis. Qua occaſione tumultus excitatus fuit inter Superiores Minorum, & ipſum Tablatam in illis Regnis, decidendus, & ſedandus per officiales Toletanum, Hiſpalenſem, & Salmantinum, qui tulerunt ſententiam pro Minoribus contra Antonium, vnde reducti fuerunt illius Fratres ſub obedientia Minorum, vt conſtat ex poſteriori Bulla, de qua diſcordia loquitur Vadingus *tom. 8. ad annum* 1537. *num.* 32.

18 Ioannes Xodar eximius Theologus miſſus fuit Procurator Generalis ad Concilium Tridentinum, Secretarius Capituli Generalis celebrati in conuentu S. Mariæ de Valle diæceſis Aſtoricenſis anno 1546. *Vide Bullam* 225. *ſub fol.* 481.

M m Plures

Plures alios referre poſſem Principes, Duces, & alios graduatos, qui detulerunt habitum Tertij Ordinis, quos omitto, cum vſque modo recenſiti ſufficienter probent titulum huius capitis, ſolum adducam auctoritates duas grauium Hiſtoricorum Bartholomæi de Piſis primi ordinis eximij Theologi, qui publice docuit Bononiæ, Parauij, Piſis, Senis, & alibi, beatus apud Martyrol. Franc. ad diem 4. Nouembris §. 4. & 5. opus autem ſuum de Conformitatibus S. Franciſci ad Chriſtum edidit anno 1385. & Lucæ Vadingi, qui octo tomos de Geſtis trium ordinum edidit ab anno 1209. ad 1550.

19 Piſanus ergo lib. 1, fructu 8. par. 4. §. De Tertio Ordine fol. mihi 107. col. 1. §. Poteſt. inquit: *Nam multi magni homines de diuerſis regnis Chriſtianitatis, Comites, Duces, Principes, Barones, & nobiles fuere de iſto Ordine Tertio Beati Franciſci.* Et de illuſtribus fæminis ſubiungit: *Multa aliæ fuerunt, & ſunt per Chriſtianitatem Domina ſingulariſſima, Deo ſub habitu iſto Tertij Ordinis, & Domino famulantes.*

20 Vadingus tom. 2. ad annum 1289. quo Regula fuit approbata, inquit num. 48. *Florebat hoc Tempore Tertius Ordo Pœnitentium à S. Franciſco inſtitutus mirum in modum, compluresq patricij viri, ac Principes eum habitum induebant, ſanctaſq; leges amplexi cum magna voluptate, ac religione ſubijciebantur.*

CAPVT XXXVIII.

De Scriptoribus Tertij Ordinis S. Franciſci.

LAbor huius capitis de Scriptoribus noſtri Ordinis eſt quidem Auctoris, ſed laus, & honor debetur P.F.Lucæ Vadingo viro religioſiſſimo, & trium Ordinum S.Franciſci præclariſſimo Cronologico, ex cuius Codice de Scriptoribus Ordinis Minorum Romæ impreſſo 1650. exſcripſi Fratrum Tertij Ordinis Franciſcani opera impreſſa, & etiam imprimenda digna memoria, & laude. Sum autem cum eo ſecutus ordinem alphabeticum, vt vnuſquiſq; facile in promptu habeat Scriptorem, cuius labores deſiderat ſcire.

A

ALbertus Pontarlienſis Congregationis Galliæ edidit duos libros, vnum *de Vitis Sanctorum, Sanctarum, & Beatorum Tertij Ordinis*; alterum inſcripſit *Preces Liturgicas*. Obijt Romæ in conuentu ſuo anno 1629. 13. Septembris.

Alexander Bouius Bonon. Magiſter, & ſpectabilis concionator edidit opuſc. *Il Volto ſanto di Lucca contemplato* typis Mediolan. Dioniſij Gariboldi anno 1639. deinde recuſſum Bononiæ per Ioannem Baptiſtam Ferronium anno 1657. Aliud inſcript: *Diuotione ad honore de Santi Angeli.* Impreſſa ab eodem 1657. Alia parat ad publicam vtilitatem.

Ambroſius Lexouienſis eiuſdem Congregationis Miniſter, ſeu Guardianus conuentus S. Mariæ Miraculorum de Vrbe cecinit erudito carmine inſignem victoriam Ludouici XIII. Franciæ, & Nauarræ Regis Chriſtianiſſimi contra hæreticos Rupellenſes, & Anglos auxiliarios ſub hoc titulo. *Angli Profligati, Rupella expugnata*. Romæ apud Iacobum Maſcardum anno 1529. in 4.

Andreas Ferrarius Comenſis Prouinciæ Mediolani Definitor nũc, alias Prior in dicto conuentu tres produxit libellos ad lucem

I. Primum ſub hoc titulo: *Relatione della vita, progreſſi, è morte del Beato Geremia da Como della nobil famiglia de Signori Lambertenghi Sacerdote Profeſſo del Terz' Ordine del Serafico P. S. Franceſco.* Comi impreſſum 1649. per Nicolaum Capreolum, Impreſſorem Epiſcopalem. Secundum ſub titulo hoc. *L'ottaua Marauiglia del mondo cioè, Vita & geſti del glorioſo, & marauiglioſo Beato Miro Religioſo profeſſo del Terz' Ordine di S. Franceſco.* Sub eadem impreſſione anno 1653. Tertium inſcripſit: *Breue relatione della Vita di S. Gulielma figlia del Rè d'Ongaria.* Ibidem impreſſum 1642.

Angela Fulginas fæmina ſanctiſſima, cuius vitam dedit Vadingus tom. 3. ad annum 1306. num. 11. multarum Magiſtra, per excelſos gradus decemq; & octo paſſus ad perfectionem vitæ ſpiritualis manuductione ſui confeſſarij ſcripſit *Libellum ſpiritualis doctrinę, ac multiplicium viſionum & conſolationum quas à Deo acceperat.* Hunc libellum Paulus Rhoſellus Sacerdos Venetus miſit ad Angelicam Abbatiſſam Monaſterij D. Luciæ Venetiarum eiusdem Ordinis; prodijtq; ex officina Fratrum de Sabio ibidem anno 1521. Ipſe Vadingus aſſerit ſe habere huius operis duo MSS. ſatis vetuſta, vnum Italicum, alterum latinum in quibuſdam diſcrepantia ab impreſſo. Franciſcus Cardinalis Ximenius hæc opuſcula tamquam maxime vtilia edi curauit Compluti. Teſtamentum ſuum inſtruxit imitando Sanctum Patrem, quod ad verbum, & ſententiam reſcripſit Vading tom. 3. ad annum 1309. num. 18. quo anno obijt in Domino Fulginei miraculis illuſtris veneratur in templo S. Franciſci, vbi num. 21. ait confeciſſe opuſcula de oratione, de humilitate, de caritate, da paſſione Domini, & alios tractatus. Angelus à Catalono vide cap. 32. num. 67. Vbertinus de Caſali in proæmio ſui operis *de Arbore vitę Crucifixi* fatetur ſe multum profeciſſe per illius doctrinam.

Antonius Angelorum Luſitanus, Theologus admodum pius, & rerum ad Deiparæ Virginis obſequia pertinentium valde ſtudioſus edidit patrio idiomate opus prænotatum *Triumphus Glorioſa Virginis Maria.* Clarebat anno ſalutis 1610. Inquit Hippolitus Marraccius Lucenſis Congregationis Clericorum Regularium Matris Dei in ſuo opere *Bibliotheca Mariana* Romæ impreſſa 1648. Laudum Virginis Virginum diligentiſſimus Inquiſitor, à quo Vadingus accepit notam huius Authoris.

Antonius Coronus, ſeu Coronius Siculus Nicoſienſis Sacræ Theologiæ profeſſor, & Doctor in ſtud js ſolertiſſimus. *Opera Antonij Dianæ, Clerici Regularis ſeptem partibus diſtincta in ordinem alphabeticum ad ſummę modum, & in vnum volumen lectoribus ſatis commodum reduxit.* Venetijs apud Iuntas anno 1646. in 4. cum prius aliam fieri editionem curauerit Lugduni anno 1644. in 4. Necnon *Actuarium ad eandem ſummam ex ſeptima parte eiuſdem Dianæ*, Romæ apud Ludouicum Grignanum anno 1646. in 4. & demum *Summarium Summæ Dianæ cum ſeptima, & octaua parte.* Venetijs apud Matthæum Lenium 1648. in 24. Hæc exſcripſi ex Vadingo. Quibus addo, præfatam Dianæ ſummam ante annum 1649. fuiſſe Matriti quinquies, Lugduni quater, Valentiæ in folio impreſſam. Venetijs vero anno 1649. recuſſa fuit apud Iuntas, & Baba cum additione ſuis locis ſextæ, & ſeptimæ partis. Expectatur aliud opus ſub prælo Veneto incip. *Controuerſiarum celebrium ad ſtatum, & mores Chriſtianæ Reipublicæ pertinentium libri decem.*

Hunc v rum omnium ſcientiarum participem, & patronum, qui alias lucubrationes ægregias præ dictis in ærario ſuo conſeruat lucem expectantes, non laudo ſecutus diuinum ſermonem *Ne laudes hominem in vita ſua*, glorior tamen, me tantum habere conf. atrem, & filium, quia gloria patris eſt filius ſapiens conſecutum honoris Metaphyſici publicam Lecturam in antiquiſſima & celeberrima vniuerſitate Patauina.

Antonius Sillis Bergomenſis in Italia Generalis, Artium, & Sacræ Theologiæ Doctor, in iure Canonico non vulgariter verſatus, ſcripſit: *Studia, originem, prouentum, & complementum Tertij Ordinis concernentia, opus diuiſum in duos tomos, vnum ſuper Regulam eiuſdem Ordinis; alterum continens collectionem Bullarum eiuſdem Ordinis*, Primum diuiſit in duos libros, in quorum primo Notationes fecit ſuper Regulam, in ſecundo collegit tractatum D. Dioniſij Cartuſiani ſuper Regulam Nicolai IV. & de obedientia ſuperioribus debita. Item adiunxit tractatum Bernardini de Buſto de Imitatione Chriſti per aſſumptionem ſtatus Tertij Ordinis de Pænitentia, &c. Typis Neapolitanis apud Conſtantinum Vitalem anno 1621. in 4.

Eandem Regulam à ſe, vt ſupra, commentatam tranſtulit in idioma

vulgare, vt omnibus etiam laicis eſſet facilis captu Typis Neapolitanis per Lazarum Scorrigium 1621. in 16.

In lucem dederat eodem ſtilo aliud opuſculum ſic inſcriptum. *A i diletti Fratelli del Terz'Ordine di S. Franceſco congregati nella Città di Reggio detti del Paruolo, &c.* Regij impreſſum per Flauium, & Flaminium Bartolos 1605. In quo agit breuiter de inſtitutione huius Ordinis, explicando illis Regulam Nicolaj IV. & de modo recipiendi ad habitum Fratres Tertiarios, habitantes in proprijs domibus. De Fratribus Regienſibus dictis *del Paruolo* egi in cap. 7. ideo illuc remitto Lectorem.

Apollinaris Vallonienſis Congregationis Gallicæ ex Prouincia S. Iuonis, edidit Gallicè. *Regulam & Conſtitutiones Tertij Ordinis S. Franciſci pro ſecularibus qui eam profitentur, cum exercitio ſpeciali, & quibuſdam declarationibus, ac reſolutionibus decretorum ſuper eandem Regulam* Pariſijs 1646. De quo cap. 32. num. 88.

Arcangelus Borſarius Regij Lombardiæ vir eruditus in muſicis quinq; libros de ea compoſuit. Primum de anno 1591. *Magnificat ſuper omnes tonos* dedicatum Gifildo Rubentio Theologo, & Ordinario Metropolitanæ Mediolani. Secundum anno 1605. *Concertorum eccleſiaſticorum in ſeptem libros*, dedicatum D. Andreæ Moſchino Tudeſchio. Tertium *de Effectibus pietoſis in quatuor libros*, dedicatum F. Paulo Violino Mediolanenſi Definitori benemerito eiuſdem Ordinis, anno 1616. Quartum anno 1615. *diuerſorum conceptuum in tres libros*, dedicatum F. Gaſpari Vicentino eiuſdem Ordinis. Quintum deniq; anno 1611. *Baſſus primi, & ſecundi Chori quatuor vocum; Tenor quatuor vocum primi Chori diuiſum in tres libros*, dedicatum Claudio Rangono Nobili Mutinenſi Epiſcopo Regij. Edidit etiam noſter religioſus librum Cantus feſtorum propriorum Ordinis Minorum, cuius erat auctor Ludouicus Baldus Minorum Conuentualium Magiſter Capellæ S. Antonij Patauini.

B

Baſilius Poliniacenſis *Metaphiſicam, ſeu de ente vniuerſaliſſimo ſecundum Raymundum Lullum*, Item *Commentaria in artem Raymundi Lulli* edidit. Obiit Pariſiis 29. Maij 1645.

Bene-

Benedictus Fidelis Siculus Agyrenſis, de quo cap. 25. num 82. ex Roccho Pirro in Notitia Catanenſi fol. 109. *Sermones elegantiſſimos Quadrageſimales, & alios* typis dedit Panormi anno 1636. qui recuſſi fuerunt Venetijs, & Neapoli, atq; alibi.

Inſuper eiuſdem *Theoremata Moralia ex XXII. Pſalmo decerpta de auguſtiſſimo Euchariſtiæ Sacramento*, impreſſum Panormi 1638. apud Hieronymum de Roſſellis. Quod deinde in idioma vulgare tranſlatum fuit ſub titulo *Speculazioni morali, &c.* impreſſione Veneta apud Iacobum Sarzinam anno 1640. Aliud edidit opus vulgare. *Panegirici de Santi de quali S. Chieſa con ſolennità maggiore celebra per tutto l'anno la feſta.* Venetiis 1640. apud Iuntas. Vadingus hic, & v. Fortunatus vnum facit duos, vide cap. 25. num. 82.

Benedictus Lugdunenſis edidit *Reflexiones ſuper Regulam Tertij Ordinis* Lugduni 1646. Vide cap. 32. num. 106.

Bonauentura Genſabella Siculus Agyrenſis compoſuit *Lectiones* ſecundi Nocturni proprias S. Filippi Confeſſoris Agyrenſis, & nomine eius ciuitatis Agyrenſis vulgo nuncupata à Sancto *S. Filippo* obtinuit celebrationem eiusd. Sancti, & officium cum dictis Lectionibus, de quo ſub cap. 25. 5.

Bonauentura de Vincentia vir eruditus in ſacris literis, de quo cap. 13. num. 34. Doctor Theologus, & Generalis 34. in ordine ad meliorem concentum reduxit *Generalia Statuta Fratrum Tertij Ordinis S. Franciſci*, quæ vocamus Regulam, quia continent ſubſtantiam Regulę Nicolai IV. Typis Venetis apud Aldi filios anno 1551. Item eodem anno curauit imprimi ibidem *Apoſtolica Priuilegia* à ſe collecta. Ad quæ ſupradictus Antonius de Sillis adiunxit Collationes, & Annotationes, vt dixi ſupra. Ea autem confirmata fuerunt à Rodulpho Cardinali de Carpo, vt patet ex literis eius in calce eorum regiſtratis; de eo mentionem facit Rocchus Pirrus in Notit. Agrigentina fol. 311. vbi fuit Epiſcopus 46.

C

CAmillus Angleria *Cremonenſis* dedit in lucem opus inſcr. *La Regola del contraponto, & della Muſical compoſitione.* Mediol. apud Georgium Rollam 1622.

Catarina à S. Franciſco Abbatiſſa per multos annos Monaſterij Bruxellenſis S. Eliſabeth Sororum Anglarum Tertij Ordinis S. Franciſci tranſtulit ex Teutonica in linguam Anglicam *Vitam S. Eliſabeth Reginæ Portugalliæ*. Impreſſam Bruxellis 1628. Vading. in Append.

Cæleſtinus Sueſſionenſis Congregationis Franciæ, Sacerdos Theologus, & Prouinciæ Aquitaniæ Exprouincialis edidit *Compendium Theologiæ Moralis*. Pariſiis apud Georgium Ioſſe via Iacobea ſub ſigno coronæ ſpineæ 1635. Vading. dicit, apud viduam Ioannis de Heugueuille, eodem anno, forſan bis excuſſum. De quo dixi cap. 32. num. 66.

Chryſoſtomus Sanlaudenſis Congregationis Franciæ Prouinciæ S. Iuonis ſcripſit *opuſcula varia de vita ſpirituali*.

Ciprianus à S. Maria in Sacra Theologia Magiſter, Prouinciæ Beticæ, & Granatenſis Lector emeritus, Exdefinitor, & Pater eiuſdem Prouinciæ dedit in lucem opus inſcriptum *Diligens Compendium quo probatur Myſterium Immaculatæ Conceptionis Beatæ Virginis Mariæ eſt prope definibile*. Impreſſum Granatæ apud Balthaſarem del Bolibas, & Franciſcum Sanchez, an. Domini 1651. Item aliud opus lingua Hiſpanica, quo probat longo diſcurſu *Beatam Virginem Mariam non reſurrexiſſe in terra, ſed tantum in cœlo ad quod Angeli eius cadauer eleuauerunt*. Impreſſum Granatæ per Franciſcum Sanchez, & Balthaſarem Bolibar anno 1645. Item aliud opus eodem ſermone Hiſpanico continens *Apologiam circa Reuelationem abſtinendi à comeſtione per multos dies, an ſit à Deo vel à Dæmone*. Ibidem impreſſum anno 1649. tunc in 4.

Claudius Iauelorius Forofienſis Congregationis Gallicanæ ſcripſit *Hiſtoriam eiuſdem Ordinis tam ſecularis, quam regularis*. Podij ſumptibus Clauſtrianis 1640. in 4.

D

Damaſus Sanlaudenſis Congregationis Franciæ, ex Prouincia S. Iuonis compoſuit *Tractatum de exercitijs Nouitiorum*, in tres partes diſtinctum.

Dauid Michael Regius Antuerpiæ vir doctus, & magnæ lectionis, cui ſuus ordo refertam Bibliothecam debet, multa mediatus eſt,

pauca

pauca in lucem prodierunt morte præuentus. Extant eius tantummodo *Indices Romani Miſſalis.* Compendio quicquid in eodem continetur, dilucide ante oculos ponentes. Inſcripſit amico optimo Chriſtophoro Plantino, qui typis mandauit anno Domini 1573. Moritur Antuerpiæ anno ab orbe redempto 1588. Nicolaus Agricola hoc illi Epitaphium poſuit.

Hic ſitus eſt Dauid Michael Regius omen
Eſſe ſub his titulis res dedit ipſa fidem
Dauidem Hymnographum expreſſit meditatio verbi
Diuini & facilis condere vena melos.
Belligerum cæli ductorem retttulit ardens
Zelus in hæreticæ dogmata perfidiæ.
Regius emicuit regali pectore, mundi
Præmia cum rigidus ſperauit inaniſlui.
Sumptibus immenſis confl arat Bibliothecam,
In qua Tymbætas, quæ patet orbis erat.
Hic ſe verſabat, curiſque ſuauibus culto
Victus Apollineas mellificabat apes.
Hanc, & amicorum ſtudijs proſtare volebat,
Nam neque cum Muſis ſtat comes inuidia.
Æui hic florentis primos vix legerat annos,
Cum mox attonito mors inopina ſubit.
Hoc reliquum ſupereſt nobis pia fundere vota,
Vt lux defuncto cælitus irradiet.
Qua paſtus mentem, callidoque incenſus amore
Pro nobis validas fundat & ille preces,
Vt pax in terris miſero hoc dum iungimur æuo,
Nos gremio foueat Sedis Apoſtolicæ.

Dominicus Paſinus Bononienſis religioſus magnæ expectationis in lucem poſuit duo opuſcula, vnum intitul. *Amore sbendato Epitalamio &c.* Romæ 1633. alterum. *Il Gioſue della noua legge oratione panegirica delle glorie di S. Lodouico Rè di Grancia.* Typis Bonon. Ioannis Baptiſtæ Ferroni 1657.

Donatus Lexouienſis Congregationis Franciæ, ex Prouincia S. Iuonis dedit *Opuſcula de deuotione S. Mariæ Vallis Benedictæ.*

E

AEgidius Paeſmans Nobenus, natione Belga, Haſſeleti oppido, ditionis, ac diæceſis Leodienſis oriundus, profeſſione Congregationis Zepperenſis, de qua ſub cap. 31. vir pietatis, atq; eruditionis laude conſpicuus, Theologus Louanienſis, ſcripſit *Elucidationem Cathechiſticam Chriſtianæ, & Catolicæ fidei in ſalutationem Angelicam Aue Maria.* Item *Definitionem breuem pro Salue Regina, & Aue Maria, contra ortodoxæ fidei inimicos.* Bruxellæ typis Ioannis Pipermanni anno 1622. admodum ſenex viuebat anno Iubilei 1625. Maraccius in ſua Bibliotheca Mariana lit. A.

Eliſabeth ſenior reliquit duodecim principales Reuelationes, de quibus Vading. ad annum 1227. num. 11. & 12.

Elzearius Dumbarienſis Congregationis Gallicanæ Vicarius Generalis, & Viſitator anno 1640. vir inſignis in Philoſophia, præclariſſimus Theologus, regularis obſeruantiæ zelator edidit *Collectionem, & compilationem Priuilegiorum Apoſtolicorum Fratrum, & Sororum de Pęnitentia Tertij Ordinis* Lugduni apud Claudium Morillon 1614. Alterum Hiſtoricum in magno folio inſcriptum. *Typus Ordinis de Pænitentia S. Franciſci Aſſiſinatis ſexum capientis vtrunq, trium eiuſdem Ordinum Tertij triplici ſtatu graduq; diſtincti, &c.* Lingua gallica cum figuris perſonarum illuſtrium in ſanctitate.

F

FRanciſcus Bordonus Parmenſis, qui mente, & calamo laborat, ſequentia eius opuſcula curauit imprimi. *Primum* inſcribitur *Syllogiſtarium, hoc eſt, tractatus de conſtructione ſyllogiſmorum.* Mediolani apud Antonium Mariam Paganum anno 1630. Iterum impreſſum Mutinæ per Bartolomæum Sulhanum an. 1648. auctum ab Auctore. *Secundum* præſcribitur *Tractatus de Profeſſione Regulari ad leges iuris communis, &c.* Mediolani apud Philippum Ghiſulphium anno 1635. Reſolutionum Moralium tres tomos; itaque *Tertium* ſeu primum Reſolutionum nominauit ſic. *Varia Reſolutiones, ſeu Conſilia Regularia, &c.* Venetijs apud Bertanos 1641. comp etur 50. Reſolutionibus; quæ omnes tractant de Regularibus. *Quartum,* qui & ſecundus Reſolutionum denominatur:

minatur: *Variarum Reſolutionum, ſeu Conſiliorum Regularium, &c.* tomus ſecundus, conſtans pariter ex quinquaginta Reſolutionibus ad Religioſos ſpectantibus, impreſſum Parmæ per Marium Vignam 1648. *Quintum*, qui eſt tomus tertius Reſolutionum, qui faciem abdicauit ex induſtria mercatoris ſub nomine *Controuerſiarum Moralium*. Romæ typis hæredum Corbelletti 1657. Apud quos ante impreſſum fuerat anno 1648. *Sextum* nuncupatum: *Sacrum Tribunal Iudicum in cauſis S. Fidei contra hæreticos, &c.* *Septimum* inſcrib. *Calendarium, & Rubricę Officiorum, & Miſſarum Sanctorum, & Beatorum Tertij Ordinis S. Franciſci.* Parmæ typis Marij Vignæ 1648. *Octauum ſunt Deciſiones Miſcellaneæ quinq; centum dubiorum* Venetijs apud Paulum Baleonium 1650. in 4. *Nonum* de Præcedentia nuncupatum *Theatrum Præcedentiæ quarumcunq perſonarum graduatarum*. Parmæ apud Marium Vignam 1654. *Decimum* ad inſtantiam Religionis Canonicorum Lateranenſium. *De iure præcedentiæ Canonicorum Regularium Lateranenſium reſpectu cuiuslibet actus honorifici, ſupra alios quoſcunq; Regulares*. Parmæ apud eundem, anno 1655. diſtributum in ſeptem capita. *Vndecimum* fauore eiusdem Religionis: *De iuribus Parochialibus innatis Canonicis Regularibus Lateranenſibus ex inſtitutione ſui Ordinis*. Parmæ eiſdem impreſſo, & anno, diſtributum in decem Argumenta. Duodecimum ſub hac inſcriptione. *Eccleſiaſtica Ratiocinatio Feſtorum Mobilium, &c.* In quo per bis mille annos a Natiuitate Chriſti vſq; ad 1200. ſingulis annis aſſignantur Cicli literarum Dominicalium, Aureorum numerorum, Epactarum illis reſpondentium, dies Paſchales, Indictiones, Anni lunares Emboliſmales, & Communes, atq; literæ Martyrologij, impreſſum Bononiæ per Iacobum Montiū hoc anno 1657. *Decimum tertium* opuſculum *de Antiquitate Religionis Tertij Ordinis S. Franciſci, & de abſoluta iuriſdictione Itali Generalis illius*. Bononię apud Iacobum Montium 1644. Habentur alia in promptu pro augmento Tractatus de Profeſſione; pro Sacro Tribunali; Item Dubia Regularia, Monialia, & Secularia. De Formalitatib. De Vacuo, Theologia correctiua Philoſophię, Item de titulo Immaculatæ debito Conceptioni V. M. duo tractatus; quorum alter eſt apud Petrum de Alua Matriti, alter verò apud Auctorem, quæ lucem deſiderant, quam aſpicient, ſi Deus fauebit.

Fran-

Franciſcus Calona Siculus Panormitanus Prior, & poſtea Prouincialis Reuiſor Librorum, & Qualificator S. Officij in Regno Siciliæ, defunctus in officio Prouincialatus anno 1651. dedit opuſculum inſcriptum: *Diuoto modo di dire le noue Aue Maria, &c. per tutti li giorni della ſettimana diſtintamente in honore della celeſte matrona Sant'Anna.* Panormi per Nicolaum Bua, & Michaelem Portanoua 1645. Recuſſum ibidem per Dominicum de Anſelmis 1654.

Franciſcus Francinus Hiſpanus vir pius, & deuotus, totus intentus meditandæ Chriſti paſſioni ſua quatidiana exercitatione ad methodum breuem, claram, & facilem hoc meditandi genus ita reduxit, vt vtili quidem libello phraſi non inculta illam docuerit. Libri titulus eſt. *Paſſio Chriſti meditata ſiue expenſa per Fräciſcum Tertij Ordinis S. Franciſci oblata deuotioni Chriſtianæ.* Romæ apud Franciſcum Monetam 1641. in 16.

Franciſcus Guidus à Monte florum oppido in diæceſi Ariminenſi, de quo cap. 18. num. 27. celebris concionator, regularis obſeruantiæ alijs ſpeculum fuit, promulgauit *Vitam S. Marcianæ virginis, & martyris vulgari lingua*, typis Bonon. Franciſci Catanii 1632.

Franciſcus Bellus Siculus de Sacca, ſeu Xacca Sacræ Theologię profeſſor, verbi Dei celebris proclamator in Regno, & in Lombardia, edidit librum vulgari idiomate. *Libro della verità Chriſtiana, nel quale ſi apportano molte figure dell'antico Teſtamento intorno à i miſterij della noſtra fede.* Typis Papienſibus Petri Bartoli anno 1601. Feruntopus edidiſſe valde eruditum ſuper Dacalogum, quod nondum ad manus noſtras peruenit.

Franciſcus Maria Graſſinus Bononienſis in Muſicis pręclarus, Magiſter Capellę in propria Eccleſia S. Mariæ Caritatis, typis Venetis Franciſci Magni 1653. dedit Motetti concertati a due, tre, quattro, e cinque voci.

H

Hieronymus Riccius Siculus Drepanenſis, de quo cap. 25. nu. 68. tranſtulit in linguam maternam Regulam Tertii Ordinis S. Franciſci, ideſt, Generalia ſtatuta, quæ Regulam in ſe includunt: Tipis Panormitanis Ioannis Antonii de Franceſchi 1600.

Eodem

Eodem quoq; anno ibidem fecit imprimere eandem Regulam cum priuilegiis dedicatam Reuer. P. F. Hieronimo Marcheto Generali, de quo cap. 13. num. 48.

Hyacinthus à Nouo Caſtro in Normania, Congregationis Gallicanæ, ex Prouincia S. Iuonis Concionator, & Theologiæ Lector, & deinde Confeſſarius Monialium Regij Monaſterij S. Eliſabethæ Pariſijs, edidit gallicè *Pſalmodiam interiorem, ſeu Meditationes de diuinis perfectionibus & excellentijs ſuper omnes ſtatus vitæ mortalis.* Pariſijs anno 1644. Item *Liturgium interiorem,* ſeu *Meditationes de perfectionibus, & excellentijs vtriuſq. ſacrificij, ſcilicet Crucis, & Altaris.* Ibidem eodem anno.

I

IEremias Fuzzi Foroliuienſis in Theologia Magiſter in proſa, & & verſu tam latine, quam vulgariter non vulgaris profeſſor Prior conuentus ſuæ patriæ edidit vitam B. Hieremiæ eleganti ſtylo moderno, hac inſcript. *Il Martire de Chioſtri, ouero il B. Geremia Lambertenghi &c.* Typis Boron. Carol. Zeneri 1653. alias Foroliuienſibus. Aliud opuſculum. *All'Italia per le correnti ſciagure di Contagio, Ode.* Typis Foroliu. Cimattorum 1656. Aliud *Il Leone eletto Panegirico.* Typis Hæredum de Ducia Bononiæ 1647.

Ioachimus à Putco Antuerpienſis conuentuum Antuerpiæ, & Migdelburgi Miniſter, ſincerus, pius, & eruditus religioſus, ſcripſit vernaculo ſermone *Contemplationes in ſeptem effuſiones ſanguinis Christi.* Item *De ſeptem doloribus B. M. V.* Item *Speculum Virginum* dum erat à Confeſſionibus Monialium S. Gertrudis. Florebat anno 1610.

Ioannes Alberghinus Siculus Panormitanus, Doctor Theologus, varijs ſuæ Prouinciæ functus officijs, de quo Abbas Geloſus *Panormitanus* tunc Vicarius Generalis in approbatione libri *Manuale Qualificatorum Sanctiſſimæ Inquiſitionis, in quo omnia, quæ ad illud Tribunal, ac hæreſum cenſuram pertinent, breui methodo adducuntur.* dicit in eius laudem. *Sacræ Theologiæ Doctore ac S. Officij Regni Siciliæ Qualificatore, Prædicatore eximio, & in Theologica ſcientia celeberrimo.* Opus autem præintitulatum in quarto complicatum impreſſit Decius Cyrillus *Panormi* 1642.

Ioannes Grande natione Hiſpanus, in conuentu S. Antonij Abbatis Granatæ Sacræ Theologiæ Lector, vir pietatis, & doctrinæ gloria conſpicuus, memoriam ſui poſteris reliquit, ſcribendo de *Conceptione Immaculata B.V. tractatum.* Granatæ apud Martinum Fernandez anno 1628. impreſſum. Maraccius in ſua Bibliotheca Mariana fol. 734. lit. I.

Ioannes Herlius Numnius candidi vir ingenij, mulreq. eruditionis, & lectionis tranſtulit è latino in Belgicam. *Ad locutionem Christi ad deuotam animam Ioannis Lanſpergij Cartuſiani.* Antuerpiæ anno 1571. Typis Martini Huyſſij. Item *Manuale piarum precationum.*

Ioannes de Ooſterroyck Belga Thenenſis, ſuſcepta peregrinatione in Terram Sanctam anno 1356. & 1357. ſcripſit. *Tractatum de Terra Sancta.* Quem Ioannes Bollandus in Notis ad cap. 14. vitæ B. Petri Thomans 19. Ianuarij dicit habere apud ſe manuſcriptum.

Ioannes Scalcus Antuerpienſis pietate ſingulari, prudentiaq; laude eluxit. Scripſit primo *Xenium euangelicum ad omnium ordinum Chriſtianos.* Antuerpiæ 1576. apud Antonium Tilenium. Secundo *Orationem lugubrem de Antiochena ſeditione, & ſtatuarum deiectione*, Theodoſio imperante, ad Iconomachos Belgicos accomodatum. Ibidem anno 1573. in 8. obijt Bruxellis anno 1602.

Ioannes de Solis Prouinciæ Bæthicæ, & Granatenſis Regni in Romana curia Procurator Generalis in rebus gerendis prudens, & in dicendo præclarus edidit opuſculum de Præcedentia debita ſuis alumnis ſupra Minimos S. Franciſci, cui eſt titulus. *Demonſtratio iuris.* Neapoli impreſſum anno 1641. Ipſe eſt, qui impetrauit Indulgentiam Portiunculæ, de qua in Bulla CCLXXXVIII.

Ioannes Antonius Brandus, Siculus de Salemis, quæ eſt ciuitas in diæceſi Mazarenſi, vir ſumme pius, & doctus, Clementi VIII. per quam carus, ab eoq; Romam ob virtutis conſtantiſſimam famam acceſſitus, Vading. Maraccius vero inquit, vir immortalitate dignisſimus, in quo multiplicis doctrinæ copia, cum vitæ, ac morum integritate certauit, nomini ſuo memoriam comparauit æternam. Rocchus Pirrus in Notitia Mazar. fol. 570. ſic laudat hunc religioſum: Is vir magnæ auctoritatis, maximæq, æſtimationis ob virtutum promerita, iugis pænitentiæ, ſemper cilicio præcinctus ora-

orationis, Sanctorumq; Patrum ſtudijs totus deditus fuit, hac permotus fama Clemens Papa VIII. eum, vt ad Præſulatum proueheret, acceſſiuit Romam, vbi die 20. Maij anno 162.. obiit, ad cuius venerandum corpus cum plures confluerent, vix ſequenti die præcepto Vicegerentis humari potuit in æde propria SS. Coſmę, & Damiani. De eo plura dixi cap. 25. num. 74. Scripſit ſequentia. Primo verſu heroico ſed vulgari *Roſarium B. V. M.* prodiit Panormi anno 1596. Deinde Romæ anno 1601. hoc titulo. *Roſario di Maria Vergine Poema Sacro, & heroico*, apud Carolum Vullietum. Secundò *Literas ad Rempublicam Venetam Apoſtolico interdicto ſubiectam, vt reſipiſceret, & Romano Pontifici obediret*, eodem ſermone. Typis Viterbienſibus 1607. Tertio *Chronicon Romanorum Pontificum*, poſtea ab aliis auctum. Quarto protulit vitam, & geſta *S. Philippi Agyrenſis*, quam poſtea compendioſam Gianſabella, vt dixi ſupra, reſtrinxit in vnam Lectionem pro eius officio. Leonardus Rolandinus Siculus Iuriſconſultus libros tres edidit Variarum Imaginum typis Panormitanis 1595. in quibus honorificam facit mentionem dicti Theologi, & vatis fol. 44. in ſequentibus Carminibus.

Ioanni Antonio Brando, Theologo, & Vati.

Abſtrahit à Criptis anguem, perimitque, vocatque
Ceruus Caſtalij gloria Brande chori,
Ecquid imago refert Ægiptia? Nonne quod vlter,
Eſt ſadi ſceleris vir bonus innocuus?

Iterum ad eundem fol. 67.

Stat comes hinc Ermes, ſimul hinc Tyrinthius heros,
Quos inter medius ſplendet honeſtus amor.
Quem non fęda tenent, non vrget blanda voluptas,
Aſt honor, & probitas, claraque facta patrum.
Eſt alter ratio; virtus eſt alter amantes
Honeſti credas, vtraque Brande tenent.

In eodem opere ſequentes per eundem Brandum habentur compoſitiones fol. 7.

Reuerendi Patris F. Ioannis Antonij Brandi Salernitani, Theologi, & Poetę eximij. Ad Lectorem verſus.

En ſibi dat pulcrum præclarus Donia carmen
Lector, & hunc triplex plangere cauſa facit.

Pallidus

Pallidus incedit facie, cilioque remiſſus,
Triſtis abeſt oculis, voce canente ſilet.
Ziſa honos monitus renuens, & Cubba, duorum
Filia adoptiuę turgida ſaxa patent.
Nuntiat, & cauſam iuſta ratione ſecundum:
Męcenate carent carmina digna pio.
Tertia tractatur; Vates Antonius omnes
Exuperans obijt, noſque dolore premit.
Sed nota primaruuit, nequeunt mala tradere ſiluis
Tranſuerſę; meritum fert ſibi culpa flagrum.
Decidit atque ſequens: Ingratus munere Vati
Stat niger at fulgens ipſe Poeta micat.
Tertia concutitur: terrenam Antonius aulam
Liquit, & ad ſummum tranſiit ille Polum.

Eiuſdem Patris Brandi Tetraſtichon.

Eglogam prębet grauis hanc Poeta:
Cui Maro cedit bonitate, & arte;
Rite fiet Fragmus, Sapienſque paucis
Plura reconait.

Stanza del medeſimo Padre Brandi.

Se mai ſaggio inuentor di deito ſcopo
Diede il bianco al candente, e'l nero al cupo;
Non luce come il Donia, alto Piropo,
Ne le cui chiare lodi hor non m' occupo
L'Egloga bella ei dedicò ad Eſopo,
Per non commettere pecorella à lupo;
Di tutti i Mecenati hebbe il Satrapo,
Perche di gran Signori vn ſeruo è capo.

Ioannes Baptiſta Caramba naturę miraculum in ſcientiis, & memoria, in hac nullum habuit parem, de quo plura dixi cap. 25. num. 16. & 85. Lector fuit multos annos in conuentu S. Nicolai de Arena Monachorum Caſſinienſium Cataniç, & volumen reliquit ſuper Sacram Scripturam, quod aſſeruatur in Bibliotheca illorum Patrum.

Ioannes Chryſoſtomus à S. Laudo Congregationis Gallicanæ bis Prouincialis Prouinciç S. Iuonis, & Definitor Generalis Gallice compoſuit. *Tumulum Amoris proprij.* Secundo *Sanctam ocioſita-*

tem

tem creaturarum in pura occupatione ſolius Dei. Pariſijs anno 1641. Tertio, *Solitudinem quinq; dierum, & patientiam Chriſti, cum ab Herode ſperneretur*, Ibidem 1644. Quarto. *Exercitium meditationum decem dierum ſuper vulnera, & paſſionem Chriſti.* Ibidem eodem anno. Quinto. *Deuotionem erga ſanctam Chriſti Agoniam.* Ibidem anno 1645. Sexto, *Meditationes ſuper diuina pulcritudine.* Ibidem. Septimo, *Exercitium meditationum in vitam S. Eliſabeth.* Ibidem. Octauo, Multa documenta ſpiritualia non edita reliquit. Obijt anno 1646. die 26. Martij.

Ioannes Vincentius Aliſerius Siculus Panormitanus, de quo dixi cap. 25. num. 80. inter alia reliquit *librum de Sacramento Altaris* vulgari ſtilo elegantiſſimo digeſtum nondum impreſſum.

Iodocus ab Almaras Brabantus natus in Pago Londerſeel Congregationis Zepperenſis Miniſter, & Confeſſarius Sororum ſui Ordinis in Steynart ſcripſit *Tractatum de tribus virtutibus Theologicis.* Item, *De frequenti vſu SS. Sacramenti Euchariſtia per quaſtiones.* Item, *Varias Spirituales meditationes.*

Irenæus Deu Congregationis Gallicanæ, patria Normannus Augenſis Prouinciæ S. Iuonis Miniſter Prouincialis produxit in lucem ſequentia. Primo, *Viam veram cæli pro ijs, qui in mundo degunt* Pariſijs 1639. Secundo, *Cantica ſpiritualia ſuper vias Purgatiuam, Illuminatiuam, & Vnitiuam ad dirigendam animam ad Deum.* Ibidem eodem anno. Tertio, *Exercitia hominis chriſtiani quibus diſponitur ad confeſſionem, & communionem.* Ibidem 1642. Quarto, *Radios ſolis iuſtitia in Sacramento Altaris.* Ibidem 1643. Quinto, *Exercitia militis chriſtiani.* Ibidem 1634. Sexto, *Solitudinem decem dierum.* Ibidem 1647. Alia expectantur. Vide cap. 32. num. 86.

L

Vdouicus Sanctus Rex Gallorum edidit *Pragmaticam ſanctionem.* habetur tom. 13. Bibliothæcæ veterum Patrum, & à Ranutio Pico Parmenſi in eius vita fol. 265. *Memorabile cum Raymundo Toloſatum Comite fœdus.* Ibidem tom. 6. Idem Picus fol. 300. *Et Inſtitutiones ſanctiſſimas ſub mortem relictas Philippo primogenito.* Referuntur à Surio tom. 4. & à Vadingo ad annum 1270. num. 10. Idem Picus fol. 186.

Ludouicus Fernandez Blaſcho Hiſpanus Theologus præclarus, vbiq; diuinis eximius præco ſcripſit *de Vniuerſali redemptione* per Chriſtum compulſi 1613. in fol.

Lupus de Vega Carpio Poeta inſignis Hiſpanus plura, & varia ſcripſi *de S. Franciſco*, quæ extant in eius operibus. Petrus de Alua, & Aſtorga fol. X. ſui operis inſcr. *Naturæ prodigium*, Matriti ab eo impreſſum anno 1651.

M

MAnfredus Placentia Salemitanus Tertij Ordinis ſecularis edidit *Inſtitutiones Grammaticas* Panormi impreſſas apud Ioannem Antonium de Franciſcis 1604. Extat in Bibliothæca noſtri conuentus SS. Coſmæ, & Damiani de Vrbe.

Marcellus Tonnorodenſis edidit opus grande inſcriptum *Theologia vitæ ſpiritualis*, partim ſcholaſtice, partim poſitiua methodo compoſitum. Vide cap. 32. n. 68.

Martialis Cenomanenſis Congregationis Franciæ ſæpius Definitor Prouinciæ S. Iuonis ſcripſit *Praxes anni ſancti in vias ſanctorum pro ſingulis dieb. anni* tomi duo Pariſijs, & Rothomagi 1644. *Calendarium ſpirituale pro ciuitate, & ſuburbijs Pariſienſibus.* In quo notantur deuotiones quotidianæ. Pariſijs 1645. Item *Annotationes in Tractatum* Raymundi Lulli de Amico, & Amato. De quo cap. 32. num. 87.

Michael Caluus Siculus Siclitanus, Sacræ Theologiæ Magiſter, vir in diuinis literis egregie doctus, ac non vulgaris eruditionis cognitione conſpicuus, inter aliæ præſtantis ingenij ſui monumenta cartis commiſit, inquit Maraccius in ſua Bibliotheca Mariana, *De laudibus B. Virginis pro ſabbatis quadrageſimæ conciones.* Ex quibus (ille ſubiungit) tres legi excuſſas Panormi apud Nicolaum Bua 1645. in 4. Vading. recenſet *Sermones varios* ibidem ab eodem impreſſos in 8. Demum partem primam, & ſecundam *ſuper Euangelia Quadrageſimæ* impreſſit Panormi apud Andream Culicchiam, & Franciſcum Terranoua, anno 1648. Ante Venetijs primam partem per Combum 1647. & ſecundam ibidem reccuſſas per Iunctam, & Baba anno 1649. defunctus anno 1654.

Nicolaus

N

NIcolaus Cæſaris Burgenſis Congregationis Franciæ, ex Prouincia S. Iuonis ſcripſit *de vera pietate* opuſculum.

Nicolaus è Monte Congregationis Franciæ Academiæ Pariſienſis librorum Corrector ſcripſit *Commentarios in Tertiam Regulam S. Franciſci.* Prodijt Pariſijs apud Nicolaum Cheneau.

Nicolaus Spinellus Cremonenſis, vir in muſicis eruditus memoriam nonnullorum *Motectorum, & Miſſarum* reliquit poſteris. Obijt Papiæ anno peſtilentiæ 1630. die 10. Iulij.

O

ORontius Iuliobonenſis, vulgo de Honfleur in Normannia, Congregationis Franciæ, ex Prouincia S. Iuonis ter Miniſter Prouincialis, & Definitor Generalis edidit Gallicè *Methodum recte, & breuiter peccata confitendi, cum exercitatione quotidiana, & directione præcipuarum actionum.* Item, *Compendium deuotionis erga Beatam Virginem vulgo l'Eſclauage della Vierge.* Pariſijs 1646. Habeo in bonis meis *Calendarium Feſtorum Sanctorum, ac Beatorum trium Ordinum S. Franciſci cum Rubricis proprijs* ab eodem impreſſum Pariſiis anno 1653. Quod ex meo reſcripſit, nonnullis additis.

P

PEregrinus Cintari Vicentinus Doctor Theologus Patauinus in orando præclarus Orator compoſuit *ad honorem S. Hieronymi Eccleſiæ Doctoris Orationem luculentiſſimam*, quam & recitauit in eius die feſto in Sacro D. Iacobi templo. Typis Patauinis Ioannis Baptiſtæ de Martinis anno 1624. Qua occaſione laudatur à F. Bonauentura de Chiappis Vicentino Baccalaureo Theologo eiuſdem profeſſionis viro acutiſſimo.

Sacro orator, che con ſomma eloquenza
Sciolta in ſermon vagante i pregi ſpieghi
Del più graue Dottor, che ſnodi, e ſleghi
Delle Scritture Sacre ogni ſentenza.
O quanto han di valore, e di potenza

Tue faconde parole, poiche leghi
Ogn'alma à la tua voce, ogni cor pieghi
Là ve più vuoi con ſingolar violenna.
Di te ben dir poſs'io. Tu in note rare
Stilli mel piovi latte, oro diffondi
Di ſplendor ai dolcezza ſenza pare.
Ma più dirò. Tu nell'orecchie infondi
Di nettare, e d'ambroſia vn fiume, vn mare
Cui per le meſchi ancor, gemme confondi.

Petrus Godefridus in Belgio Congregationis Zepperenſis Pater conuentus Andarturienſis, Miniſter Generalis, deſignatus ſuffraganeus Archiepiſcopatus Cameracenſis. Incredibile quanta animi verecundia, & humilitate onus illud recuſauerit. Opus enim illud erat plane indoli ſuæ, & innato ſibi pudori contrarium. Bis Romam iuit in negotijs ſui Ordinis. Multa prudenter cõſtituit; multa tum ad domeſticos, tum ad exteros vtilia excogitauit, dixit, fecit, & ab alijs fieri curauit. Fratrib. integritate vitę erat exemplo, alienis admirationis, omnibus adiumento. Scripſit ſequentia *Concionem de Reſurrectione Saluatoris*. Antuerpię anno 1551. Item, *Clamydem Sponſi de interiore immitatione vitæ, ac Crucis Chriſti*. Ibidem 1563. Item, *Deſertum*, ſeu *Eremum Domini*, Vernaculo idiomate, ibidem. Obijt ſanctiſſime diem ſuum Antuerpiæ, & ſepultus in ſummo choro ante templi ab Iconoclaſtis deuaſtationem adiuncto hoc Epitaphio.

Cuius in hoc templo, Lector, venerabile buſtum
Aſpicias, monitus certior eſto meis.
Nempe Pater tumulo requieſcit Petrus in iſto,
Cui cognomentum gens Godefrida dedit.
Cuique fuit genitor Cornelius iſtius vrbis
Indigena, & gnatus Cœnobiarcha Domus.
In qua Franciſci re fides ſpecioſa propago
Sancti cognomen Tertius Ordo facit.
Vixit in hac luſtris, ſanctiſſima vota profeſſus,
Bis quinque, haud multa. pluſue, minuſue piuſ.
Diuorum factus Myſtes, Chriſtique ſacerdos,
Quattuor æſtates, deinde quaterque decem.
Exegit, facto numquam reprehenſus in vllo,
Integer vſq. adeo, morigeruſque fuit.

Ergo

Ergo illum probitas, necnon dotata maneret,
Præcipuo ornauit ſemper honore Deus.
Principio hanc adem iuſto moderamine rexit,
Præfectus ſancti bis tria luſtra loci.
Hocque gradu aſcenſo, meritis poſcentibus, idem
Ordinis Antiſtes totius inde fuit.
In quo ſic pietas cunctis innotuit illis
Concilij ditio, quos Zeperenſis habet.
Vt ſibi non alium optarent habuiſſe Miniſtrum,
Præfuit annos ſex quinque, quater que, quibus
Expletis, donec vitæ feliciter annis.
Septem, ſed decies addidit, vſque bonus.
Cum Deus æterni moderator, & arbiter orbis.
Euocat ad grati præmia certa poli.
Sol ter quingentos fere ab orto, vt voluerat annos.
Iam Chriſto, & decies quinque quaterque duos,
Dona pruinoſi nam luxerat orta Nouembris
Quarta nunc animæ fauſta precatus, Abi.

De eo agit F. Henricus VVillot Belga Theologus Pariſienſis Ordinis Minorum Prouinciæ Flandriæ Prouincialis in libro *Athenæ Ortodoxorum* ſodalitij Franciſcani pag. 301. & ex eo eo Antonius Poſſeuinus in ſacro Appar. fol. 56.

Petrus Sarnus Siculus Panormitanus, religioſus vita irreprehenſibilis, literatura conſpicuus pro agonizantibus libellum compoſuit inſcriptum *Giardino Spirituale per conforto delli Agonizanti.* Secunda vice poſt eius mortem Panormi impreſſum per Franciſcum Trullium 1623. Aliud opuſculum inſcr. *Breue trattato per conforto delli Afflitti condannati al morire.* Ibidem ex typis Decij Cyrilli 1623.

Petrus Tataretus Pariſienſis nuncupatus Scotiſta ſubtiliſſimus profeſſor Tertij Ordinis S. Franciſci edidit in lucem *Commentaria ſuper Ariſtotelem.* Pariſiis primum impreſſa 1509. Venetijs 1571. deinde 1621. apud Iacobum Sarzinam, diſtributa in tres partes. Scripſit ſuper *quatuor Sententiarum*, opus productum induſtria Cardinalis Sarnani Ordinis Minorum Venetijs 1580. Floruit initio centuriæ decimæ quintæ. De quo D. Silueſter Maurolicus in ſuo Mari oceano Religionum fol. 260. De eo Vadingus ne verbum quidem.

R

Raymundus Lacham diœceſis Toloſæ tempore Reformationis Congregationis Gallicanæ, quæ contigit ſub Clemente VIII. receſſit è Gallia, & noſtris in Italia ſe ſubiecit, fuit Miniſter conuentus S. Antonij de Padua in ſuburbiis Tiburtinis procurauit imprimi typis Cameræ Apoſtolicæ Antonii Bladi opuſculum ſub hoc titulo *Iſta ſunt Indulgentię, priuilegia, & gratia Tertij Ordinis S. Franciſci per plures, & diuerſos Pontifices, &c.* à ſe compoſitum.

Raymundus Lullus Maioricenſis, vir ſingularis vitæ, & doctrinæ non æquę apud omnes opinionis. Maioricenſes, & qui illius adhærent doctrinæ ſummis laudibus extollunt, alij vehementer deprimunt, & in pleriſq; indigne certe traducunt, inquit hic Vadingus, qui tom. 2. & 3. Annalium illum defendit quo ad vitam, & doctrinam. Vadingus hic longo ſermone enumerat eius opera, nobis ſufficiat ea referre per capita. *Primo* namque edidit libros Artium Generalium. *Secundo*, libros Grammaticæ, & Rethoricæ. *Tertio*, libros Logicales. *Quarto*, libros Philoſophicos. *Quinto*, libros Metaphyſicos. *Sexto*, libros Medicinæ. *Septimo*, libros iuris. *Octauo* libros ſpirituales, & contemplationis. *Nono*, libros Prædicabiles. *Decimo* libros Quæ liberales, ſeu variarum rerum. *Vndecimo*, Libros variarum diſputationum, ſeu controuerſiarum.

S

Sanctus Bereta Placentinus nunc Diſcretus Prouincialis S. Antonij Abbatis in ſuburbijs opuſculum *Il Bottone aperto Panegirico* ad Reuerendiſſimum Generalem de Bottonis, excuſſum Parmæ apud Marium Vignam 1644.

Seraphinus Legius Siculus Panormitanus, Sacræ Theologię Magiſter eruditus, non minus à multifaria rerum cognitione, quam ob inſigni humanitate, morumq; comitate ſummopere commendãdus pro ardenti ſua erga Deiparam Virginem pietate, inquit Maraccius in ſua Bibliotheca Mariana, ſcripſit *Nouenam, ſeu Conciones nouem in expectatione partus Virginis*, ſub titulo *Paradiſi animati*. Item, *Conciones ſex de laudibus B. V.* Venetiis apud

Iuntas

Iuntas 1643. in 4. Item *Quadrageſimale* diuiſum in duos tomos, ſub primo ſunt Conciones Mercurii, Veneris,& Dominicæ,cum duobus ſabbatis,Cinerum, & ante Palmas Typis Venetis Bertani 1640. ſub ſecundo continetur conciones Lunæ, Martis, & Iouis, cum tribus ſabbatis Quadrageſimæ, & cum duabus Concionibus S. Petri. Ab eiſdem de Bertanis excuſſum anno 1641. Item *Aduentum Sacrum* cum ſanctis occurrentibus eo tempore Venetiis typis apud Iunctas 1645. Item *Triumphi Quadrageſimales, Stationes Sacræ, ſacra menſa ſolis, &c.* Ibidem eodem anno. Vide,quæ eo dixi cap. 25. num. 9. & 81.

Seraphinus Rotella Siculus Meſſanenſis, qui Cæſenæ Lector fuit Sacræ Theologiæ Doctor produxit in lucem duos libros, vnum inſcriptum *Flores in Ariſtotelis Organum*, ſub nomine fratris ſui, qui appellatur Ioſeph Rotella Siculus Meſſanenſis artium,& medicinæ Doctor. Typis Cæſenæ apud Nerium 1647. Alterum ſub eoden nomine intitulatum *Fructus Honoris in Iſogogem Porphyrij, & vniuerſam Ariſtotelis Logicam.* ibidem impreſſum anno 1649.

T

THomas de Albeinga Luſitanus ſcripſit Luſitanice *Sermones Quadrageſimales.* Vlyſſipone anno 1618. Item, *Conſiderationes ſuper Dominicas poſt Pentecoſtem.* Ibidem anno 1620.

Thomas Capponus Vibiſalienſis, Sacræ Theologiæ Doctor, in conuentu Parmenſi alias Regens, nunc Romæ eodem fungitur officio virtutis, edidit opuſculum contra Experientias, quibus aliqui conantur probare exiſtentiam vacui. Typis Parmenſibus Marij Vignæ 1649.

Thomas Fulginas Tertiarius miraculis, & prophetia clarus, ſcripſit, metrice *Ruinas multarum ciuitatum in Italia, & tribulationem Eccleſiæ*, antequam euenirent.

Thomas Piſæus Seguſianus Congregationis Franciæ Theologus explanauit *Regulam, & Conſtitutiones ſui ordinis.* Anicii typis Guinandi anno 1646. in 8.

V

VIncentius Muſſart Pariſienſis, primus Pater, & Reformator Tertii Ordinis in Gallia Concionator celeberrimus Reginæ Margaritæ edidit Gallice *Regulam Pænitentium Tertij Ordinis S. Franciſci*, cum declarationibus Summorum Pontificum, & expoſitionibus Dioniſii Cartuſiani. Pariſiis anno 1620. Item, *Apologiam ſui ordinis* Nanceï 1632. Item, *Apologiam in gratiam Benigni à Genua Miniſtri Generalis Minorum de Obſeruantia pro ſtabilimento Reformationis in Gallia*. Pariſiis 1622. Item, *Theologiam myſticam per modum meditationis ſuper Euangelia pro omnibus Dominis, feſtis, & diebus anni*. Lugduni 1029. Item, *Deuotionem Præſepij*. Pariſijs 1628. Item, *Flagellum Blaſphematorum*. Obiit Lutetiæ anno 1637, die 17. Auguſti. De quo plura dixi cap. 32.

Vincentius Rothomagenſis, Congregationis Gallicanæ ſcripſit lingua materna *Felicem occurſum*, ſeu Hiſtoriam Beatę Virginis boni occurſus prope Agendicum. Item, *Spoliationem Ægipti*. Item *Meditationes in Hieremiam* Gallice. Item *Conciones infra octauam Corporis Chriſti*. De qua dixi cap. 32. num. 65.

CAPVT XXXIX.

Quod Tertius Ordo S. Franciſci non fuit infectus ſecta Fraticellorum, nec Beguinarum.

1 SEcta hæreticorum, quæ vocatur Fraticellorum, ſeu Fratrum de Paupere vita inſtitutorem, & propagatorem habuit quẽdam Hermanum cognominatum Pongilupum natione Italum, patria Ferrarienſem, circa annum 1277. qui poſt mortem cum per annos fere viginti nouem veneratus à populo tamquam ſanctus exhumatus fuiſſet ab Eccleſia Ferrarienſi, iubente Bonifacio VIII. concrematus fuit anno 1297. Ita Prateolus v. Hermanus fol. 210. Salelles tom. 2. de Materijs Tribunalium S. Inquiſit. libro tertio Regula 277. num. 105. Non obſtante ea concrematione Geraldus Segarellus Parmenſis huiuſmodi ſectam reſtaurauit, & ampliauit, cum Dulcino Nouarienſi, de quibus cum prædictis Vading. tom. 3. ad annum 1317. num. 28. & 42.

2 Alia vero ſecta nuncupatur Beguinorum ſeu Beguardorum, & Beguinarum, quæ habuit inſtitutorem quendam Iacobum Iuſtum, & Bononatum, de qua ſupradicti Auctores, qui eorum referunt errores præſertim Prateolus, & Salelles Reg. 277. & 278. & 279. ad quos remitto lectorem; Sufficit autem mihi probare, noſtrum Ordinem illorum hæreſibus non fuiſſe infectum. Vtrãq; ſectam pro eadem habens Clem. V. condemnauit, vt videri poteſt in duabus eius conſtitutionibus relatis Clem. Ad noſtram 3. de hæret. & Clem. Vn. de religioſis domib.

Primo probatur auctoritate Ioannis XXII. qui in ſua Extrauag. de Relig. domibus id expreſſe decernit, his verbis: *Nonnulli etiam ex ipſis aſſerentes ſe eſſe de Tertio Ordine Beati Franciſci Pænitentium vocato prædictum ſtatum, & ritum eorum ſub velamine talis nominis ſatagunt palliare, cum tamen in Regula ipſius Tertij Ordinis talis viuendi ritus non ſit conceſſus.*

Romanus Pontifex demonſtrat præfatos Fraticellos, ſeu Beguinos

reuera

reuera non eſſe de Tertio Ordine, licet ipſi id aſſerant, ſed falſo, vt exponit Gloſ. v. Aſſerentes, de mente Pontificis, qui reddit rationem huius falſitatis, quia Regula Tertij Ordinis non continet talem ritum Beguinag.j, vnde nec ſunt Fratres Tertij Ordinis, ſed alterius confictí, & improbati à Sede Apoſtolica, cum eorum viuendi modus ſit plenus hæreſibus, & erroribus.

4 Secundo, ſectatores huiuſmodi, vt dicitur in eadem Extrauaganti, contra ſacros canones priuata auctoritate aſſumpſiſſe habitum nouæ religionis, & feciſſe conuenticula, & congregationes profanas, cum à nullo Romano Pontifice fuerint antea approbatæ, vt neceſſarium eſt, nam Innoc. III. relatus cap. fin. de relig. domib. & Gregorius X. in Concilio Lugdunenſi relatus in cap. Vnic. eodem in 6. diuino lumine illuſtrati præuidentes huiuſmodi futuras ſectas, diſpoſuerunt, ne aliquis nouum ordinem, vel habitum nouæ religionis aſſumat, ſed quicunq; ad religionem venire voluerit, ingrediatur vnam de religionibus approbatis: Certum autem eſt, Tertium Ordinem Sancti Franciſci fuiſſe legitime inſtitutum, & approbatum à Sede Apoſtolica, ac proinde non dici nouum, ſed antiquum; non potuerunt ergo Beguini, & Fraticelli reuera ſe aſſerere Fratres de Tertio Ordine, cum eorum modus viuendi eſſet nouus à nullo Romano Pontifice approbatus, bene ergo dicitur in hac Extrauaganti, quod iſti Beguini ſub velamine talis nominis ſcilicet Tertij Ordinis ſatagebant palliare propriam ſectam.

5 Tertio in eadem Extrauag. dicitur, quod quidam eorum habitum, & viuendi ritum profitentur recepiſſe à quibuſdam Epiſcopis, ſeu eorum ſuperioribus, vel alijs eccleſiarum Prælatis, quos nec eis licuit concedere contra formam Concilij Generalis, de quo cap. fin. præcitato quo poſito, infertur, huiuſmodi Fraticellos nequaquam fuiſſe de Ordine Franciſcano, nam Fratres legitimi S. Franciſci recipiuntur à Superioribus Franciſcanis, non ab Epiſcopis, aut alijs Prælatis non Franciſcanis, vt notum eſt, nam cap. 2. Regulæ clare dicit, quod venientes ad hunc Ordinem debent recipere habitum, & profeſſionem à Miniſtro locali huius Ordinis, Fraticelli ergo ab extraneis recepti nullatenus ſunt Tertij Ordinis S. Franciſci.

6 Quarto, nonnulli Prælati, & Rectores Eccleſiarum præſertim in

partibus

partibus Alemaniæ prætendunt, conſtitutionem Clementis V. extenſam cap. 1. de Relig. domib. ſuarum Clementinarum, per quam condemnat, & abolet ſectam, & viuendi modum Fraticellorum, & Beguinarum, comprehendere præſertim mulieres viuentes ſub habitu, & Regula Tertii Ordinis S. Franciſci; obloquentes quoq; contra Fratres Minores, qui ſunt fautores talium mulierum, ac proinde cum illis eſſe obnoxios excommunicationis. Super hac re Fratres Minores, conquesti idem Pontifex Ioannes XXII. in alia conſtitutione, quam extendi ſub num. 20. fol. 32. in noſtro Archiuio apertius declarat, Fratres, & Sorores Tertij Ordinis non comprehendi in ea conſtitutione condemnationis Beguinarum ſub num. 5. his verbis: *Cum itaque conſtitutio prædicta ad ipſos Fratres, & Sorores Tertij Ordinis minime ſe extendat, uniuerſitati veſtræ mandamus quatenus memoratos Fratres, & Sorores de Tertio Ordine prælibato vel Fratres Minores ſeu quoſuis alios occaſione præmiſſa nullatenus moleſtetis.* Manet ergo indubitatum calumniam eſſe dicere Fratres, & Sorores Tertij Ordinis eſſe de ſecta Beguinarum, & Fraticellorum.

7 Quinto, idem Ioannes Pontifex ijsdem conquerentibus ſcribit Epiſcopo Biſuntino, & aliis Prælatis per ſuam Bullam extenſam à me ſub num. 21. fol. 37. vt defendant omnino Fratres, & Sorores Tertii Ordinis à calumniis inuidorum, quia non ſunt de ſecta Fraticellorum, & Beguinarum. Id ergo luce clarius eſt.

8 Sexto, Innocentius VIII. per ſuam Bullam 172. à me extenſam fol. 309. intendens aliquorum obloquentium de profeſſoribus Tertii Ordinis, quod ſequantur ritus Beguinarum, & de earum ſecta ſint, audaciam, & præſumptionem temerariam comprimere, & aliorum timoratæ conſcientiæ dubitationibus ſuper hac re occurrere, decernit, & declarat his verbis: *Paci conſcientiarum ſic dubitantium conſulere, & ſcrupulum de illis remouere cupientes, etiamſi in communi viuentes, ad plura alia, quam Ordo ipſe exigat, ſe propria voluntate adſtringant, & tria vota eſſentialia emittant, in conſtitutione prædicta non includi auctoritate Apoſtolica, præſentium tenore declaramus, vt eis, & vellum nigrum aſſumere, & ſub perpetua clauſura manere libere, & licite valeant.* Hæc ibi Pontifex de anno 1487. Idem declarauit Ioannes Epiſcopus Leodienſis, vt apparet in Archiuio noſtro Inſtr. 2. fol. 683.

Rem

Rem hanc Vading. tom. 3. ad annum 1317. à num. 24. ad 41. fuſè proſequitur, vindicando ſuum Ordinem, & noſtrum ab huiuſmodi calumnia Fraticellorum, & Beguinarum, qui nonquam infecerunt Ordines Franciſcanos.

Dices, Fratres Tertiarii in Belgio, præſertim Bruxellis, & Antuerpię vocantur Beggardi, ergo ſunt de hac ſecta Beggardorum, ſeu Beguinarum, quod idem eſt. Deinde idem Ioannes XXII. in ſua Bulla 22. in eodem noſtro Archiuio fol. 44. mandat nonnullis Archiepiſcopis, & Epiſcopis, vt examinent Tertiarios ſuper nonnullis erroribus Beguinarum delatos.

9 Ad primum obiectum reſpondeo primo, dictum cognomen, ſeu titulum habuiſſe ab initio naſcentis ordinis, vt probatur ex libro Statutorum Fratrum Congregationis Sepperenſis Antuerpiæ impreſſo anno 1646. in quo fol. 15. ſic notatur: *Amplexi ſunt eam* .i. Regulam Tertij Ordinis, *nonnulli dicti Begardi ſolo caritatis vinculo hactenus colligati, in eoq; iuxta Regium vatem Pſal. 127. Beati, quod labores manuum ſuarum manducarent. Ioannes Grammay in Hiſtoria Belgij ſcribit quod in vetere apud eos tabula legerit illos fuiſſe ab æuo Ducis Godefridi, ſiue initio ſeculi vndecimi. Inter hos fuerunt nonnulli anno 1128. vrbem Antuerpiam ingreſſi, vt habet vetuſtus quidam apud eos liber in pergameno continens quædam illorum Archiuia. Alij vixerunt Traiecti ad Moſam, quorum antiquitatem teſtatur copia teſtimonio Notarij publici cum principali collationata, &c.*

Ex his habes Fratres Tertii Ordinis in Belgio nomen accepiſſe à nonnullis fidelibus in vnum viuentibus, ſed ſine Regula, ſola caritate, & amicitia coniunctis, qui poſtea receperunt habitum Tertij Ordinis, in quo retinuerunt, & propagarunt idem nomen Begardorum. Si iſti Begardi erant initio ſeculi vndecimi ſecundum Grammaium, non poſſunt dici de Secta Fraticellorum, aut Beguinarum, cuius auctores nondum erant nati. Illos autem priores Dei ſeruos puto nomen Begardorum accepiſſe ab eorum matrona Begarda illuſtri ſanctitate, de qua in Martyrologio Romano ad 17. Decembris: *Andania apud ſeptem eccleſias Beatæ*
10 *Beggę Viduæ Sororis S. Gertrudis.* Baronius ibidem ex Vuardo in Indic. Sanctorum Belgij inquit: *Sancta Begga matrona patrem habuit Pipinum primum Ducem Brabantiæ, & maiorem domus in Auſtraſia,*

ſtraſia, germanam vero Sororem Sanctiſſimam Gertrudem. Hae Auguſto viro ſuo perempto, Romam adijt dominam mundi, & eccleſia caput. Vnde cum benedictione Papa, & donata reliquijs reuerſa, in honorem ſeptem Eccleſiarum Romanarum Andana ad Moſam cęnobium ſeptem Eccleſiarum fundauit. Sigibertus de eius morte ad præfatum diem 17. Decembris agit ad annum 698. A Sancta Bega ergo nomen acceperunt illi antiqui Dei ſerui, & ab his idem nomen noſtri conſeruarunt vſq; ad hodierna tempora, in illis enim locis Antuerpiæ, & ad Moſam conuentus habent, vt retuli ſupra ſub cap. 31.

11 Reſpondetur ſecundo, in rigore loquendo, aliud eſſe Begardos, quo noſtri titulo in Belgio denominantur, aliud eſſe de ſecta Beguinarum, & Beguardorum, ſeu Fraticellorum; Clemens enim V. qui condemnauit hanc ſectam in ſuis *Clem. Ad noſtram* 3. *de hęret. & Clem. Vn. de relig. domibus, & Ioannes XXII. eodem tit.* vocant eos Beguardos, nonquam Begardos, ergo ſtando in rigore dictionum, & verborum Begardi non ſunt de ſecta damnata, cum de his ne verbum quidem.

Ad ſecundam obiectionem reſpondet Vading. tom. 3. ad annum 1322. num. 66. Illos Epiſcopos, quibus examen commiſſum fuerat, nihil reperiſſe contra Tertiarios, qui fuerant calumniati, & traducti à maleuolis, vt etiam docui in Archiuio ex eodem Auctore, ad Bullam 22. fol. 44.

CAPVT XXXX.

De nonnullis prętermiſſis operi appoſitis.

1 HOminis memoria labilis eſt, ex Iureconſulto *in l. Peregre 44. ff. de aquir. poſſeſſ.* diuinum enim eſt, omnium tenere memoriam, *l. 2. §. Si quid autem C. de veteri iure enucl.* Vnde memoria vltra annum non habetur, *ex l. Si arbiter 28. de probat.* Quare mirum non eſt, ſi poſt debitam diligentiam obitus ſum nonnulla, quæ poſterorum memoriæ ſunt commendanda hoc vltimo capite, ſicut & nonnulla corrigenda.

2 Sub Prouincia Romana cap. 21. fol. 391. dictum fuit, noſtros habuiſſe conuentum prope S. Hieronymum iuxta S. Stephanum in Rotundo ab illis incolatum anno 1472. & inantea, qui locus anno ſequenti datus fuit à Sixto IV. Clarenis, qui geſtabant ſcapulare vtrinque acutum, vt faciunt noſtri. ita Marcus *par. 3. lib. 6. cap. 29.* Lucas Vading. ad annum 1473. num. 11. vocans noſtros Fratres Tertij Ordinis de Feſulis, qui dictum conuentum ante Clarenos inhabitabant. Clarenos autem illuc introduxit quidam F. Petrus Hiſpanus vir ſagax, qui à Sixto IV. multa impetrauit pro ſua Congregatione. Vide etiam Martyrol. ad 24. Septembris §. 4.

3 In Catalogo Diaconorum Titularium S. Coſmi de Vrbe inter alios nominatur Gulielmus fol. 388. qui ſic deſcribitur à Vadingo ad annum 1310. num. 2. nempe Gulielmus Arcuſatus Burdegalenſis SS. Coſmæ, & Damiani Diaconus, poſtea Presbiter S. Pudentianæ. De ipſo autem mentionem facit occaſione cuiusdã controuerſiæ in Religione orta circa modum obſeruandæ paupertatis religioſæ in ordine Minorum, ſuper qua cum nonnullis alijs Cardinalibus à Clemente V. deputatus fuit.

4 In Prouincia Mediolanenſi pro conuentu Cremonæ fol. 326. dictum fuit, prædictum conuentum ſub nomine S. Saluatoris non fuiſſe Parochialem anno 1400. poſtmodum erectam 1484. à Iacobo Antonium de Turre Epiſcopo Cremonæ. Sed poſtea inueni aliud inſtrumentum, ſeu potius Bullam, in qua ſub datum

1439.

1439. Eugenius IV. Chriſtophoro Abbati Canonico Regulari de Friſonaria concedit Eccleſiam S. Petri de Pado Cremonæ, olim Ordinis S. Benedicti, habentem vnitas alias duas eccleſias curatas, vt expreſſe in ea narratur, nimirum S. Saluatoris, & S. Pauli. Verba autem Bullæ, quæ faciunt ad rem noſtram ſunt hæc: *Necnon Parochialem Eccleſiam S. Saluatoris Cremonæ, infra cuius Parochiæ metas, vt ipſi Canonici aſſerunt, quindecim domus habitatæ non exiſtunt, & cuius quatuor; necnon Parochialis Eccleſiæ S. Pauli etiam Cremonæ, quæ membrum dicti Monaſterij* ſcilicet S. Petri de Pado, *exiſtit, octo & brenorum auri de camera fructus, redditus, & prouentus annuus non excedunt Monaſterio prædicto S. Petri perpetuo vnimus, annectimus, & incorporamus.* Et in fine Bullæ de Eccleſia S. Saluatoris, quæ in noſtris bonis eſt, ſubdit ſequentia: *Ac volumus, quod propter vnionem, annexionem & incorporationem prædictas dicta Eccleſia S. Saluatoris debitis non fraudetur obſequijs, & animarum cura in ea nullatenus negligatur, ſed eius congrue ſupportentur onera conſueta.* Notum ergo eſt Eccleſiam S. Saluatoris ante annum 1439. fuiſſe Parochialem; ſed cur dicitur erecta de anno 1484. à Iacobo Antonio de Turre Epiſcopo Cremonenſi, & quod ei præfecerit in Curatum F. Arcangelum in alio inſtrumento? Reſpondetur, Eccleſiam S. Saluatoris noſtris datam fuiſſe ab Abbate de licentia Sedis Apoſtolicæ, ſed ſine cura remanente hoc onere apud ipſum Abbatem, ſed poſtmodum eam neglectam tranſtulit in Fratres Tertii Ordinis, qui iam multo tempore ante locum, & Eccleſiam regebant cum laude, & vtilitate fidelium, vnde meruerunt aſſequi munus Parochiale. Nondum tamen

5 locum obtinebant de anno 1444. vt colligitur ex Bulla Eugenij ſub num. 124. in Archiuio.

6 *Subijcio Bullam Pauli III. quæ peruenit ad manus poſt impreſſionem Archiuij, extentam per Vadingum tom. 8. ſub numero ſecundo, extractam per eundem ex Regiſtro Ciſmontano fol.* 87. *Tenoris ſequentis.*

Dilectis filijs Fratribus, & Sororibus Tertij Ordinis S. Franciſci de Pænitentia nuncupatis per Italiam conſiſtentibus.

Deuotionis veſtræ ſinceritas, &c. Exponi Nobis nuper feciſtis, quod alias pro parte tunc exiſtentium Fratrum, & Sororum Tertij Ordinis S. Franciſci de Pænitentia nuncupatorum per Italiam conſiſtentium,

ſiſtentium, felicis recordationis Sixto Papæ IV. prædeceſſori noſtro expoſito, quod licet plures Romani Pontifices Ordinis, ac Fratribus, & Sororibus eiusdem Ordinis diuerſa pro eorum immunitatibus conceſſerint priuilegia, ac quod illis tamquam perſonæ eccleſiaſticæ, & religioſæ frui, & gaudere debuiſſent, nihilominus Communitates Ciuitatum, Poteſtates, alijq; Officiales locorum Italię in dies noua eis tam in rebus, quam in bonis indicebant grauamina.

Et propterea idem Sixtus prædeceſſor noſter per ſuas ſub plumbo expeditas literas Communitatibus, Poteſtatibus, & Officialibus præfatis ſub excommunicationis latæ ſententiæ pæna, eo ipſo, ſi contrafacerent, incurrenda, eisdem Fratribus, & Sororibus grauamina aliqua inducerent, aut ipſos Fratres, & Sorores quominus gauderent priuilegijs, & immunitatibus tam fori, quam perſonæ, & rerum, ſicut aliæ perſonæ eccleſiaſticæ, quomodolibet impedirent, inhibuit, mandans vniuerſis, & ſingulis Patriarchis, Archiepiſcopis, & Epiſcopis, & alijs perſonis eccleſiaſticis, quatenus eis in præmiſſis defenſionis præſidio aſſiſtentes non permitterent, aliquem contra ipſius inhibitionis tenorem quomodolibet moleſtari. Contradictores auctoritate Apoſtolica, appellatione poſtpoſita compeſcendo, prout in literis eiusdem Sixti prædeceſſoris noſtri plenius dicitur contineri.

Et ſicut eadem expoſitio ſubiungebat, vos deſideratis, literas Sixti prædeceſſoris huiuſmodi pro illarum ſubſiſtentia firmiori per nos confirmari, & approbari. Quare Nobis humiliter ſupplicari feciſtis, vt vobis in pręmiſſis opportune prouidere de benignitate Apoſtolica dignaremur.

Nos gratioſo fauore vos proſequi volentes, literarum prædictarum, aut ſcripturarum, & inſtrumentorum quorumcunq; ſuper præmiſſis omnibus, & ſingulis forſan confectorum tenores, continentias, & formas præſentibus pro ſufficienter expreſſis habentes, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati, præmiſſa, ac prout illa concernunt, omnia, & ſingula in eis contenta, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium confirmamus, ac eis robur perpetuæ firmitatis adijcimus, & inuiolabiliter obſeruari debere decernimus, ſupplentes omnes, & ſingulos tam iuris, quam facti defectus, ſi forſan interuenerint in eisdem.

Non

Non obſtantibus præmiſſis, ac conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, &c. Cæteriſq; contrarijs quibuſcunq; &c. Datum Romæ apud S. Petrum ſub anulo Piſcatoris die 24. Maij 1535. Pontificatus noſtri anno primo.

*Bulla Sixti IV. hic citata reperitur in Archiuio noſtro extenſa ſub num. CLXI.incip.*Sacroſancta *fol.* 282.

7 Non omittam referre huc honoris gratia Prouinciæ Bononienſis nunc in ea reperiri duos Sacræ Thologiæ Magiſtros in Vniuerſitatibus Lectores publicos, nimirum Bononiæ Dominicum Vallam Bononienſem, Cæſenæ vero Franciſcum Mariam Ribanum pariter Bononienſem, qui in illis Vniuerſitatibus magna cum laude legunt ambo Philoſophiam; quibus in ciuitate Neapolitana adiungo Alonſum, ſeu Alphonſum de Luna Hiſpanum ibidē publicum Lectorem. Pro ciuitate Aſſiſij, & eius diſtrictu electus fuit in Vicarium Generalem officij S.Inquiſitionis M. Franciſcus Riccius de Maſſa anno præterito 1657. qui officio ſuo honorifice fungitur. Vix tetigi eorum officia ad perpetuam rei memoriā, nihil dico de eorum eximijs virtutibus, ne eorum modeſtam humilitatem erubeſcentiæ ambitionis ſubijciam, ſecutus diuinum ſermonem: *Ne laudes hominem in vita ſua*. Ideo hæc recenſendo exiſtimo religionem extollere, non perſonas exaltare. ommitto referre Conſultores S.Inquiſitionis, & Examinatores Epiſcoporum, & Thologos Cardinalium, & Prælatorum, ne ſim alijs odioſus, aut prolixior, qui tamen plures ſunt in hac noſtra Prouincia Bononienſi.

8 In Inſtrumento 59. fol. 823. fit mentio de quodam F. Ioanne de Schifito, qui anno 1515. quo recepit poſſeſſum conuentus Siclitani, tunc de Ordine Minorum, eodem tempore erāt Guardianus S.Mariæ de Ieſu Terræ Modicæ, de quo Sicli conuentu plura dixi cap.25.num.1. fol. 410. de quo Martyrol. Franc. ad 6. Decembris, & §.9. hæc habet.

9 *Catana in Sicilia B. Ioannis Schifiti confeſſoris, qui plenus caritate innumeris exornatus eſt à Deo miraculis.* In Comment. vero eo §. 9. ſequitur his verbis: *Siculus erat natione, patria Motcenſis, omni virtutum genere, præcipue vero in Deum, atq. in proximum caritate præditus: quapropter innumeris miraculis decorari meruit. vt Gonzaga teſtatur par. 2. in conu S. Mariæ de Ieſu Catan qui eſt 6. Prou. Siculæ.*

culæ. Clarebat anno 1450. Daza par. 4. Cronic. lib. 1. cap. 28. De eo etiam fit mentioin par. 4. Cronic. per Cimarellum lib. 8. cap. 29. extremis verbis. De hac Terra, ſeu Comitatu dixi ſuo loco cap. 25. num. 20. fol. 434.

10 Sub capite 13. omiſi ordinem, quo debent eligi Definitores Generales per turnum Prouinciarum, ad formam conſtitutionis Gregorianæ exrenſæ in Archiuio fol. 634. vbi recenſui eum ordinem, quem hic ſubjcio commoditatis ergo.

Turnum in electionibus huiuſmodi ſic exercendum eſt.

Sub primo continentur Prouinciæ Calabriæ, Neapolitana, Aprutimana, & Marchiana.

Sub ſecundo recenſentur Prouinciæ Bononienſis, Vmbrienſis, Rona, & Dalmata.

Sub tertio numerantur Mediolanenſis, Brixienſis, Veneta, & Siculana. Is autem ordo pro executione dictæ Bullę cæpit obſeruari in Capitulo Generali Romæ peracto anno 1628. iuxta primum turnum, vt apparet in libro Actuum Capitulorum Generalium fol. 15.

Dictum fuit ſub cap. 36. B. Carolum de Monte Granello inſtituiſſe alium ordinem, qui nuncupatur de Feſulis, ſub inuocatione S. Hieronymi. Quæret forſan aliquis cur hunc honorem dederit D. Hieronimo, & non alteri Sancto?

11 ℞. Eam eſſe cauſam, quia S. Doctor ſpeciali amore, & protectione Ordines Franciſcanos proſequebatur, vt refert Vading. tom. 7. ad annum 1484. num. 19. & 41. ſub primo namque numero refert B. Cherubinum Sepoletanum Minoritam pluries allocutum fuiſſe Sanctum Doctorem, qui ei reuelauit, ab exordio Regularis Obſeruantiæ, quadraginta quatuor millia Minoritas in cælum euolaſſe. Sub poſteriori vero numero recenſet, B. Euphroſinam accepiſſe ab eodem Cherubino, cuius animam viderat conſcendere in cælum, Sanctum Hieronymum ſpeciali amore proſequi inſtitutum Franciſcanum, quia adamant plus alijs Chriſti paupertatem, & quia curam habent ſanctorum locorum, in quibus Chriſtus habitauit, & quæ S. Doctor viſitauerat. Sub inuocatione Sancti Doctoris Beatus Angelus de Corſica, & ſupra alias congregationes inſtituerunt, vt ibidem dixi.

CALENDARIVM

Sanctorum, & Beatorum Ordinis, quorum officium celebratur à Fratribus, & Sororibus eiusdem Ordinis.

12 OPere pretium eſſe duxi ſubijcere ad perpetuam rei memoriam Calendarium Sanctorum, & Beatorum Ordinis, de quibus celebratur officium, tam antiquum, quam modernum vtrunq; ſimul miſcendo, iuxta antiquiſſimam conſuetudinem Patrum noſtrorum. Primum autem Calendarium fuit coæuum conſtitutionibus editis anno 1475. ex proœmio Regulæ, & cap. 15. eiusdem. Quod Calendarium continebat feſta ſequentium Sanctorum cum eorum octauis, nimirum Lucij confeſſoris primogeniti huius Ordinis, Ludouici Regis Francorum, Rochi, Iuonis, Elzearij, Roſæ virginis, Angelæ viduę de Fulgineo, & Eliſabeth Reginę Vngarię, de quibus fit mentio in Bulla 224. noſtri Archiuij, Pauli III. anno 1547. de Confectione Calendarij apud noſtros in Hiſpania, & Portugallia pręſcribitur in altera Bulla 225. eiusdem Pontificis confirmantes Conſtitutiones, ſeu Regulam eorum. Aliud vidi Calendarium manuſcriptum de anno 1550. vbi, pręter ſupradictos ſanctos recenſentur Margarita de Cortona, Coleta virgo, Viridiana virgo, de Caſtro Florentino in Tuſcia, Clara de Monte falco virgo, Delphina virgo coniux S. Elzearij, Corradus Placentinus noſtris temporibus, Franciſca vidua Romana, Eliſabeth Regina Portugallię, Birgitta vidua Regina Suetię. Prędictis noſtri Galli Congregationis Francię addiderunt Translationem S. Elzearii ſub diem 18. Iunii, cuius feſtum iam celebrabatur 27. Septembris, pariter feſtum S. Iuonis die 19. Maii, quo obiit in Domno, cuius translatio celebratur die 27. Octobris, mutando in oratione verbum *Solemnitate* in eam Translatione, quamquam recitari etiam poteſt ſine mutatione, quia Translatio eſt ſpecies ſolemnitatis.

O 2 Quod

Quod de prędictis ſanctis poſſit fieri officium habetur Bulla Vrbani VIII. extenſa in noſtro Archiuio ſub num. 289. fol. 289. & Decretum S. Congregat. in eodem Archiuio Decr. 17. & 18. Et licet in prędictis fiat mentio de S. Canonizatis, noſtri tamen proſecuti ſunt facere officium etiam de Beatis Viridiana, Coleta, Clara, de Monte Falco, & Delphina, quę conſuetudo non reiicitur in Rubricis Breuiarii, ſed laudatur. Ne autem Calendarium, quod vltimo impreſſum fuit Parmę de anno 1643. excidat, breuiter illud ſubiicio quo ad diem, & qualitatem officij.

Corradi duplex maius 19. Februarii.

Margarita nec virginis, nec martyris duplex maius 23. eiuſdem.

Coletæ virginis duplex minus 6. Martii.

Franciſcæ viduæ duplex minus 9. eiusdem.

Angelæ viduæ Fulginei duplex maius 30. Martij.

Lucii confeſſoris duplex maius 15. Aprilis.

Eliſabeth viduæ Reginæ Portugallię duplex maius 4. Iulii.

Rochi confeſſoris duplex maius 16. Auguſti.

Claræ virginis de Monte Falco 18. eiusdem.

Ludouici confeſſoris Regis Francorum patroni ordinis duplex primæ claſſis cum octaua 25. Auguſti.

Roſæ virginis duplex maius 4. Septembris.

Elzearii confeſſoris duplex ſecundæ claſſis 27. Septembris.

Birgittæ viduæ Reginæ Suetiæ ſemiduplex 8. Octobris.

Iuonis confeſſoris translatio duplex ſecundę claſſis 27. Octobris.

Eliſabeth viduæ Reginę Vngarię noſtri Ordinis Patronę duplex primę claſſis cum octaua 19. Nouembris.

Nota autem quod in Miſſa Sanctorum prędictorum dicitur Credo in duplicibus primę, & ſecundę claſſis, & in duplicibus maioribus, non in aliis, hęc eſt certa Regula. Poſſumus etiam recitare ſine dubio de Translatione SS. Iuonis, & Elzearii.

Feſtum autem B. Veridianę primo Februarii celebratur. B. vero Delphinę 27. Nouembris. à Fratrib. & Sororib. Congreg. Galliæ.

Quomodo autem ordinanda ſit concurrentia, ſeu occurrentia plurium feſtorum ad inuicem, facile colligitur ex qualitate eorum, ſi ſciunt Rubricas, ideo ſingulis appoſui propriam qualitatem duplicis, &c.

De

De Hibernis conuentibus vltra alios recenſitos ſub cap. 34. 16.

In Prouincia Momonia.

1 Killinnandealamba quod latine ſonat Cellula imaginum in diæceſi Imilacen.
2 K.ll an Vrahar .i. Cella in diæceſi Corcagienſi.

In Prouincia Lagania.

Eſt locus paruus prope Caſtellum Domini Vuorlonge iuxta Pillam in comitatu Vuexfordiæ in via recta quaſi medio itinere inter Vuexfordiam, & Roſſam.

In Media.

Eſt Eremitorium Slamenſe in quo quidam D. Baro Slamenſis Pænitentis habitu ſuſcepto ſe perpetuo incluſit in quadam cauerna, ex qua audire poterat Miſſam, quæ celebratur in ſummo Altari. Et ibi ablegatis curis ſecularibus vitam ſanctam traduxit, & pie mortuus eſt.
Eſt & aliud Monaſterium in Regione dicta Mag Vreakry, dictum Villa Sacerdotum in diæceſi Ardachadenſi.
In his autem Prouincijs fuerunt plura huius inſtituti loca, ſed quia in illis à multo tempore propter frequentiorem incolatum Anglorum Fratres habitare non poterant, ideo eorum excidit notitia. In Vltonia vero, & Coracia multo plura reperiuntur, vt ſequitur.

In ea Regione Vltoniæ, quæ vulgo vocatur Clann Aodh Buide.

1 Eſt locus de Gleann arma, vbi ab hæreticis Anglis ſuſpenſus fuit quidam Tertij Ordinis religioſus diæceſis Conerenſis.
2 Maſraona eiuſdem diæceſis.
3 Gleanbegg eiuſdem diæceſis.
4 Ardmicnaſia diæceſis Dunenſis.
5 Bunanmarguid diæceſis Conerenſis.
6 Lan more,

In Tironia, quæ eſt ſecunda Regio Vltonia.

1 Scarib an Cheotruiñ.
2 Fomach.
3 Villa Sacerdotum prope Dungearaiñ.
4 Comrac.
5 Populus.
6 Villa Sacerdotum iuxta Dunmor.

In tertia Regione dicta Tireonelia.

1 Killmichenain dioec. Rapoten.
2 Kill ò Donair.
3 Villa mic Suibne na duo.
4 Villa Fidetaic.
5 Fan an Charrha.

In Prouincia Conacia.

1 Motta vulgo Baile an Mota diæceſis Elfinenſis.
2 Curia Roderici vulgo Cuirt Ruaidri diæceſis Achadenſis.
3 Roſeirc diæceſis Aladenſis.
4 Muirſce diæceſis Mayoenſis.
5 Buires Ceara eiuſdem diæceſis.
6 Cellula Brenani vulgo Killin Bhrenain diæc. Tuamenſis.
7 Inſula Aran vulgo Ara na noemh.
8 Cluain diæceſis Clonfertenſis.
9 Cella Pauper vulgo Kill Bhocht eiuſdem diæceſis.

14 *In Britannia recenſentur ſequentes conuentus.*

Conſtantiam prope conuentus S. Siluerij antiquiſſimus. Vbi requieſcit corpus B. Salauini Confeſſoris Presbiteri profeſſi huius Ordinis ex ciuitate Landaueni, vbi pie colitur à fidelibus.
Dolenſis vrbis S. Michaelis.
Maclouenſis Dominæ noſtræ de Inſula. Vbi venerantur reliquiæ B. Heruæi profeſſione laici.

Dinanum

Dinanum apud vrbem S. Bernardi Abbatis.
Venetam prope vrbem S. Euſebij Confeſſoris.
Coriſopiti ciuitatis in diæceſi Cornubienſi S. Corentini Epiſcopi, & Confeſſoris. Hic veneratur B. Agnes Soror ibidem nata.
Pontiſabbatis ciuitatis eiusdem diæceſis S. Annæ Deiparæ.
Penmarch oppidi eiusdem diæceſis S. VVoui Epiſcopi, & Confeſſoris.
Sanctæcrucis oppido eiusdem diæceſis S. Melani.
Hodierni oppidi S. VVingolai Abbatis eiusdem diœceſis.
Trecorenſi in ciuitate S. Pauli Epiſcopi, & Confeſſoris.
Brioci in ciuitate S. Anſelmi.
Redonarum in ciuitate S. Iuonis Confeſſoris.
Vitrei in ciuitate, diæceſis Redonenſis S. Iacobi Apoſtoli.
Nanetenſem prope ciuitatem S. Sampſonis Epiſcopi.
Guerendi in ciuitate, diæceſis Nanetenſis S. Paterni.
Croſeci prope ciuitatem, eiusdem diæceſis, conuentus S. Michaelis nuncupatus *in periculo maris*, quia in plano prope litus fluctibus maris agitatur, modo ſiccus, modo madefactus.
Andegauum prope conuentus *della Rondier* S. Ioannis Baptiſtæ.
Dunenſis Caſtelli in diæceſi Carpatenſi S. Philiberti.
Leonienſis conuentus S. Guinelli Abbatis diœceſis ciuitatis S. Pauli.
Boſcouium prope eiuſdem diæceſis S. Macarij Abbatis.
Pontiſcrucis eiusdem diæceſis S. Rochi confeſſoris.
Landernenſi in ciuitate eiuſdem diæceſis S. Mariæ Magdalenæ.
Religioſi noſtri in prædictis locis Britanniæ ſubiecti ſunt Epiſcopis, ſub quorum regimine viuunt in Obſeruantia regulari, vt mihi retulerunt, qui notam prædictorum conuentuum tradiderunt.

Finis Operis.

INDEX

Contentorum in hoc Opere.

Primus numerus indicat Capitulum, ſecundus numerum marginalem.

A

ABulenſis conuentus cap. 34.*num.*2.
Ætij conuentus 19.15.
Ægidius Cignus Definitor Generalis 13.53.
Agapitus Berſanus Cremonenſis.
Aginenſis conuentus 32. 93.
Agirenſis locus 25. 5.
Agrigenti monaſterium Fratrum 25. 3. *Sororum* 25. 56.
Albertus de Caſalbutano Commiſſarius Generalis. 13. 40.
Alcami locus 25. 15.
Alexander de Sala Generalis 13. 19.
Alexander de Bernerijs Parmenſis Epiſcopus Lauda 15.3.
Alexander Cardinalis Farneſius dedit conuentum Romanum 20.2.
Alexandri Papæ VII. Bulla pro Gallis 12. 118.
Alexandrinus conuentus 15. 27.
Allegationes in cauſa viſitationis 10. 34.
Alphonſus de Barco Commiſſarius in Regno Neap. 13.40. & *cap.*15.26.
Alphonſus Hiſpanus pro conuentu Cunei 15.29.
Amanthea locus 24. 13.
Ambroſius Corlius Definitor Generalis 13. 52. *cap.* 18.28.
Ambroſius de Caſſino pro conuentu Montisbelli 15.3.
Ambroſius Iugo Siculus 25.76.
Ambroſius de Mediolano pro conuentu eodem 15.3.
Ambroſius de Gorla pro conuentu Comi 15.4.
Amerinus conuentus 20.7.
Ancona conuentus 19. 10.
Andreas de Franceſchinis Generalis 13. 3.
Andreas de Mediolano Miniſter Montisbelli 13. 8. *cap.*15. 26.
Andreas de Mairola 15. 4.

Andriæ

Andria conuentus 23.24.
Angelina de Corbara profitetur ſolemniter 8.18. *inſtituit moniales ſub tribus votis* 35.2.
Angela de Deſenzano inſtituit congregationem 36.8.
Angelus de Como Prior Fauentiæ 18.7.
Angelus beatus de Clauaſio 15.29.
Angelus de Parma 18.25.
Angelus Gallus edidit opera 32.67.
Angelus de Blanchis 22.7.
Angelus de Corſica inſtituit religiones 36.3.
Anna ſancta veneratur ſingulis hebdomadibus in Sicilia 25.9.
Annus emboliſmalis, & communis quid 1.18.
Anſeres inſignia S. Franciſci 2.25.
Antonius de Maſſa Prouincialis Ducatus Spoleti 13.27. & 52. *cap.* 23. 29. *cap.* 20.6.
Antonius Paſcua Generalis 13.14.
Antonius Luſcatus Generalis 13.16.
Antonius de Paſſarijs Generalis 13.20.
Antonius de Sillis Generalis 13.50. *Procurator Generalis* 13.53. *cap.* 18.25.
Antonius de Francauilla pro Montebello 15.3.
Antonij Sancti martyris Calaritani corpus iacet in conuentu Laureti Placentiæ 15.20.
Antonius de Braida Pedemontanus 15.25.
Antonius Maria Imolenſis 18.26.
Antonius Ronchonus Matematicus 18.29.
Antonius Scataretica 25.31.
Antonius à Petra 25.71.
Antonius de Capua 21.13.
Antonius de Flore 22.12.
Antonius de Ianua pro conuentu Cluſino 29.13.
Antonius de Monte Politiano 29.14.
Antonius Pappon Gallus 32.21.
Antuerpienſis locus 31.4.
Apprutiana Prouincia cap. 12.
Aquilanus conuentus 22.4.
Aquilenſis conuentus 32.78.

Archangelus Guerrinus Generalis 13. 12. & 18. & *cap.* 15. 1.
Arcangelus Puccius Regienſis 15. 10.
Arcangelus Traina Siculus 25. 11. & 25.
Arcangelus Bartolucius 15. 27.
Ariminenſis conuentus 28. 6.
Arſcotenſe monaſterium 31. 6.
Arſulanus conuentus 21. 3.
Aſtoricenſi in diœceſi monaſteria 34. 3.
Aſſiſianus conuentus 20. 5.
Aſſori monaſterium 25. 11.
Aueniomenſe monaſterium 32. 100.
AnZani monaſterium 22. 12.
Auctoritas negatiua non probat in Hiſtorijs 4. 8.
Aumalenſis conuentus.
Aurelius Vimercatus Prouincialis 15. 14. *cap.* 18. 10.

B

B*Aptiſmus delet originale* 1. 10. *Differri poteſt* 1. 14.
Baſilius Gariboldus 15. 15.
Bariſiani monaſterium 22. 1.
Barnabas de Auria Genuenſis 15. 25.
Bartolomęus Cutronus 25. 29.
Bartolomæus Cumanus beatus filius S. Franciſci cum facultate conferendi habitum 12. 36. 39. 57. 61. 66. & 80.
Bartolomæus Bonamicus primus Generalis 13. 1.
Bartolomæus Blandus 22. 1. & 2.
Bartolomæus de Moretis Generalis 13. 42.
Bartolomęus Monferinus Cremonenſis 15. 42.
Bartolomæus Generalis Congregationis Zeperenſis 31. 1.
Baiocenſis conuentus 32. 59.
Beguinagium nonquam inficit Tertiarios cap. 39.
Belgica Prouincia 31.
Bellica ſtri locus 24. 17.
Beltiiocenſis locus 32. 97.
Bellonacenſis locus 32. 29.
Beluederij conuentus 34. 18.

Beneacenſis

Beneacenſis locus 32. 75.
Benedictus Bellotus primus Generalis ex reſtitutis 10. 12. 45. *pro conuentu Colleſcipionis* 20. 3.
Benedictus fidelis Agyrenſis 13. 52. *cap.* 25. 82.
Bernardinus de Maſſa 13. 52. *cap.* 20. 1.
Bergomi conuentus 16. 7.
Bernardinus Baleſtra 13. 53.
Bernardinus Negra Calaber 24. 10.
Bernardus de Septemagnis Generalis 13. 15. 17. *&* 24.
Bernardus Placentinus Generalis 13. 25. *cap.* 15. 6.
Bernardus Sabbia Siculus 13. 52. *cap.* 25. 15. *&* 84.
Bettonij conuentus 20. 11.
Betulæ conuentus 15. 5.
Beuanij conuentus 20. 10.
Birgitta inſtituit Congregationem 36. 8.
Biſinianum monaſterium 24. 2. *&* 8.
Blaſius Carfagnana Viſitator Marchiæ 19. 5.
Boetius martyr Epiſcopus 37. 6.
Bolognani conuentus 22. 6.
Bona beata induta habitu à S. Franciſco 3. 2.
Bona Tertiarij ſemper poſſederunt 8. 36. *nunc in communi tantum* 9. 19.
Bonauentura Muſa recepit conuentum Parmenſem Quarterij 18. 10.
Bonauentura Vicentinus Commiſſarius Generalis 16. 4. *cap.* 13. 34. 39. *&* 52.
Bonauentura Pelleus 20. 3.
Bonauentura Battalea Definitor Generalis 13. 52.
Bonauentura Vicecomes Cremonenſis 15. 37.
Bonauentura Gianſabella Siculus 25. 4.
Bonauentura Glorterius pro conuentu S. Domnini 18. 18.
Bonauentura Ciambri Siculus 25. 16.
Bonauentura Corona Siculus 25. 20.
Bonauentura Paſchalis Siculus 25. 26.
Bonifacius de Sillis pro conuentu Bononiæ 18. 3. *&* 25.
Bononienſis Prouincia cap. 18.
Bononienſis conuentus 18. 3. *cap.* 13. *&* 14.
Bracharenſis conuentus 34. 28.
Breolacenſis locus 32. 51.
Britanorum conuentus recenſentur cap. 40.

Brixienſis Prouincia cap. 15.
Bruxellenſis conuentus 31.5.
Bulla loquentes de Tertiariis ſunt communes, aut ſecularium 10.8.
Burgi S. Domnini locus 18.17.
Burgii in Sicilia locus 25.12.
Burgenſis conuentus 34.9.
Burgifranchi monaſterium 15.13.
Burni conuentus 16.9.
Buxeti conuentus 18.16.

C

Caietanus conuentus 23.11.
Caiatum monaſterium 23.13.
Calabra Prouincia cap. 24.
Calataſimi conuentus 25.13.
Calatahieronis monaſterium 25.26.
Calendarium Ordinis cap. 40.
Cameracenſis 34.24.
Capucini filii S. Franciſci ſub prima Regula 3.33.
Caputium à Sancto Patre initio datum Tertiariis 11.30.
Capita duo in eodem monſtruoſum 10.93.
Caracter non eſt de ratione religionis 5.27.
Cardinales titulares SS. Coſma, & Damiani numerantur cap. 21. *Cardinalis Gabriel de Treio geſtauit habitum Tertii Ordinis* 3.18.
Carolus Marchio Pallauicinus Epiſcopus 15.6.
Carolus beatus de Montegranello 36.2.
Carolus Sanctus Protector Ordinis 15.59. & 63.
Caroleñſis locus 32.96.
Caſalbutani conuentus 15.2.
Caſtri Arquati locus 15.19.
Caſtri Noui Lucana diæceſis 29.8.
Caſtri Romani 21.12.
Caſtri à Mare Neapolitani 23.10.
Caſtri S. Lucidi 24.19.
Caſtri Durantis 28.4.
Catanenſe monaſterium 25.16.

Catarina Regina 37. 9.
Celeſtini Galli opera 32.66.
Ceramenſis locus 25. 21.
Caſar Borgia alias Cardinalis 18. 4.
Ceſena monaſterium 18.9.
Cetonij locus 20.17.
Cherubinus Montifredus Siculus 13. 49.
Cherubinus Sanſonius Epiſcopus 23. 30.
Cherubinus Tarantellus Siculus 25.30.
Chimiliacenſe monaſterium 32.98.
Chriſtianorum duo ſunt genera 5.2.
Chriſtophorus Peruſinus 18. 21.
Cirillus Paſſianus 20.5.
Ciriniola locus 23.17.
Ciuitatis Quana locus 22.5.
Clanari conuentus 15. 30.
Clericus fit receptione primæ tonſuræ 5.4. perpetuo talis eſt, licèt ducat vxorem 5. 11. & 31. retrocedens peccat venialiter 5. 12. recipiens ordines vt declinet forum peccat venialiter 5.13. Tonſuratus habens requiſita Tridentini gaudet priuilegijs 5.15.
Clonfertenſis conuentus 34. 25.
Cluſinenſis conuentus 29. 13.
Colleſcipionis 20. 3.
Collepetri locus 22. 10.
Collelongi locus 22. 11.
Colloniarſes conuentus 32. 102. cap. 34.30.
Columbani Sancti conuentus 15.6.
Columbanus Generalis 13. 41. cap. 18.15.
Columbanus Maccius 15. 18.
Comenſis 15. 4.
Compoſtellani conuentus 34. 10.
Confirmatio reſpicit præteritum, non futurum 8.38. retrotrahitur 8.39. ſpecifica ſupplet defectus iuris humani, & purgat vitium formæ 8.40. non extenditur ad non expreſſa 8.47. quotuplex 4.14. & 15.
Confraternitates laicorum differunt à Tertio Ordine 4. 34.
Congregatio prima, & ſecunda generalis 13.57. & 58.
Congregatio reſultat ex duabus, vel tribus perſonis 3. 10. de ſe eſt perpe-

tua 12.2. Quinque Congregationes deſcendunt à Tertio Ordine c.3 6.
Connexio arguit vnitatem 12.96.
Conzani locus 15.31.
Conſuetudo dat iuriſdictionem non habenti 6.3. cap.12.49. inducitur contra legem ex actibus pecaminoſis 12.29. non ſemper tollitur per legem ſuperuenientem 12.53.
Cornelius Placentinus 15.4.
Corradus Sanctus à quo habitum receperis 8.26.
Corſica Prouincia 30.
Coſentinus conuentus 24.7 & 21.
Coſmus, & Damianus cum ſuis ſanctis Fratribus 21.2.
Cori conuentus 24.16.
Cremonenſis conuentus 25.1. cap. 16.5.
Cropani conuentus 24.11.
Croſſiatenſis locus 32.75.
Cruce ſub eadem incedere non arguit identitatem 3.47. olim incedebant ſub cruce Minorum 8.80.
Cunei conuentus 15.29.
Cuneoli conuentus 22.9.
Curla conuentus 18.6.
Curtenenſis locus 32.54.

D

Dalmatia Prouincia cap. 26.
Damianus de Bonuinis Generalis 13.38. cap.15.10.
Damianus de Mutis Papienſis 15.35.
Daniel Cremonenſis 18.8.
Daniel Benerinus pro conuentu Antuerpienſi 31.4.
Darius Canoua fundauit eccleſiam Regij 18.5.
Deciſiones quatuor de iure conferendi habitum extenduntur 12. prima ſub num. 44. ſecunda 59. tertia 75. quarta 88.
Declaratio retrotrahitur 8.42.
Decretum irritans impedit, ne lex per non vſum tollatur 10.99. inficit conſuetudinem etiam futuram 12.108.
Definitores Generales quomodo eligantur cap. 40.
Delegans ex iuriſdictione à ſe non abdicat 12.67.

Dele-

Delegatus alienam exercet iuriſdictionem 12. 37.
Derogatio ſtricte interpretatur 12. 73. *derogata non citantur* 12. 100.
Digoniacenſis conuentus 32. 95.
Dioniſius Cartuſianus commentatus eſt Regulam 31. 11. *cognominatur Richel* 32. 28.
Dioniſius Columba Generalis 13. 46.
Diſcipuli Sancti Franciſci ex primo Ordine ſunt duodecim 3. 4.
Diuinionenſe monaſterium 32. 105.
Dominicus de Moſcatis recepit conuentum Vairani 16. 1.
Domanici locus 24. 14.
Donadeus Bongiornus vir doctus 15. 36.
Donadeus Muſa Definitor Generalis 13. 53. *cap.* 15. 14. *recepit conuentum Placentinum* 15. 20.
Drepanenſis conuentus Fratrum 25. 6. *Sororum* 58.

E

Adem refert plurium ſubſtantiam 12. 115.
Eccleſia erecta in Parochialem non praiudicat matrici 12. 55.
Eccleſiaſtica perſona quis dicatur 5. 1. *ad* 10.
Eremitæ puniuntur, etiam Tertiarÿ ſeculares ſuperioribus noſtris 6. 25.
Euangeliſta Campana Placentinus 19. 10.
Eugubÿ conuentus 20. 9. *Alter in Monte S. Pauli* 28. 1. *alter* 28. 2.

F

Abriani conuentus 19. 11. *&* 17.
Fabricius Verallus Cardinalis Protector 13. 52.
Facultatiuum ius non preſcribitur 109. 62. 136. 141. *preſcribitur ſi eſt ex contractu, vel ex priuilegio* 10. 73. *ſimplex preſcribitur* 10. 118. 136. *quod ſit illud* 10. 131.
Fagnanus conuentus 24. 5.
Fantinus de Crema 16. 4.
Farms conuentus 32. 63.
Fauentinus conuentus 18. 7.
Felix III. Papa 21. 2.
Felix Paganus 15. 39.

Ferracanæ monaſterium 25. 33.
Ferrariæ conuentus 18. 11. & 20.
Ferdinandus Cardinalis *Mediceus Protector* 13. 45. *cap.* 14. 15.
Ferentilli locus 20. 11.
Feſulanæ diœceſis conuentus S. Romuli 29. 5. *in Monte maiori de* Chianti 29. 7. *in Podio* 28. 9.
Figneæ conuentus 18. 15.
Filius ſequitur conditionem patris 2. 12. *filius non fit Tertiarius ſine licentia patris* 4. 33.
Filij S. Francisci de Tertio Ordine 3. 22.
Firmi conuentus intra 19. 5. *extra* 19. 6.
Florentinus conuentus S. Arcangeli Michaelis 13. 8. *plures alij numerantur cap.* 29.
Fontana conuentus 22. 7.
Fontanenſis in Gallia 32. 94.
Fornacum conuentus 16. 3.
Forolinienſe monaſterium 18. 2.
Foropompilienſis conuentus 18. 8.
Franciſci Sancti ortus, & genealogia cap. 1. *de nobilitate virtutis, & ſanguinis cap.* 2. *de inſtitutione trium ordinum cap.* 3. *Non prohibuit eleuationem Tertij Ordinis in religionem* 8. 3.
Franciſca Romana inſtituit Congregationem 36. 8.
Franciſcus Verzinus Calaber 24. 19.
Franciſcus Cardinalis *Quignonius* 25. 37.
Franciſcus Lobellus 25. 17. 10. 75.
Franciſcus Staiolus Siculus 25. 83.
Franciſcus Hercarus Siculus 25. 19.
Franciſcus de Aſſiſio ædificauit in loco Petra Sancta.
Franciſcus Dux Britaniæ 37. 10.
Franciſcus Muſſart Pariſinus 32. 23.
Franciſcus Guaſtamilius 18. 4. 12. 53. 56.
Franciſcus de Monte 18. 3.
Franciſcus Guidus à Monteflorum 18. 4. 27.
Franciſcus Cremenſis Prouincialis Tuſciæ 13. 22.
Franciſcus Cardinalis Barberinus Protector 13. 55.
Franciſcus de Scorcinis 13. 25. 27.
Franciſcus Licinius fundauit Eccleſiam Bergomi 16. 7.

Francouillæ conuentus 32. 40.
Fratres gaudent priuilegijs Sororum, & è contra 3. 59. *ad* 61.
Fratres del Parolo *Regij* 7. 6.
Freſtæ conuentus 23. 23.
Fulgentius Drepanenſis 25. 6.
Fulgines hoſpitalia 20. 19.

G

G*Abiani conuentus diœceſis Lucanæ* 29. 6.
Gabriel Cardinalis de Treio Tertij Ordinis 3. 18.
Gabriel Zuchius Cremonenſis 15. 38.
Gallicana congregatio 32. *Galli conferunt habitum Tertiarijs* 12. 38. *etiam contra Capucinos* 12. 116.
Gaſpar de Mutina Generalis 13. 40. *cap.* 15. 26.
Gaſpar Panormitanus 25. 26.
Generalis Minorum de Obſeruantia quo ſuperior Fratrum Tertij Ordinis, 3. 40. *cap.* 12. 102. *quomodo confirmat Generalem Tertij Ordinis, & viſitat* 10. 10. *ſed contra eum præſcripſerant* 10. 11. *cuius regimen probatur præiudiciale Tertiarijs* 10. 13. *cur obſeruantes præter Generalem habent etiam Commiſſarium* 10. 25. *Confert habitum Tertiarijs ſecularibus* 12. *per totum, ubi Tertiarij conferunt eundem habitum. Olim omnes Generales huic erant ſubiecti* 10. 18. *Noſtri in Hiſpania, & Gallia ſubiecti tantum Generali Minorum* 10. 23. *Grauamina ab illo illata noſtris referuntur* 10. 24. *Tertiarios regit non vt Generalis, ſed vt eorum ſuperior* 10. 31. *ex vi Regulæ eſt tantum Generalis Minorum* 10, 33. *An, & quomodo viſitet Tertiarios* 10. 34. *&* 3.
Generales Tertius Ordo plures habuit diuerſarum nationum 10. 6. *Generalis Italus præſcripſit viſitationem, & Confirmationem contra Generalem Minorum* 10. 70. *eſt vero Generalis licet viſitet* 10. 147. *eius poteſtas* 13. *per totum Generalium Catalogus* 13. 8. *vocabatur Reuerendiſſimus* 13. 40. *primus Generalis reſtitutus à Sixto V. confirmatus fuit à Protectore* 10. 12.
Generaliſſæ Sororum ſupprimitur officium 35. 4.
Generi per ſpecium quomodo derogatur 12. 54.
Generatio ſpiritualis vocatur profeſſio 12. 5.

Gene-

Hieronymus de Caſtilione Generalis 13.8.cap.21.5.
Hippolitus Æſtenſis Cardinalis electus Archiepiſcopus Mediola. 15.9.
Hiſpanorum conuentus cap. 33.
Hiſpalenſis conuentus 34.33.
Hiſpaniæ Rex non vt talis, ſed vt Dux regit Mediolanum 3.41.
Homines natura ſunt æquales 2.7.
Honophrius de Mondaino 20.8.9.
Honorius Gręcus Epiſcopus Leſinenſis 24.4.
Hoſpitalitas ab initio exercita, & habebant multa hoſpitalia cap. 7. per totum. Hoſpitalia Fulginei 20.19. Florentię plura 19.3.
Humiliana beata 4.3.

I

Iacobus pro tuendis iuribus ſui hoſpitalis martyr occubuit 7.8.
Iacobus de Cartiraga 15.3.26.
Iacobi de Eugubio vita 25.4.36.ad 68. duę Bullę pro ſororibus 25.91. & 92.
Ianuarius beatus 15.28.
Identitas nominis indicat identitatem rei 8.60. duæ ſufficiunt demonſtrationes 8.78.
Ieremię beati auſteritas 15.3.cap. 18.2.
Illuſtres perſonę recenſentur cap. 37.
Imerius Ferrarius 18.2.
Imolenſis conuentus 18.4.
Indulgentia Portiunculæ cum ſuis dubiis 1.20.ad 22.
Inſulę Iordanis conuentus 32.92.
Interamnę conuentus 20.15.
Ioannes Antonius Bigardus Siculus 25.2.74.
Ioannes Maria Polonus de S. Columbano 13.55.&57.
Ioannes Vincentius Aliſerius Panormitanus 13.55.
Ioannes de Gonono 15.25.
Ioannes Verrandus pro conuentu Parmę 18.10.
Iſpicefundi conuentus 25.35.
Iulius Piſanus 13.53.
Iulianus de Lauello 18.3.
Iulius Feltrius Cardinalis Protector 25.63.

Iuo ſanctus 4.6. *cap.* 11.32.
Iuriſdictio v. Poteſtas. Ab vna ad aliam non arguitur 8.70. & 75. *quomodo dicatur data cumulatiue* 12. 26. 3. *habens ex conſuetudine non debet eſſe melioris conditionis eo, qui habet ex officio* 12.28.
Ius in vno loco exercitum in alio ſeruandum 16.49.

L

Laci monaſterium 24.4.
Laudenſis conuentus intra 15. 18. *extra* 15.26.
Lauellenſis conuentus 24.22.
Laniniæ conuentus 21.9.
Laurentius Glorierius 18.18.
Laurentius Epiſcopus Puteolanus 23. 12.
Legionenſes conuentus 34. 22.
Leo Archiepiſcopus Mediolanenſis 37.4.
Leodienſis conuentus 34.29.
Leo de S. Leone 20.7.
Leofortis locus 25.24.
Leonora Regina 37.8.
Lenenſis locus 31.7.
Liburni conuentus 29.2.
Limurienſis locus 31.52.
Lipari monaſterium 24.25.
Locouerienſis conuentus 32. 73. *alter* 74.
Louanienſis conuentus 31.8.
Lucana diœceſis Gabianus 29.6. & 8.
Lucas beatus de Ceramo 25. 11. 21. & 90.
Lucius primus filius S. Franciſci 3. 19.
Lucerinus conuentus 23. 18.
Ludouicus Sanctus Rex caputium detulit 12.31.
Ludouicus Gianetta 22. 1.
Ludouicus Sichichi Siculus 25. 30.
Lugdunenſis conuentus 32.89.

Maccrata

M

Macerata monaſterium 19. 20.
Maciſani conuentus 24. 15.
Malafides non impedit praſcriptionem 10. 105.
Mandata Dei profitentur ſed non ſub voto 4. 30.
Marani conuentus 21. 10.
Marcelli opera 32. 68.
Marchiana Prouincia cap. 19.
Marugij locus 23. 26.
Marſala conuentus 25. 19.
Martogna locus 25. 4.
Martoleſius filius S. Franciſci 3. 22.
Maſſa conuentus 20. 1. alter 28. 2.
Matrimonium ſtat cum Fratribus ſecularibus 4. 23.
Matafaloni conuentus 24. 6.
Matthaus de Vrſinis 37. 11.
Mediolanenſis Prouincia cap. 15.
Mediolani conuentus intra 15. 9. 24. extra 15. 24.
Melli Vallistelina conuentus 15. 28.
Membra Minorum non ſunt Tertiarij 3. 43.
Mendicantes ſunt Fratres Tertij Ordinis 9. per totum Mendicitas alia neceſſaria, alia voluntaria 9. 4. inter omnes prius, & feruentius adamauit Sanctus Franciſcus 9. 8.
Mercenarij, & Paſtoris differentia 10. 17.
Meſſina conuentus intra 25. 14. extra 25. 32.
Meulanus conuentus 32. 83.
Mindonenſis locus 34. 12. & 27.
Miramontanum 32. 104.
Modica conuentus 25. 20.
Minimorum Ordo capit 1471. cap. 8. 49. & ſeq.
Minores Conuentuales, Obſeruantes, & Capucini vnius ordinis ſunt 3. 44. Tertiarij omnino ab illis independentes 8. 77.
Minores non tenentur Tertiarii recipere in viſitatores 6. 7. cap. 8. 3. tamen plures Pontifices eos coegerunt 6. 8. & ſeq. eorum poteſtas eſt propre dicta in Tertiarios 6. 19. 23. & 24. non competens ex Regula ſed ex Bullis 6. 21. dant communionem Paſchalem illis 6. 13. conferunt habitum 6. 12.

Mi-

Michel de Iuuini Catanenſis 25. 16.
Michael de Burgio 25. 16. *cap.* 25. 8. *cap.* 25. 6. *cap.* 25. 13. & 73.
Molinogilbertanum 32. 99.
Moniales gaudent priuilegijs Fratrum, licet non ſubſint Minoribus 5. 59. *ad* 61.
Montiſbelli conuentus 15. 13.
Montiſfalci conuentus 13. 27. *cap.* 20. 6.
Monteflorum 18. 12.
Montiſgeorgij 19. 2.
Montiſcelpari 19. 3.
Montiſfani 19. 4.
Montis S. Martini 19. 7.
Montiſulmi 19. 9.
Montiſſilueſtri Prouincia 28.
Montiſpolitiani 29. 14.
Montiſſion 32. 60.
Montiſfelicis 32. 61.
Montiſiuliani 25. 30.
Mordiuallis 19. 14.
Morinenſis conuentus 34. 8.
Muccia locus 10. 16.
Muſſiani conuentus 19. 18.
Mulieres Tertiariæ non cælibes poſſunt matrimonium ducere 4. 23.
Mulieres ex voto cælibes gaudent priuilegijs 5. 49. *ad* 53.

N

Nanceanenſis conuentus 32. 58.
Narnia conuentus 20. 13.
Naſci ex latere vnius ordinis eſt in eo profiteri 3. 45.
Neapolitani conuentus cum Prouincia cap. 23.
Negligentia anteceſſoris nocet ſucceſſori 10. 143.
Nichi conuentus 15. 11.
Nicolaus Albergatus Cardinalis Cartuſianus 16. 4.
Nicolaus Spinellus Cremonenſis 15. 43.
Nicolaus Comes Peruſij tres eccleſias fundauit 20. 17.
Nicolaus Artheſius pro conuentu Beluederij 24. 18.

Nico

Nicoſienſis conuentus 25.28.
*Nobilitas quid,& quotuplex cap.*2.*per totum*, & *cap.*37.1.& 2.
Normannia Prouincia 32.12.
Nouitÿ recipiuntur à ſuperioribus Tertiarÿs 4.28.

O

OBedientia ſuperiori præſtatur 12.99.
Olim *dictio indicat præteritum tempus* 8.5.
Onera laicorum Tertiarÿ ſeculares ſubire debent 5.35.
Ordines tres inſtituit S. Franciſcus cap. 3. *In quo differant* 3.26. *vnus ab alio non deſcendit* 3.27. *quot ſunt ordines tot ſunt corpora inter ſe diſtincta* 3.36.
Ordo moralis eſt opus intellectus, & *voluntatis non natura* 3.29.
Orsoli conuentus 24.1.
Otthoni Galduccio perſecutori eccleſiæ parcitur quia fit Tertiarius 5.30.

P

P*Aganica conuentus* 22.8.
Paganinus Epiſcopus Dulcinenſis 16.9.
Pallata conuentus 23.14.
Panormitani conuentus 25.7.8.9.31.
Papienſis conuentus intra 15.8. *extra* 15.23.
Papirius Picedius Epiſcopus Parmæ 18.10.
Pariſiuus conuentus 32.50. *alter* 32.55. *alter* 32.57.
Parmæ conuentus Fratrum 18.10. *Sororum* 35.6.
Parochus religioſus ſpectatur vt clericus 10.32.
Paſtoris,& mercenarÿ differentia 10.17. *melius ille viſitat, quam iſte* 10.108.169.
Patrimonÿ Prouincia 27.
Paulus Cremoneñſis pro conuentu S. Geneſÿ 19.1.3.4.
Paulus Piſottus Parmenſis Generalis Conuentualium 25.39.
Paſqualis de Aquila 22.1.
Paulus de Ambroſÿs beatus 24.10.
Perfectio perfectioni additur ſine aminutione 8.16. *ad* 59.
Peregrini duo 13.28.30.32.*cap.*14.15.

Peruſi

Peruſij locus 20.16.
Peſculi conuentus 22.3.
Petrica conuentus 24.28.
Petrus bentus de Colle indutus cum vxore à S. Patre 3. 22.
Petrus Pendinus eximius concionator 13.55.58.
Petrus Dominicus, Epiſcopus Narnienſis 16.4.
Petrus Orlandi recepit conuentum Burni 16.9.
Petrus de Saracenis capit conuentum Monteſiorum 18.12.
Petrus Gramignanus ſeruus Dei 25.69.
Petrus Maria Campus Canonicus Placentinus laudatur 15.14.
Petrus Antonius della Caſa Pictor Parmenſis 18. 10.
Petrus beatus eremita Magiſter B.Thomaſutij 20.8.
*Petrus electus Epiſcopus cap.*38.
Petrus de Pedacijs ſocius Blaſij Margioni 24.1.
Petrus de Ramio ex primis religioſis 32.8.
Philippus Blaſius de Radda 29.7.
Philippus ſanctus conuertit Aegyrenſes 25.4.
Philippus Cardinalis Calandrinus 18.3.
Phoca conuentus 23.16.
Pileus Archiepiſcopus Genuenſis 15.25.
Piratelli conuentus 18.4.
Piſauri conuentus duo 28.5.*cap.*29.10.
Placentinus extra 15. 14.*intra* 15.20.
Planeta conuentus 24.9.
Platia conuentus 25.34.
Plazani conuentus 16.4.
Podij Feſulani conuentus 29.9.
Politiani conuentus duo 29.14.
Poſſidere indicat dominium 9.13.*Tertiarij poſſident bona in communi* 9.19.
Pompeus Cardinalis Arrigonius Protector 13.49.
*Poteſtas quid, & quatuplex, quot modis aquiratur cap.*6.*exercitium arguis poteſtatem* 12.17.*ex duabus poteſtatibus quis in dubio praſumitur vti efficaciore* 12.40.
Pręcedentia inter Minimos, & noſtros 8.49.*inter Siculos* 25.11.
Pręneſtę conuentus 21.11.
Pręſens quis non poteſt ſimul eſſe pluribus locis 12.112.

Præſcriptio non habet locum, vbi mala fides 10.57.65. contrarium probatur 10.105.165. Viſitatio præſcribitur 10. 122. 164. datur in habentibus tractum ſucceſſiuum 10. 132. ſimplices actus facultatiui præſcribuntur 10. 136.

Præfic *dictio notat ſuperioritatem 12. 98.*

Princeps *cur non perdit ius onerandi ſubditos 10.76.*

Priuilegijs *canonis, fori, & rerum gaudet clericus etiam ſolum primæ tonſuræ 5.15. Item Nouitius immo oblatus 5. 16. ad 19. Tertiarij regulares 5.20. ad 26. eorum priuilegia referuntur 5. 32. Fratres ſeculares extra clauſtra ſubeunt onera laicorum 5. 35. conueniuntur coram iudice laico 5.36. Clauſtrales etiam ſine Caputio nequaquam 5. 37. ſed gaudent priuilegijs ſuorum Fratrum cum quibus morantur 5.36. ad 48. Mulieres cælibes gaudent in propriis domibus 5.49. ad 52.*

Priuilegiorum *conceſſio, & communicatio idem 5. 53. reuocatum conceſſionario, non item communicanti 5. 54. communicatio non trahitur ad ea, in quibus fuit ſpecialiter prouiſum 12 103. Communicationem priuilegiorum habent 5.55. priuilegia Fratrum ſecularium tranſeunt ad religioſos 5. 56. conceſſa vni nationi extenduntur ad alias 5. 57. & vni conuentui ad omnes alios 5. 58. Sorores, & Fratres inter ſe communicant priuilegia 5. 59. & 60. Habent communia cum Minoribus, licet non ſubdantur 10. 50. Non vtuntur contra eos, à quibus habent communionem 12. 74. & 84.*

Priuilegium *dat iuriſdictionem non habenti 6. 4. habens tractum ſucceſſiuum per non vſum non perditur 10.46. & 75. perditur ſpatio decennali 10.104. duobus modis perditur 10.163.*

Proculus *de Puteolo 23. 12.*

Profeſſio *vocatur ſpiritualis generatio 12. 5. Profeſſionis confirmatio pro vna natione valet pro alijs & toto ordine 8.44. & 46. Profeſſio ſolemnis incapit ab anno 1300. cap. 8. 6. ad 30. Forma profeſſionis Flandrenſium 8 4. Pro Congregatione Gallicana 32. 11. quam fecit reformator 32. 31. Profeſſionis forma pro Italis 4. 29. ad quid obliget 4. 30. tenet facta infra annum probationis reſpectu ſecularium 4. 32. ſolemnis profeſſionis forma 6.27.*

Propoſitio *vniuerſalis magis operatur quam indefinita 5.25.*

Protectores *nominati ſunt Fabricius Verallus 13. 52. Ferdinandus Medices 13.45. cap. 14.15. Franciſcus Quignonius 25. 37. Franciſcus Barberinus 13.55 Iulius de Ruere 25.63. Pompeius Arrigonius 13. 49. Rodulphus Pius 13.74. cap.25.54. & 59.*

Prouincia Romandiola, & Tuſcia olim vnica 13.22. Vna Ducatus Spoletani 13.27. Prouincia Marchia Terniſana 13.26. Marchiana 19. Vmbriana ſub Romana 20.
Prouincialium poteſtas cap. 15.
Protectorem habent communem cum Obſeruantibus 10.51.
Prucina conuentus 23.19.
Pulignani conuentus 23.25.
Puteoli locus 23.12.

Q

QValitas ſub qua aliquid conceditur, conſideratur 12.101.
Quana conuentus 22.5.

R

RAguſanus conuentus 25.18.
Raymundus Lacham Gallus 21.1.
Raynutius Farneſius Cardinalis Pœnitentiarius 25.5.
Recipi non poteſt aliquis ab non extante 12.106.
Reformatio non tollit identitatem ordinis 8.54. & 71.
Regienſis conuentus 18.5. Fratres del Parolo 7.6.
Regnant locus 23.20.
Regulas tres confecit Sanctus 3.9.11. & 13.
Regula Tertij Ordinis extenditur cum ſuis commentatoribus cap. 4. per totum. Ea non facit profeſſum religioſum 4.1. cap. 5.28. Non cogit ſed conſulit recipere Minores in Viſitatores 6.7. cur in ea non fit mentio de tribus votis 8.31. Non obligat etiam ad veniale 8.74. Regula Leonis X. cur non profitetur ab Italis 8.52. cap. 10.9. Hæc eſt eadem cum Regula Nicolai IV. 8.53. & 63. cap. 12.14. 114. diſtinguitur a prima 12.91.
Regula nuncupatur, quod profitentem facit regularem 4.9. & regulat vitam ſeruantis eam 4.10. exprimit tria vota 8.29. Regula norma bene viuendi triplex in Euangelio 4.19. communis pluribus ordinibus eos non diſtinguit 8.61.
Religio incipit habere vires ab approbatione Papæ 3.8. quatuor componitur Regula, Habitu, Profeſſione, & Superiore 8.30. noua non inſtituitur

tuitur ſine Papa 8. 32. 34. noſter ordo non comprehenditur ſub cap. de relig. domib. 8. 35. aliud eſt inuenire nouam religionem, aliud approbatum ordinem eleuare in religionem 8. 37. noſter ordo vti religio probata fuit paulo poſt Nicolaum IV. cap. 8. à num. 21. cap. 32. à n. 5. ad 12.
Religioſus propriè dicitur, qui emittit tria vota 8. 2.
Retrotractio locum habet in præcedentia 8. 51.
Robertus Cardinalis Pœnitentiarius Papæ 25. 4.
Rochæ meſſanenſis locus 25. 28.
Rochæ Iauaræ locus 23. 22.
Rodulphus Cardinalis Pius Protector 13. 34. cap. 25. 54. & 59.
Romana Prouincia cap. 21.
Romanus conuentus S. Hieronymi 13. 8. Sanctorum Coſmæ, & Damiani 21. per totum S. Pauli de Arenula Siculorum 25. 25.
Rothomagenſis conuentus 32. 77.

S

SAcca conuentus in Sicilia 25. 10.
Sacramenta Tertiarij recipiunt à ſuis regularibus 5. 34.
Saiani conuentus 16. 6.
Salemis conuentus 25. 2.
Salomon cur non pauper, nec diues 9. 3.
Saluatus de Quartarijs 13. 8. cap. 21. 5.
Sanctorus Pecorella Vicarius Apoſtolicus 13. 51. pro conuentu Panormitano Miſericordiæ 29. 5. emit conuentum S. Pauli Romæ 25. 25.
S. Columbani conuentus 16. 6.
S. Nazarij conuentus 15. 16.
S. Genesij conuentus 19. 1.
S. Lupi conuentus 19. 13.
S. Geminiani conuentus 20. 4.
S. Arcangeli conuentus 23. 28.
S. Lucidi conuentus 24. 19.
S. Philippi Agirenſis conuentus 25. 5.
S. Nimphæ conuentus 25. 29.
Sanginetus conuentus 24. 3.
Saulanai conuentus 32. 81.

Sanualerij conuentus 32. 100.

Sanualeri ſucceſſus conuentus 32. 79.

Sardiniæ prouincia cap. 30.

Sanſiliani conuentus 15. 32.

Scriptorum catalogus cap. 38.

Scurculæ conuentus 22. 2.

Sebaſtianus Vicentinus Prouincialis Marchiæ Teruiſanæ 13. 26.

Sebaſtianus Oggiarius Mantuanus 20. 4.

Sebaſtianus Michelangelus de Monte Georgio 19. 6. cap. 20. 5.

Senis conuentus intus 29. 15. extra 29. 16.

Senonenſe monaſterium 32. 53.

Septalla locus 15. 33.

Sepulturam Tertiarij ſeculares eligunt vbi volunt 5. 33.

Seraphinus Lazara ſeruus Dei 25. 70.

Seraphinus Legius 13. 53. & cap. 25. 28. 29. & 81.

Seraphinus Ciambra 25. 6. 12. & 89.

Seruire Deo regnare eſt 2. 30. eius ſeruitium debet eſſe perpetuum 5. 9.

Siciliæ Prouincia 25.

Siclitanus conuentus 25. 2.

Siluæ Matutinæ conuentus 20. 2.

Silueſter Caluus de Sicli 25. 88.

Silueſter alter Prouincialis 25. 10.

Simon Cetonenſis religioſus 20. 17.

Soliani conuentus 16. 2.

Sorexinæ conuentus 15. 17.

Sorores gaudent priuilegijs Fratrum licet illis non ſubſint 5. 59. de Sororibus Gallicanis 32. 107. & de alijs plura cap. 35. Plura monaſteria recenſentur cap. 35.

Spazaforni conuentus 25. 35.

Stromboli conuentus 24. 24.

Subiectio vbi non eſt, nec ſuperioritas 12. 97. & 105.

Succeſſor & prædeceſſor eadem perſona reputatur 8. 68.

Superiores Tertij Ordinis puniunt Eremitas, & alios Tertiarios ſeculares 6. 25. plures ſuperiores habere eſt valde onerosum 10. 72 ſuperioritas ibi eſt vbi ſubiectio 12. 97.

Superior debet eſſe eiuſdem religionis, & eiuſdem profeſſionis cum ſubditis 10. 14. & 15. cur dabantur extranei ab initio ordinis? 10. 16.

&

& 19 non bene paſcunt alienas oues 10. 21. damna illata Tertiarijs ab extraneis referuntur 10. 22. Superiores ſunt, & fuerunt in Italia ex proprijs cap. 10. vbi plura.

Sutri locus 18. 19.

T

TArentinus conuentus 24. 26.

Termini conuentus 25. 17.

Ternarius numerus plura ſignificat 1. 15.

Tertiarij ſeculares ſeipſos erexerunt in religioſos 8. 55. ſeruant eandem identitatem, & idem corpus inter ſe 8. 59 cap. 12. 62. & 69 male probantur diuerſi 12. 71. & 85. Regulares ab eis deſcendunt 8. 67. ambo gradiuntur per eandem ſcalam Regulæ 8. 69. non diſtinguuntur eſſentialiter inter ſe 8. 72 falſum eſt regulares habuiſſe exordium à Leone X. 8. 73; ſunt in quadruplici differentia 5. 19. olim erant perſonæ eccleſiaſticæ 5. 20. ad 26.

Tertiarij regulares habent tria ſibi propria, ordinem, regulam, & profeſſionem 3. 35. non ſunt membra, nec partes Minorum, ſed ab illis diuerſi 8. 77. & 79. & ſubſunt proprijs ſuperioribus cap. 10. per totum.

Tertius ordo quando inſtitutus 3. 13. laudatur 3. 14. cap. 4. 18. cap. 37. medius inter regularem & ſecularem ſtatus 4. 22. matrimonium non excludit 4. 23. non fuit inſtitutus vt religio 4. 27. cap. 8. 1. cap. 12. 78. in multis differt à Confraternitatibus 4. 34. vindicatur à nonnullis iniurijs 5. 29. Sanctus fuit primus inſtitutor Tertiariorum 4. 35 quo tempore eleuatus in religionem cap. 8. per totum, per hoc non dicitur reformatus 8. 70. diſtinguitur à primo ordine 12. 65. & 90.

Terracinæ conuentus 24. 10.

Teſtes in propria cauſa non probant 10. 106. 162. viui non adhibentur, cum per mortuos probatur 10. 107.

Thadeus Cardinalis de Gadelis 24. 4.

Talaſchij locus 28. 5.

Theobaldus recepit conuentum Mutinæ 18. 1.

Theodorus Maloſſus Cremonenſis 15. 40.

Tholoſanus conuentus 32. 1. ad 7. & 91.

Thomas de Gallonis Parmenſis 16. 1. cap. 18. 24.

Tiburtinus conuentus 21. 1.

Tolentinus

Tolentinus conuentus 19.19.
Traiectenſis conuentus 31.2.
Tranſiens ad ſecunda vota deſinit profeſſione eſſe religioſus prioris ordinis 3.37. *Obſeruans tranſiens ad Tertium Ordinem eſt capax ſucceſſionis* 9.20. *licet ſit Capucinus* 9.23.
Trebianus locus 20.14.
Treuoltianum monaſterium 32.103.
Tribiſacianum conuentus 24.27.
Tricaricenſis conuentus 23.27.
Tridentinus conuentus 16.9.
Triuoltij conuentus 15.10.
Tuſcanella conuentus 21.23.
Tuſcia Prouincia 29.

V.

VAirani conuentus 16.1.
Valliſcolorum conuentus 32.62.
Vanillus homo facinoroſus quia ſit Tertiarius, obtinet veniam 3.24. *cap.* 5.30.
Veliarum conuentus 23.29.
Velitenſis conuentus 32.56.
Veliternus conuentus 21.4.
Venetiarum Prouincia cap. 17.
Venturinus Epiſcopus Cremonenſis 16.1.
Veronenſe monaſterium 16.8.
Viglevani locus 15.21.
Vigonaij conuentus 21.7. & 8.
Vilitas diuitijs tegitur 2.24.
Villafrancha conuentus 18.18.
Villafrancha in Sicilia 25.27.
Vincentius Bononienſis 18.5.
Vincentius Genuenſis ſeruus Dei 25.72.
Vincentius Meneus de Agyra 25.5.
Vincentius Donatus pro Alcamo 25.15.
Vincentius Maſſart Reformator Fratrum Gallorum 32.14. *eius diſcipuli* 32.27. *eius profeſſio* 32.31. *eius opera* 32.64.

Vincentij

Vincentij Rethemagenſis opera 32.65.
Viſitator debet accedere ad perſonas viſitandas 10.28. *ius viſitandi non perditur per eius non vſum* 10.63. *praſcribitur* 10.122.140. *ad* 128. *eſt neceſſitatis, non facultatis* 10.129.141. *viſitatio arguit iuriſdictionem* 12.51. *ex viſitatione non infertur ius conferendi habitum* 12.42.
Viſitare pretendit Generalis Minorum 10. *à num.* 34. *Non tenentur ex Regula recipere Minores, cum poſſunt recipere extraneum Tertiarij ſeculares* 12.41. *conſilium fuit ex Regula tranſiuit poſtea in præceptum* 12.81.
Viſſii locus 19.12.
Vitam communem ceperunt viuente adhuc S. Patre 8.25. *id arguit ſtatum religioſum* 8.27.
Viterbienſis conuentus 21.13. *alter cap.* 27.
Vinarij conuentus 19.21. *cap.* 21.6.
Vllixbonenſis conuentus cap. 33. *alij duo* 34.13. *&* 15.
Vmbrienſis Prouincia cap. 20. *olim ſub Romana* 20.3.
Vnitas Inſtitutoris non tollit diſtinctionem Ordinum 3.38.
Vocem actiuam habent Galli, & Hiſpani in Capitulis Generalibus de Obſeruantia 10.30.
Votum emiſſum à Tertiarijs ſecularibus ſimplex 4.31. *Tria vota profitebantur ante annum* 1400. *cap.* 8.6. *ad* 19. *immo tempore Nicolai IV. cap.* 8.28. *vota vti ſolemnia probantur ſimpliciter, & non pro vna natione* 8.44.46.48.
Vrbini conuentus 28.3.
Vrbiſaliç conuentus 19.8.
Vxor non fit Tertiaria ſine licentia mariti 4.33.

Z

Z*Acharias de Caſalbutano recepit conuentum Anieſ* 15.11.
Zagariſi conuentus 24.12.
Zamorenſis conuentus 34.23.
Zeperenſis Congregatio in diœceſi Leodienſi vnita Italis cap. 31.
Ziſa conuentus 25.7.

Finis Tabulæ.

A01 1470820

D. 74.

Digitized by Google

Digitized by Goog